6
20-b
3

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
8 G
28

Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-20-6-3-
~~21-6-36~~

21.7.33.
21
6
41

SACRA REGVM

HISTORIA

HEROICO CARMINE EXPRESSA, ET IN XII. libros redacta.

Per R.P. GILBERTVM FILHOLIVM Abbatem Nealphæ veteris.

Cum notis & Chronologia eiuſdem auctoris.



PARISIIS,

Apud Ægydium Gorbinum, ſub inſigne Spei, è regione Gymnaſij Cameracenſis.

M. D. LXXXVII.

Cum Priuilegio Regis.

NOS ſubſcripti Theologi, legimus libros poeticos de Regibus à D. Gilberto Filiolo, Nealphæ veteris Abbate, conditos, eoſque dignos publica luce cenſemus, vt per omnia Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ, conſentaneos. Die 13. Maij. 1587.

GENEBRARD.

BRELVCQVE.

HENRICO III.

GALLIARVM ET POLONIÆ
REGI CHRISTIANISSIMO,
T. à Rupeforti. S.

COgitanti mihi cuinam Iſraeliticorum Regum geſta à Gilberto Filholio Nealphæ veteris Abbate doctiſſimo & religioſiſſimo verſibus non inelegantibus exarata, fideíque meæ ab ipſo ex hac vita migrante commiſſa dedicarem, tu vnus, (Rex Chriſtianiſſime) occurriſti qui hoc tuo tibi iure vendicares vt in tuo auguſtiſſimo nomine illa appa rerent, tuique numinis præſidio tuta in manus hominum venirent. Regium enim iſtud monumentum, Regem eum tueri æquum mihi viſum eſt qui pari prope certamine, paríque diſcrimine quo illi inuiſas Deo gentes for-

titer atque fœliciter ſunt perſecuti, tot iam annos pro patria & antiqua fide ac religione decertat nec me perpetuum parẽtis erga te mei obſequium (qui dũ tibi, Reginæq; matri à cõſilijs fuit ſumma fide in tradita ſibi prouincia verſatus eſt) minus vt id facerẽ impulit, quã rerum ab illis fortiſſime quondam regibus geſtarum cum tuis ſimilitudo. Iã vero ſi in ea quæ regum Iſraeliticorum hiſtoria traduntur animum defixeris & intenderis idolorúmque cultores & aliã ab eccleſia Catholica & Apoſtolica (quã nõ vulgari modo ipſe profiteris) religionem ſibi confingentes tua ſingulari prudẽtia, ad gremium Eccleſiæ vel reduxeris, vel retraxeris, armiſque tãdem hinc & inde poſitis pietate & iuſtitia (vt adhuc facere conatus es) Francorum regno ita prçfueris, vt qui in tuo ſunt imperio viuant quam beatiſſimi,

--- *nitariſque viribus*

Fulcire totis corruentem
Inſtabilis patriæ ſalutem

ſpondere auſim te propediē Dauidis, Ezechiæ, Ioſiæque promiſſa ampliſſima conſecuturum, Reginámque coniugem tuam cariſſimam pulchra te prole parentem facturam. Nec enim dubitandum cenſeo quin id tot iam votis lachrymíſque à deo petitum, ad perpetuam Regni tui proſperitatem & pacem, dominus placatus Filholio noſtro, cum clero, & populo aſſiduè deprecanti, tandem aliquando ſit largiturus, patere igitur (Rex humaniſſime) dei fidelem ſeruum vita defunctum per te exſuſcitari, eiúſque vigilias tuo ſplendore clareſcere, & radijs tuis coruſcare, ſerenóque vultu pia nōſtra vota ſuſcipe, quibus Filholij fratres, mecum hic, quod in cælo beatus ille, pro te, à deo optimo maximo

ſuplices precamur vt fiat in te duplex Dauidis ſpiritus, adſit throno tuo cęlitus infuſa Salomonis ſapientia & Samſonis fortitudo, quibus inimicorum latentes inſidias explorare ac irritas facere, & opera vere regia, ac proinde ſummo Regi placentia, Regnóque quod tibi à Deo datum eſt vtilia & aggredi & peragere potens ſis, cæterũ ſi noſtrã hanc opellã, hæredũ vota & defuncti lucubrationes à doctiſſimo Theologo Gilberto Genebrardo literarũ Hebraicarum profeſſore tuo (quo & nos pręceptore in adoleſcẽtia aliquando vſi ſumus) recognitas, tibi non diſplicere ſenſerimus: dabimus operã vt cætera quæ publicæ rei fructuoſa conſcripſit opuſcula, in lucem quãprimum te duce & auſpice proferantur. Chriſtus te Gallis ſeruet incolumem diu: Lutetiæ Pariſiorum: anno Domini 1587. Cal Maij.

GILBERTI FILHOLII

ABBATIS NEALPHAE VETERIS VITA, PER THOM..MA RVPE-FORTI DESCRIPTA.

(;)

GILLEBERTVS Filholius Nealphæ veteris Archimādrita digniſſimus, vir doctrina, pietate, morúmque integritate inſignis, cui ego iure ſanguinis, multíſque aliis nominibus deuinctus eram, Gilberto patre Borbonio Ex queſtore ſacri palatij, Frāciſci illius magni, literarum, literatorúmque parentis, fideliſſimo, in villa Falconia quæ paterna fuit, non procul à Ganato apud Boios natus, matrē habuit Beroaldam Chambon nobilem genere, patre nimirū Iacobo equite genitam, ſed multo nobiliorem ſanctitate, & fœcunditate ác pudicitia probatam raræque caſtitatis: patruum verò Petrum Filholium virum omni virtutum genere ornatiſſimum, qui eiuſdem Franciſci Regis legatus olim, &

vrbis inſulæque Franciæ præfectus, aquarum Sextiarum Archiepiſcopus & ipſius Nealphæ (quæ milliaribus quindecim diſtat à Lutetia) cœnobiarcha, ſtrenuiſſimam Deo primùm, deinde Regi ſuo, & Regno in omnibus nauauit operã. Huic in eodem cœnobio agnatus noſter Gilbertus, qui à primis annis Lutetiam à patre miſſus fuerat velut ad primariam tum religionis, tum eruditionis Galliæ magiſtram liberalibus ſtudiis erudiẽdus) ſucceſſit anno Domini ſeſquimilleſimo trigeſimo primo, ætate quidem adoleſcentulus, annos quippe natus duodecim, moribus autem & doctrina ſenex, patris, patruique, cum imagine virtutes, plus quam per ætatem daretur, referens. Is, cùm Lutetiæ, ſedulam humanioribus literis, nauaſſet operã, animum ad ius ciuile appulit, cui vt liberius intenderet ad Pictauos profectus eſt, ibíque tantùm cõſumpſit olei, vt nihil, ei reduci, legitimæ ſciẽtiæ deeſſe videretur, ſed triẽnio factum Iureconſultum, & ſui, & cæteri aulici mirarentur, cùm à patre Regi oblatus, & in curia, annos aliquot à patruo enutritus, doctiſſimo principi, inter aulicos vnus doctrina conſpicuus appareret. Verùm, cum in magna tanti principis aula (cui ob miras animi dotes gratiſſi-

mus erat) cum mollia faſtidirent, ad monaſterium ſeceſſit, vbi nullo adſtrictus voto, ſed ſecularis, cum religioſis, religioſe vixit, ad extremum vſque ſpiritũ, philoſophiæ, & theologiæ ſtudia, quotidie recolens, poetis etiam nonnihil indulgens, ne poetices ignarus dici poſſet. Rebus autem diuinis, ita addictus, & intentus fuit, vt & primus ædem ſacram, precationis cauſa ingrederetur, & poſtremus ſemper egrederetur. Quàm verò gratas, & acceptas Deo ſolitus eſſet, pro grege ſibi cõmiſſo, concipere preces, vel inde coniicere licet quod per multos annos omnibus omni ex parte, peſtilentia infamibus locis vicinis, vnus Nealphæ pagus, quamdiu ad aras accedere, diuiníſque myſteriis ſupereſſe per valetudinem datum eſt antiſtiti, ab illa lue remãſit intactus: vbi verò cœpit ille morbo affli-ctari tunc quoque, quaſi mortis imminentis prænũcia cœlo demiſſa lues Nealphæ cœpit irrepere qua tamdiu graſſata in miſellos incolas, quamdiu præſul morbo præpeditus diuinum numẽ precibus vſitatis ſolicitare non potuit, ſimul ac animam efflauit, omnino compreſſa eſt: Deo (vt credibile eſt) noui hoſpitis preſentia facto propitio. Cuius equidem rei teſtes oculatos citare quam pluri-

mos,& auctores omni exceptione maiores, laudare etiam principes viros poſsim, quod profectò nos in eam ſpem debet adducere, vt cùm iam non in ænigmate, ſed reuelata Deum facie videntē, credamus totum nunc in iiſdem eſſe precibus quas tāto animi ardore viuens effundebat. Scripſit orationes habitas, latinas plures, Epiſtolas nōnullas, ſed & latinis verſibus hiſtoriam Regum Iſraeliticorum, Eccleſiaſtem, filium Dauidis, Acta Apoſtolorum, Pſalmos, feſta ſolennia totius anni, Bucolica, Odas, Elegias, Epigrammata, Satyras, & duodecim libros Irinicon, ſatis feliciter. Ex hac autē vita deceſſurus, teſtamētum cōſcripſit verè Chriſtianū, vitáque pie, & religioſe acta, verè dignū: quo, patrimonio Eccleſiæ quā ille cum patruo, Britannorū ruinis deformatā, ſolóque adæquatam inſtaurauerat, à tot ciuilibus diſſidiis integro, illibatóque relicto, pauperes, eccleſiáque priores, potioréſque ſibi hęredes eſſe voluit, eorum quæ ex paternæ hæreditatis fructibus ipſe quęſierat, fratres ex æquis partibus in cætero hæredes inſtituens. Abſentibus porro duobus illis amantiſſimis fratribus, ſuprema ſua mandata me iuſſit exequi, paternæ erga patruū pietatis non immemor (pater enim meus Aquarum

Sex-

Sextiarum Archiepiſcopi corpus, ſepulchro nō vulgari condendū curauerat: quod vnum in æde Diuo Franciſco Lutetiæ ſacra, ad dextrum principis altaris cornu poſitum, à flammis illis voracibus quibus templum decimo tertio Calen. Decembr. anno ſalutis milleſimo quingenteſimo octogeſimo penitus abſumptum eſt, hodie viſitur intactū.) Doctrinæ vero ſuę ſpecimen viuens dedit, moriénſque reliquit tam multiplex támque luculentum, vt nemini dubium eſſe poſſit eum cùm in reliquis diſciplinis, tum maxime in theologia, philoſophia, ciuili ſcientia, & poetica nō infeliciter fuiſſe verſatum, libróſque ſuos orcinos & poſthumós eſſe teſtamento cauit ſi in publica commoda prodeſſe iudicarētur. in eo ipſo cœnobio cui quatuor & quinquaginta annos præfuerat, ex hac vita migrauit Idibus Octobris, anno Domini ſeſquimilleſimo octogeſimo quinto, annum ætatis ſextum & ſexageſimum agens.

Sepultus eſt Nealphæ in eo ſepulchro quod ſibi viuens memor lethi humile curauerat extruendum.

AD LECTOREM.

ADmonitum te, Candide Lector, velim, vt dum Filholium noſtrum (quem veteris nouique fœderis volumina diligēter euoluiſſe, & ex Hieronymo aliorúmque doctorum interpretatione veritatem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, genuinúmque eius ſenſum, his duodecim rerum à Regibus Iſraelitis *geſtarum libellis aſſecutum, hexametris ſatis fœliciter expreſſiſſe cognoſces) genus ſcribendi nōdum aliis tritum poetis vſurpaſſe, & inaudita rebus nouis nomina impoſuiſſe ac poetica licentia liberius vſum eſſe vides, in lōngo opere minus mirere, cùm aliorum muſæ in hebraicæ hiſtoriæ campo nondum exultarint aut excurrerint: paucique admodū adhuc Hebræa verba aſpera, auréſque radentia verſibus incluſerint. Quorum vt aſperitatem* Filholius *noſter leniret, ac duritiem mitigaret, non Latine modo terminanda ſed ab ipſo Ioſepho quem præ manibus ſemper habuit mutuanda exiſtimauit. Túncque præclare cum eo actum putauerim, ſi illum eruditis auribus canētem hilari vultu exceperis, qui ſi apud imperitos quoſdā oleum perdiderit & impēſas, bouem ad ceroma mittens adſcribemus id inſcitiæ non aſſequentium illius mentem, & te bene habere lætabimur. Dat. in Vrbe, anno ſalutis* 1587, *Cal. Maij.*

MICHAELIS LAVBESPINEI REGII APVD BORBONIOS SVPPRAEFECTI DE AVCTORIS LVCVBRATIONE, AD LECTOREM CARMEN PHALEVCIVM.

Non hic inuenies, amice Lector,
Conuerſum in varias Iouem figuras,
Non Martis rabiem, nec impudicos
Ardores Veneris, nec arte quidquid
Priſci olim cecinere fabuloſa, &
Nunc plerique canunt noui poetæ
De falſis ſuperis, eos colentes,
Queis quanto fuerint ſceleſtiores
Tanto plus tribuunt potentiarum.
Hic vero ſceleris Deum nefandi
Vectorem inuenies, malos potenter
Perdentem, & ſtudio bonos paterno
Seruantem, inuenies modo fugatos
Armis Iſacidum duces profanis,
Euerſoſque modo duces profanos
Electæ auxilio Syonis, ídque
Summi iuſſa Dei prout ſuperbo
Vel ſpernunt animo vel exequuntur
Submiſſa, Solymi, piáque mente

Illis artibus hic poeta noſter
Parnaſsi ad geminum cacumen alti
Peruenit per iter nouum neglecta
Priſcorum veteri via vſitata:
At tantum veteres, nouus, poetas
Hic noſter ſuperat poeta, quantum
Veris cedere fabuloſa debent.

Eiuſdem ad Librum.

I liber & magno regalia munera Regi
Offer, digna ſacris munera principibus.
Nil timeas: quid enim mage dignum Rege fideli,
Quàm Regum exemplo iudicióque regi.
Si tibi quis tetrico vultu ſuccenſeat, illum
Contemnas, Regi ſit placuiſſe ſatis.

Ex Spinis Roſa.

AD EVNDEM.

Dum regum cudis ſpiranti marmore vultus,
Oſſa recens quorum ſanctáque terra terit:
Lumen eis reddis quorum tu lumine luces,
Et genus his æquas carmine Filholium.
Anth. Queriſſet.

IN EIVSDEM AVCTORIS OPVS,

EPIGRAMMA.

Huic lector vati reliquos adiunge poetas,
Atque vide an ſcribant conditione pari:
Carminibus vetitos alij modulantur amores,
Hic cecinit veri dogmata ſacra dei.
In ſcriptis alij nituntur numine Phœbi,
Diuini hunc tantum pneumatis aura iuuat.
Cautè ergo relegas hæc clara volumina lector,
Regia quæ duplici nomine lector habes.
Regia ſunt, veſorant nam facta inſignia Regum,
Regia ſunt: nam mens Regia vatis erat.

N. Monterellus P.

ANAGRAMMATISMVS.

GILBERTVS FILOLIVS.

ILLIS OBTVLI FRVGES.

Oſtia cui nunquam patuere ingentia tetris
Criminibus, facilíſque viæ compendia nouit:
Quíque ſalutiferis dulci modulamine linguæ
Verſibus æthereos reſeraſti numine reges:
Iure tuo iactes fruges donaſſe benignas
Gallorum genti, quas magna voce tuentur.

CLAVDIVS FILOLIVS.

IN EVNDEM.

Quos oleo Reges Rex vnxit maximus almo,
Gilberti cœlo culta Camœna beat.

F.M.P.R.

GILBERTI FILLOLII ABBATIS NEALPHÆ VETERIS,

Regum Liber primus.

DVM *mandare tui Muſis primordia regni*
Exequor, è pecudum caulis tollētia culmen,
Quæq; Philiſteo certamina moueris hoſti,
Atque Sophenorum vallis, vrbíq; ſubactæ,
Quæ Pharij nunc regis habet Philadelphia nomen,
Primitus acceſſu poſſeſſa, & iure Gigantum:
Dúmque tibi partam de gnato, déque Sabæo
Auertente acies meditor pertexere palmam,
Rex ades, & vatem vates moderare canentem,
Vocalis citharæ cui fila ſonantia parent,
Supremóſque mei fines tutare laboris,
Laude tui vt facinus tollam memorabile nati,
Militis Hettæi nuptæ qui nixibus ortus
Templa Deo poſuit placido ſub fœdere pacis,
Reginam ad Solymos cuius ſolertia traxit
Suppoſitæ Cancro linquentem rura Syenes,
Hinc & eò lapides Indos, & dona ferentem:
Regémque ipſe canam, chlamydis cui textilis oram

* Sub latebris aluum ſecuiſti fæce leuanti,
In ſomnis cui palma dedit præſagia regni,
Quíque ſcyphum haud vlli, neque ſtertens ſenſerat haſtam,
* Lâtus ab aſſertis crudeli à rege, nec orbem
Luminis effuſus dextri ſub mœnia Nyſæ,
Supremóque tibi tymbo tumulatus auito:
Et reges referam, qui poſt tua buſta potiti
Sunt ſolio, donec ſacras euerterit aras
Aſſyrio conferta manus dimiſſa tyranno,
A regno Sauli ter quinque fluentibus annis,
Quingentíſque ſuper, ſexto & Titanidis ortu,
Emenſóque decem curſu labente dierum,
Vnus vbi & Solymas viginti denique reges
Frænaſſent, ſeriem per auitam regna potiti:
Qua dum Maſſyliæ pyrgos ætate locarent
Claſſe manus Phrygiæ deuectæ à mœnibus vrbis,
Tarquinius Romæ Capitoli condidit arcem,
Túmque recuruato vectauit Ariona tergo
Æquora mulcentem querula teſtudine delphin
Ad Pelopis littus, quà vertice Tænarus alto
Prominet, & ſpectat præruptis rupibus antrum,
Ventorúmque fugæ faſtigia pandit hiatu,
Hercule vbi raptum perhibent te Cerbere Diti,
Per Saulum in Solymis cùm regna potentia, téque,
Atque tuos eſſent ſeriatim geſta nepotes,
Quattuor & numero ter quinos ordine reges:
Quas priùs haud reduces, miſſi & Babylone nouarunt,
Quàm bis Olympiades ſeptem ſub iure ſuperbi
Victoris tranſmiſſæ ierint, ſacratáque tractans
Pocula Achæmeniis obſeſſus ceſſerit armis,
Per gnatum Aſtyagis domitus, Cyrúmque perinde,

Sextus

Sextus ab hoc regnans, Solymas qui ſuſtulit igne,
Faſtibus inuiſis cùm iam regalibus vrbem
Romulidæ gemino moderari Conſule mallent.
Iam tricena ferè dederat concedere Cyrus
Millia Verporum vicenáque cultibus aram
Sacratura Dei primo redeuntia regni
Auſpicio in patriam, necnon cedentia ligni
Materiem (muro circum ſuperante ruinis)
Imperium quem iam decima ter vere tenentem,
Et monitis auſum Crœſi tranſmittere Araxem
Contuderat domitum validos regina coërcens
Maſſagetas vinclis partum indignata peremptum,
Et ſublatus erat Cyrus muliebribus armis,
Fata manens eadem, ſibi quæ prædixerat Orpheus,
Cambyſéſque obiens per ſeptem regia brumas
Munia, per quinque & redeuntia cornua Lunæ
Integra ab Ægypto rediens per bella ſubacta
Vitam obitu degens mutauit in vrbe Damaſci
Exorata Amaſis nil gnata coniuge mærens,
* *Merſus erat Smerdes cum per te, ô Conaris, alto*
Fratribus extinctus geminis, vbi ſceptra reliquit
Saucius, illuſum qua parte cecîderat Appim,
Cui femur eſt tabis penitus contage pereſum:
His Regnum & magicas vnà tractantibus artes
Aſperſit iugulum rorantem ſanguine Otanes,
Sex comitum rumpens aditum ſocialibus armis,
Sectatuſque magos tum de merſante loquentes
Interitum Smerdem, & verſantes pectore merſum,
Quos neque ſeruarunt enſes, neque lancea, & arcus,
Auribus vt truncum detexit Phædyma amantem:
Regnáque Darius gemino poſſeſſa tyranno

Nonniſi per ſeptem plenos Titanidus ortus,
Raptáque poſteriùs ſuſcepit, Smerdis amores
Per ſynodum Pentaptem iniens, qui veris vtroſque
In ſolio curſus numerans prætexere templum
Annuit extorres Cyro priùs auſpice tolli
Cæſis arboribus cœptum, Cambyſe moleſto
Quod duce dilatum vetuerunt ſurgere gentes
Finitimæ, fanique tholos, & ſacra peroſæ.
Ciues præcipuè Mareones planctibus acres:
Atque decus regni Darius vouerat ante
Vaſa adytis Solymûm ſuſcepto reddere regno,
Quæ referenda quidem veteri commiſit amico,
Qui deſertor erat Babylonis nomine dictus,
Atque mero dixit, & rege potentius eſſe,
Fœmineo & Verum generi præſtare, nec arces
Rex interuerti Siſinnæ ſiuit ob iras,
Cui templi reſcripſit opus non eſſe morandum:
Extremámque operi tanto non ante labores
Impoſuere manum fabriles rudere lecto,
Quàm reditus author factus rex Oebaris aſtu
* Quadrupedem pubis noto ſtimulantis odore
Ter geminum regni labentem condidit annum:
Atribus & templi ſpectantia cætera cultus
Artificum abſolui potuerunt murmure omiſſo:
Quod ſuper haud auium ſulcarunt aëra pennæ
Terrifici armorum fugitantes vſque fragoris,
Poſtquam tigna rogis crinitum miſsile pauit,
Iſſent luſtra duo donec, ſpatiúmque bienne,
Idque (Samo cladem molito rege carinis)
Aſſyrio rurſum potuit ſeruire neganti
Limina Achæmenius obſeſſa recludere caſtris,

Túmque

Túmque recepturo, belli quos iure ferentes
Seruitium ad patrias Perſis tranſmiſerat oras,
Zopyrus at mutilans fœdatis naribus aures
Agmina ſuppoſuit rurſum Babylonica Perſis:
Atque adeò Xerxem, complexa lege Lacæna,
Rex ſibi ſuffecit contra Marathona paratis
Claſsibus, Ægyptúmque iugo iam regis adortam
Cedere ter denis regnorum æſtatibus actis,
Bis tribus & clauſis, cui vitam hinc altera ademit,
Ex quo deficiens auerſa eſt Perſide Memphis:
Iam maturata regis pro morte quadriga
Indignantis agi medios victrice per hoſtes,
Atque ſuis telum condentis in ilibus imis
Vertice Gelboæ (quòd arundine læſus adacta
Ocyùs armigeri properatum arceſſere fatum
Cuſpide non poßet) tulerat puer æqua laborum
Præmia Tamnanus, diadema parente Doego
Committente (aderat qui mulio regis humandi)
Armillámque datam Sauli poſt fata Sicellæ
In loca deportans, Cæli cùm rite petitis
Sortibus vxores geminas Hebrone recepit
Iſaïdes, ſociósque ducis ſecurus adempti
Mœnibus appenſi Nyſæ, pendentibus armis
Aſtartes ad diuæ adytum, ſpoliiſque dicatis:
Verpi cui ſolium metati aſpergine odora
Corpus inunxerunt illic fragrantis oliui:
Neriadéſque decem tribubus præfecerat ortum
Rege parente procul Iabiſſæ haud mœnia humato,
Séxque quater miſerè per mutua vulnera cæſis
Corporibus rixa Gabaonis ſtagna ſecundùm
Saruiadæ infeſti tranſfixerat inguina palans

Oppoſitis ſtagno iuuenili cæde rubenti
Collibus implorans fœdus, pacémque reportans,
Reſphæ próque thoro culpato exoſus alumnum
In decus Hebronis tranſcribere ſceptra parabat,
Venerat ínque viri complexus reddita coniux
Melcha alij abſcedens ſponſo, connubia nondum
Lampadis aggreſſo coitu fœdare nefandæ:
Atque iter inſtaurans reuocandæ coniugis author,
Túmque pedem reditu referens, quà diſſita diſtat
Viginti ſtadiis Borſira Hebronis ab vrbe
Poſt ducis alloquium, depaſtáque fercula, pubem
Fratre cruentatus occiſi vindice fratris
Pro foribus cecidit ſub mænia fraude reductus
Principe conuiua tolerante indigna dolenter
Vulnera, & exorſi ſcelus execrante nepotum
Corpora, egeſtatem quæ tum paſſura cruoris
Et ſint profluuium, leprámque, & cuſpide cædem:
Iámque duo fratres gnati Remmonis alumno
Neriadæ extorres moliti improuida fata
Primitias Cereris ſimulantes munera fani
Clam proferre duci, proſtantem nare ſoporem
Vulnere perculerant condentes inguine ſicam,
Dona vbi ſperarent à principe lauta referri,
Et caput exciſum tulerant Hebrona regenti
In cruce diſtenti truncato calce, manúque
Orbati gemina, votis concordibus omnes
Cum primi Iſacidûm ſic regem affarier: ô rex
Quem nunc fata vocant ſceptra in gentilia certo
Numine, cui tantum Cæli regnator honorem
Aſſerit, & rerum noſtræ dat pondera gentis,
Adſumus en faciles coram ſub iura parati,

In quoſ-

In quoſcunque voles animum traducere mores,
Soluit agens intro ceu ſpiritus ora, ſonúmque
Egerit, atque habiles impellit pectore motus,
Nam cuinam potius ſint regis debita iure
Coccina? cùm pridem fuerit curantia belli
Imperiis commiſſa tuis, dum ſigna vocanti
Ingrueret Saulo vicini Martis imago:
Omnino haud dubiis fuerat ſolertia ſignis
Cognita Cis gnato, qui te præfecerat armis,
Nouerat iſque tuæ generoſum mentis acumen,
Atque tui vires heroas corporis idem
Efficere haud clades victum neſciuit in hoſtem,
Nec patriam vidit, contráque inſurgere ciues,
Queſtus & eſt prædam te non egiſſe tuorum:
Hinc te Rex ſuperûm ſortitus muneris author,
Hanc tibi ſelecto voluit concredere molem:
Quin agedum, ſuccede bonis regalibus vltro,
Iuſtitiáque tuas tutare, & viribus vrbes:
Tum quibus aſſentit, genialiter hóſque refectu
Excipit, híſque tribus iubet inſtaurata diebus
Pocula miſceri, digeſtáque fercula poni:
Finitimi tauris, illóque egere camelis
* *Atque aſinis pſittam, palathas, cum polline oliuum,*
Vina, ouiúmque greges, & obeſos terga iuuencos,
Omnibus ad ſacras prolixè epulantibus aras:
Poſt vbi in his ſeni ſunt menſes ſedibus acti,
Ac anni totidem, quibus eſt contermina vallis
Humanæ (vt perhibent) ſtirpis cunabula ſeruans,
Inſtruit abceſſus, vrbs vento obuertitur auſtri
Tractibus in Syriis Iordanem habitabilis inter,
* *Et mare Phœniſſum, propior ſed inertibus vndis,*

Oppida cæleſti quæ ſubruta ſulphure condunt:
Subditur hæc apici montis, ſubtérque ſupremum
Accubat inferior: authorem prædicat vrbis
Priſcà fides ſobolem primùm vineta colentis,
In ſua ſe poſtquam coniecit littora Tethys,
Inque ſuas æſtum reuocarunt flumina ripas,
Diluuio bacchata ſolum: tum munera frugum
Theraidæ reduci portans à regibus actis
Mœnia poſſedit rex idem, aræque ſacerdos
Iuſtitiam propter dictus cognomine Iuſtus:
Huc comitatus iens contentis regius armis
Applicat, at prohibent obtenta repagula vinci
Lumen, & introitus obſtructi cardine verſo,
Obſeſſique ſibi ſpondent obſiſtere ſolis
Debilium manibus Hebronis poſſe tyranno,
Delectum nec floris opus iuuenilis haberi:
Nec verò ſpeculam ſublatæ exercitus arcis
Segniùs irrumpit, quem rex mercedis amore
In ciues, vrbiſque domos concurrere ferro
Inuitat, donâtque viro præcepta ſequenti
Præ ſociis nomen præſumere principis olim,
Confectóque ducis ſpondet certamine honorem:
Haud mora, Saruiades progreſſum in clauſtra negantes
Perdomuit populos, & regem pace beauit,
Atque ſuo dici rector de nomine quondam
Montanam inſtituit confectis hoſtibus arcem,
Conſtituítque ſuos penetrali in ſede penates:
Orphona ab excidio ſoſpes quo diceris vnus
Euaſiſſe opibus pollens: feſtiua ſalutem
Exhibita Hebræis peperit quam gratia ſemper,
Demerita officiis æquè & clementia regem:

Ne bel-

Ne belletur vti & ſubigens Galilæa colonus
Prædia vomeribus, libans aut Danida lympham
Officiat, muros circumdedit aggere cautim
Iſaides, necnon muniuit robore limen,
Quâ Mellonis habent inter, Solymûmque meatum
Pinnigeros apices in aperto mœnia duo,
Innectítque moras: Sic belli exaruit horror,
Proficitúrque bono pacis, præcordia nónque
Terrifico triſtes euentus omine acerbant,
Aſpirátque Deus regi, caſúſque ſecundat:
Ambiuere quidem cuius commercia reges,
Qui populis circùm porrectis iura ferebant,
Præcipuè Huramus Sarrana rector in vrbe
Legatos Solymas effecit tendere verſus,
Atque ſacros templi celebrati inuiſere cultus,
Qui ſibi amicitiam Solymi ſermone tyranni
Concilient, paritérque vehi pulcherrima ſecum
Munera de Libano præciſæ cedrina curent
Arboris, artifices & donis addidit vnà,
Cura trabes quorum læuatas dædala circùm
Expoliat, fingátque rudes & cortice crudo
Exuat ob tabulas tecti teretéſque columnas,
Compagémque ſinus, quà ſe laquearia curuant:
Iſtud cui meritum ſucceſſus fœneret vſque:
Illuc & veniunt, ingentia ſaxa metallis
Qui norint egeſta ſoli componere muro:
Ilicet incultis olim domus horrida tignis
In ſpecies inuerſa nouas, formámque refertur
Compoſitam ornatu ſcitæ concinnior artis,
Haudque ſui meminit vultus oblita priores,
Stirpibus & Libani fragrat: Quod fata ſecundis

Rebus agi cœptis cedens felicibus omen
Arguerat, regnúmque ſuas attollere vires:
Et placida tunc non metuentior hoſtis in aula,
(Cui rerum ſaturo ſucceſſus congruat omnis)
In Venerem Iſaides ſedatis ſoluitur armis,
Vtque operam impendat pro gnatis cura creandis,
Multiplici celebrat geniales coniuge nuptias,
Comparat & plures per vincla iugalia nuptas,
Illic ſena quibus, ſeptenáque pignora ſeuit:
At non ſors eadem fugiente volubilis orbe
Indulgere ſinit complexibus vſque minísque:
Oſcula diſrumpit: teneríſque vxorius vlnis
Fœmineóque ſinu decedit in acre vocatus
Martis opus, cui iam trabeæ concedere honorem
Sparſa Philiſtæos vulgauit fama per omnes:
Is ſe præſidij quoniam ſtatione tenebat,
Phœnicum auxiliis, Syriæque in bella coactis:
Huius in acceſſus accincti audentiùs oras
Adueniunt, ſicci Boreæ quà regia flatu
Mœnia tunduntur, & fundunt agmina latè,
Dicta Gigantæo eſt Raphaima vbi nomine vallis:
Ille autem metuens bellorum oracula Cæli
Conſuluit, deceátne acies inferre viciſſim:
Quò lætas referens ſortes, pactáſque trophæum
Delectúmque habuit, dirúmque occurrit in hoſtem,
Caſtráque prædatus ſpoliis hoſtilia fregit,
Eſtque Deûm effigies populatus in æquore omiſſas
Mox adolere iubens, ſtructiſque exurere flammis
Vana ſatellitibus gentis ſimulachra profanæ,
Quâ diuiſus ager patrio eſt ſermone vocatus
Martis ab euentu, quia diſpalata fugarat

Agmina per campum fundens errantia victor,
Incertus veluti liquor vndæ curſibus errat
Lubricus, aut Phœbi radiis cùm nube ſoluta
Liquitur, aut tendit cùm ripas mobilis vltra:
Excidiis acies attrita Philiſtias vt ſe
Robore collegit, totámque in prælia pubem
Militiæ accendit ſtudio, certamina rurſum
Inſtaurat ſtimulis, pugnámque redintegrat ira
Commeditata decus reddi ſymplegmate ademptum:
Rex effata quidem precibus ſcrutatur Olympi
Rurſus, & armato didicit decedere nimbo,
Parte quoque obliqua tergum præcingere gyro
Hoſtis, & Iconibus occurrere dantibus olim
Perfidia ſeſe tutamina vana colenti,
Alternámque nefas pugnam conferre priuſquam
Hoſtica det ſupra ſonitum ſimulamina motu
Ætheris aura crepans, & verberet aëre moros,
Leniáque impellat molli ſua flabra ſuſurro
Effigies ſupra placandas fletibus, haud quæ
Præmia cultori bardo felicia ſoluunt,
Optatíque loco ſucceſſus lumina laxant
In lacrymas: læto quas nactus ab æthere ſortes
Conſultor ſequitur, facilíque labore phalanges
Demetit à Gabaa retro terroribus actas
Gazeris ad muros, vicina & conſcia ſparſim
Rura per Ephræmi fines: ita nobile nomen
Principis auditum vicino increbruit orbi,
Victoríſque ſubit perculſis mentibus horror
Finitimos capiúntque metus, qui geſta verentur
Inclyta, nec cuneum in campo dare comminus audent.
Vt ſemel atque iterum qui naue Capharea legit

Rupibus illiſa, ſcopulóſque euaſit iniquos,
Inde procul tendens ventus Carcheſia credit:
Iámque igitur pacis lætus, bellíque laborum
Haud metuens populi rurſus tricena coacti
Millia adeſſe iubet, contentè & cogitat heros
Suſpendens animũ ſacri redolentia fani
Ligna coloratus cocco, & ferrugine velis,
Necnon textilibus villis adoperta rotarum,
Numinis impreſſus ſimul & cohibentia leges
In melius transferre locus, ac figerè dignis
Sedibus: hæc Gabaæ penetralibus abdita promit
Flaminis alituum geniorum vmbrata duorum
Remigio alarum precibúſque frequentia ſemper:
Præſulis hæc gnati plauſtro ſunt ducere iuſſi:
Iam motis radiis commiſſo pompa tyranno
Siſtra, lyras, citharas, & ahenea cymbala quaſſant,
Tympanáque, & ſuperas decantat carmine laudes:
Ac voluens tenuit Chidonis vt area plauſtrum,
Eluctata boum quoniam vis calce procaci
Ligna reclinabat ſanctas arctantia leges,
Dextera porrecta eſt Ozæ, titubantia motu
Suſtineat librans quò pondera partibus æquis:
Non tulit omnipotens tractata, ruítque ſuperbum
Attactu iuuenem: mox & demortuus Oza eſt,
Area Chidonis demiſſo vbi nomine dicta eſt:
Rex cuius trepidans caſu morientis amaro,
Audeat hæcne ſuis aduertere ſedibus, anceps
Fluctuat, & triſtes euoluit pectore curas:
Háudque receptari demum ſententia ſedit,
Vulgus vbi impoſuit reſtincti nomina campo:
Obedamum attegiis quæ nullo murice cultis

Adſeruare iubet Anthedonis vrbe creatum,
Leuigenámque ſatu ſani à cuſtodibus ortum,
Vix ea tres lunæ curſus cuſtodia ſolers
Hoſpitis obnixè curauerat, hoſpita dexter
Cùm tecta amplificat ſucceſsibus, omnia & auget
Rex illi Superûm fortunæ dotibus, inque...
Lauta parte habito feliciter omnia vertunt,
Votáque ſucceſſus, & opes prouentibus implet:
Æmulus Iſaïdes caſus, ſortíſque ſecundæ,
In ſua temporius reuocari eucteria ſciſcit:
Sic igitur mentem verſans egeſta reuellit
Limine plebeio popularis regia curans
Inferri ſub tecta, choros ac ordine ſeptem
Indulgere palam thyaſis, mandátque choreas
Ducere, qui circùm vitulina coquēda calore
Viſcera in eliſo iactabant aëre calces,
Atque vbi vectores in menſo limite paſſus
Iam ſenos ierant, trepidans in facta ruebat
Vulnera bos iuguli, necnon argentea villis
Guttura tranſſoſſus aries dabat hoſtia collum:
Hos inter ſtrepitus multis cum millibus ibat
Rex medius rauci ſonitus vocalia motu
Organa percurrens, & cantu pectora mulcens,
Carbaſeo & cultu rigidos amicíuerat artus:
Plauſibus his deſit curuo non ductilis ære
Buccina, quæque leues impellat tibia ſuras,
Matribus Ogygiis ſaltus ceu ſigna Cithæron,
Robora cùm ſubter ſyluarum frondea profert,
Diſſultat reſona vel cùm Samothracia buxo,
Aut concuſſa Rheæ Corybantes cymbala pulſant,
Curetes ve crepant crotalis, & crura fatigant:

Nec niſi confictas compages aſſere léui,
Manſuróque diu tentis geſtare lacertis
Léuigenis licuit: ſordes luſtralibus illi
Ante repurgati, vitæque piacula lymphis
Supponunt humeros: hi conſpirantia cantu
Cornua deductis aurarum flatibus explent,
Venturas pars verò canit non inſcia ſortes,
Fatidicúmque mouet ſtimulos ſub pectore numen,
Excutiens hominis mentem, pars cruſmate quorum
Inſonat, hi foribus cuſtodes limina ſeruant:
Omnia quæ circùm denſatæ examina plebis
Ægla domus ſpectans ſpeculari accedere adempto,
Certatímque pedes in ſiſtra ſonantia motos
Indignata viri, miſtúmque intendere vulgo
Degeneri exultim neruos perſtrata viarum,
Orbibus & celerem nunc hos inuoluere flexus,
Nunc per inane rapi, riſit veſana maritum:
Sic verò decuit regem decurrere, quæ tunc
Prædicat, in morem ſcurræ, curſúque rotari,
Atque cateruatim miſtum popularibus eſſe?
Compoſitus præ ſe rictus qui ferre pudenter
Debeat, & coram tetricos obtendere vultus,
Commodulè vt geſtu ſedato mobile vulgus
Contineat, mores & temperet ore modeſto.
Nonminus at flectens ſua vir veſtigia motu
Emicat, & tendit demigrans limite cœpto,
Dum metata locet ſubter tentoria ciſtam,
Imbuat atque adyti donec penetralia propter
Victima pingue ſolum, commiſſáque ſanguine luſtret,
Conciliétque ſuo placandi funere pacem
Ætheris: omnino verſatus ritè ſub ignes

Viſceribus

Viſceribus, populo tibi bona verba precatus,
Lętitiam luci cuneos partitur in omneis,
Fœmineos ſuperant nec dona virilia victus:
Cuique dari per quem iuſſa eſt collyrida panis,
Atque opera tamiæ fruſtum ſuperadiicit vri
Verſatum verubus, triti cum polline farris
Æſtibus vndantis olei in ſartagine frixo:
Languit vt dapibus verò plebeius edendi
Exſaturatus amor, conceſsit liminis intra
Quiſque ſui thalamos etiamnum pocula ructans,
Séque ſua menſas largitus ſede recepit,
Læta precatus vbi fatorum euenta futuro eſt
Omine, cui rugis obducens obuia frontem
Ægla venit, ludóſque viro ſic reddere adorta eſt:
Egregiè verò vultus regalis honorem
Prætulit illæſum, decurſans omnia ſaltu,
Rex qui more Plani greſſus veſtigia flexit,
Et non erubuit nudatam oſtendere vulgo
Cæſariem nitidam ſeruili examine bacchans,
Nec regale decus tenuit, concuſſáque nudus
Tempora diſsiluit. contra cui ſuſcipit heros:
Pone modum probro, vaníſque abſiſte querelis,
Haud quoniam magni ſunt hæc indigna tyranni,
Quæ grauis allatras, & me in libamine feſto
Emicuiſſe decet thyaſis per carmina ouantem,
Iſacidûm quia ſceptra mihi, populóſque volentes
Aſſeruit, faciléſque regi me principe fecit
Regna tuo Numen demens dominata parenti,
Nam quantò abiiciam faſtum, flatúſque remittam,
Victa ſupercilij tantò mihi vertet honori
Vis immanè tumens toruæque ferocia frontis:

Conſectata virum meritò conuitia propter
Ægla nihil nupto eſt coëunte effecta graueſcens,
Haudque vterum geſsit, tantiſper pondus Ietræ
Dum pariens nixu muliebri exponeret auris
Atque ageret vitam fœtus effœta labore
Exanimus: rixa liber (quòd Martius vllas
Non abſumat opes congeſtas aggere ſumptus,
Nec placidam ingratus clangor circumſonet vrbem)
Te fati præſage Nathan ſermone tyrannus
Occupat accitum: viden? vt gratiſsime vates
Subnixa auxilio læuatæ hæc regia cedri
Luxuriet, nimióque ferat faſtigia cultu,
Linteáque inſternant adopertam numinis arcam,
Id, mihi ne celes, te rectum iudice habetur?
Cui vates: Ne verò pios abſiſte paratus
Eximia virtute ſequi, nam principe ab æthræ
Conſilia emanant. ſic ſponte hortatus euntem
Nocte ſoporifera rebus demente colorem
Puluillo incubuit: dormiſcentémque Polorum
Sic ſator aggreditur: Cùm primùm luce reuiſes
Congreſſu Iſaidem, molem me nolle ſuperbi
Inſanam referes templi: num thuris odorem,
Aut mihi ſuffitus conferri à Moſe popoſci
Ædis in immanis ſtructura, & ſedibus altis?
Rupis inacceſſæ per inhoſpita ſaxa, comáſque
Horrentes nemoris dum caſtra ſequutus euntûm
Inſedi Iſacidûm ſolo velamine opertus
Pelliceo, poſita & degens tentoria ſubter,
Aut vlli tribuum per vela, & ſcortea tectus
Atria odorata mandaui ponere cedro?
Ardua nec poſco, verùm gratiſsima longè

Me de-

Me demiſſa iuuant ſuppreſſo pectora faſtu:
Tu mihi rex teſtis, cuius paſtoria collo
Fiſtula pendebat, geneſis nec origine confert
Id ſublime decus, ſed te bonitate vocatum
Præfecere mea ductúmque ab ouilibus olim
Optauęre ſibi verpi, contentiùs egi
Cuius adornandi curam, merſíque profunda
Morte rebellantes, odiúmque immane frementes,
Cui peperi nomen, cuius vel gloria certet
Regibus eximiis: atque in ſtatione locabo
Hebræos ſtabili, ſtirps vt radicibus hæret,
Quos planè excutiet me nulla ſuperſtite belli
Aſperitas, veluti fuerant cùm præſide tuti
Præpoſito per me ſedandis litibus olim,
Proſpera ſuccedent & opimæ tempora pacis,
Noſtros inde manent & ſacra potiſsima cultus:
Dúmque tuos manes æui maturus auorum
Miſcueris cineri, patritæ pignora ſedi
Sufficiam, neque ſors mutabit deſita regnum,
Nec decus imperij numeroſis excidet annis:
Poſteriùs ſanctas ſtatuet mihi filius aras
Sanguine pollutus nullo, ſed pace remittens,
Quem mea ſeruabit defenſum cura paternæ
Inſtar amicitiæ, patrio quæ more coletur:
Quòd ſi flagitio, vitiis & fecerit iras,
Caſibus abiiciam tumefactum, illíncque receptum
In melius patriæ victus pietatis amore
Dignabor venia, veluti coaleſcere Sauli
Nîl vetui regnum, nec rerum tempora pono
Vlla tuo generi: ſic noctu cognita Vates
Sub lucem memorat regi, qui pronus ad aram

ſic ait : Omnipotens ecqua eſt mihi ſtirpis origo ?
Quæſiui quibus aut meritis dignandus honore
Hos titulos : placitántque mei quo nomine mores:
Haud donata quibus ſolùm diademata confers,
At ſuper ad ſeros eadem tranſmiſſa nepotes
Protrahis : officij debentes nomine , reſtat
Vt tua ſynceris animis præcepta capeſſant:
Sed quid ego humanos rimantem ex æthere motus
Pluribus obtundo ? ſanè à primoribus annis
Me tibi morigerum noſti, cui ſingula monſtras,
Quæ ſeries ventura trahat, miſerénſque malorum
Pacta quidem confers ad rem, reſponſáque ſemper
Conſtabilita manent : cui non ſe numinis æquet
Vllius effigies, potior nec fama per aures
Didita te præter vlli ſeruire deorum,
Æthera cum terris, & ſalſum prædicat altum,
Dásque tuis populos omnes concedere Hebræis,
Qui magis antiqui reliquis tibi gentibus extant:
Sanguine conſperſæ teſtes Nilotides vndæ,
Et portenta fidem firmant terrentia Tanim,
Seruitio à muri dum coctilis excutis æquor
Per rubidum Iſacidas, ſolos quos ſeligis, aræ
Incendant vt thura tuæ, neque nomina mundi
Illuſtrare tuo vis cætera numine præſens.
Perge igitur, promiſſa fides & debita gnatis
Sanciat, ac ſedem patriam, regnúmque minores
Æternum teneant, ſoliúmque immobile ſpectet
Barbara gens oculis, téque admirata vereri
Diſcat, & adiutos noſcat te præſide Hebræos:
Nunc quoniam illuſtras ſanè mea regna, genúſque
Virtute eximium ſpondes, quod ſemper auitis

Inſidcat

Inſideat ſoliis, & ſacra altaria ſumptu
Gratius attollat, poſituro vt fana ſecundus,
Dexter & aſpires ſolitæ bonitatis egenti:
Hæc orata habui, ſtans iuxta altaria ſupplex:
Nec me animi fallit, quæ das oracula, reddi
Hæc rata ab euentis, regnum ſucceſsibus exples
Qui mihi, conficiat ſacra vt ſolennia ſemper
Iure tibi, cultúſque tuos ventura per æuum
Progenies celebret, cedat quoque legibus vſque.
Talibus orabat, poſitiſque altaribus ambit
Ædificare tholos lato in curuamine templi:
Impurata manus obſtat ſed ſanguine facto,
Principis & nuſquam polluti cladibus vllis
Inſumenda opera eſt: curæ quo mobilis æſtu
Odit iners æuum, bellíque ad claſsica mentem
Admouet, & ſequitur duris excurſibus acres
Inde Philiſtæos, horum quoque mœnia vaſtat,
Vicináſque mari perrumpit viribus vrbes,
Súbque ſuum imperium ſubiungit, publica túmque
Exigit: his frænos animi ſubeuntibus autem
Æquore profligat oram propiore ſonantem,
Corpora virginea & ſuperata Anthedone raptat:
Et quoniam, Matuta nitet quà primula ab alto,
Lotigenæ inſultant interdum incurſibus hoſtes,
Moabidas contra ſuſcepit prælia, & vltor
Corpora dinumerans, ſic is mucrone rebelles
Perculit, vt reſtans pars eſſet tertia tantùm:
Sobanóſque ſuper Adrazare iura ferentem,
Te patris edomuit Arachi de ſanguine obortum,
Cùm ſuper Euphratem dulce eſt extendere fines,
Et ſeptingentos à te, cepítque ſubactos

Mille equites, peditum viginti & millia, & omnes
Corrupti currus ſunt, centum præter, cóſque
Is reliquos fecit, quos ad præſepia ſiſti
Edixit patriæ: quæ pugna eſt edita vtrinque
Ad fluuium Euphratem, cui rector præfuit oræ
Victus Ieſſæi per gnatum ingentibus armis,
Subiicitur monti quà Soba: huic aëra ſummum
Hermonis lambens opponitur ardua rupes,
Edit puniceos quà Titan primitus ortus:
Miſerat euicto robur ventoſa Damaſcus
Auxiliare duci, cuius bis ſubruit octo
Senáque pugnantum conuerſo millia tergo
Per regem conducta Adadum, collatáque in æquo
Regnatór Solymúm, Syriæ & contracta ſubactæ
Præſidia impoſuit, quæ recta eſt iure Damaſci,
Imponi placuit cuius ſtipendia plebi:
Aurea diuellens & principis arma Sophenes
Turribus in medijs Iebuſæ pendula fixit,
Æráque Beroti, Betæ & prædatus in vrbe eſt,
Ex quibus inde lacum, & conflari cymbia fecit,
Ac tripodas Salomon, flammíſque altare coruſcum,
Atque ſolum geminas iuxta cereale columnas,
Atque lauacra, & erant quæ vaſa decentia ſacris
Omnia, tunc eſſet licet æs pretioſius auro:
Conciliata fuit victori hæc fortibus auſis
Gloria, & arrectos Amathes ea fama volauit
Ad proceres, ſparſus tonitru quà ſæpiùs amnis
Flumineum eructans æſtum voltitante fauilla,
Nondum erat indigenas per gentes dictus Orontes
Conſcius oppreſſi Typhonis, vana vetuſtas
Quem ſecuiſſe adeò venas telluris hiantes

Duxerat

Duxerat effugij ſpem propter, fontis aquoſi
Denique vt è ſcatebris ſaliens erumperet humor:
Nondum propter aquas Magni Parnaſida laurum
Seuerat his miles oris, qui frigore ſegnis
Conſitione ſatæ poſt triuit brachia Daphnes,
Háudque Palem populi ſcenis tectura coruſcis
Extulerat frondes actis radicibus arbos,
Necdum ſyluicolæ ſurrexerat ara Dianæ,
Perfuga nec lucum Phœbi capiendus aſylo
Nouerat: his dominans Typhone ſonantibus oris
Rex Amathenorum Thænus per bella ſubactæ
Excidij Sobæ lætus, regíſque perempti
Scilicet in fines quondam funeſta mouentis
Signa ſuos ad caſtra iubet victoris euntem
Tendere Ioramum, pugnæ gratetur onuſto
Qui ſpoliis, meritum quòd victo ſumpſerit hoſte
Supplicium: cuius gnatum cùm victor honore
Comiter excepit, Salis alta in valle parauit
Haud vulgare decus pugnantûm millibus octo,
Euerſiſque decem, facta iam cæde Syrorum,
Paſtorum puteos in qua labor improbus olim
Fecerat, aſphalti quos nunc ſalſedine amara
Occupat vnda ſequax: Gebeles & dena virorum
Millia bis domuit contraria ſigna ferentûm,
Addidit hiſque ferè ter mille cadauera ferro
Saucia poſt ſocios obitus ſubeuntia manes:
Erepta excidio quo forſan regia proles
Effugio Ægyptum venit, patriámque reliquit,
Cui ſoror eſt Taphnis reginæ tradita nuptu:
Sic voti per bella potens felicia victor
Tutanda in regione manens muniuit Idumem

Præſidio, quem per exhauſta pericula euntem
Caſibus erexit raptum ſator ætheris alti,
Et patriæ incolumem retulit: Sic pace quietus,
Haud quoque ſtridentûm pauidus clangore tubarum
Sacra redux inter populares iura ferebat,
Sancibátque ſuas poſito programmate leges,
Quémque paris retinens ſeruato examine iuris
Conſiliíque viris multo ſolertibus vſu
Partiri exequitur communis penſa laboris:
Saruiades planè accurat molimina belli,
Si quando ingruerit, gnatus certamina ſcriptis
Mandat Achiludi, ſimul & quæ pace gerantur,
Demittítque ſuo multis hypomnemate ſeclis,
Cum ſocio at ſuffit Solymarum templa Sadochus,
Ob literas autem fit ſcriba Seraïa regis,
Dux Benias cùm ſit belli: tum lapſa reuoluit
Tempora ſortitus rex omni munia regno,
Et dum res fuerant tenues, quæ pectora egentem
Demerita officio fuerint, in mente volutat:
Cui venit in mentem Sauli genus, vſque parentem
Quod ſibi concilians precibus placauerat iras:
Anne, ait, hac aliqui ſuperant de ſtirpe nepotes?
Cui Siba: reſtat ea Mephiboſetus, inquit, inortus:
Tardior is pedibus, ſua nec veſtigia neruis
Segnibus intendens Machiris penetralia ſeruat,
Altoris Labatam cuius nunc incolit vrbem:
Noxia non mater fuerat ſubeunte graueſcens
Semine, ſed verò nutrix coniecit alumnum
In mala non vltro, quæ dum fugitauerat errans,
Territáque audita ſublati ſtrage tyranni,
Ah ruit in præceps, trophimúmque ex vbere lapſum

Deſuper oblæſit nitens, preſsitque gementem
Vagitu puerum, contractu vulnere neruis.
Regia mens caſu perculſa, & patris humati
Immemor, haudquaquã ſuperantem à clade parentum
Iuſsit in aſpectus prolem formidine omiſſa
Se proferre ſuos: quam ſic rex pignore firmat,
Mitte metus: equidem patris deuinctus amore
Te mihi in officio ſemper ſtudioſiùs eſſe
Contentum cupiam Mephiboſete, & arua tuorum
Largior ipſe, teres tuceta & regia mecum,
Quem facili ingenio tractare humanitus optem.
Quem ſic voce pedes lentos tardatus adorat,
Haud equidem ſperem menſæ diſcumbere herili,
Nec deceat: quid enim deiectus morte perempti
More canis tecum regalia mattya carpam?
His magis inuitans at verò munera profert,
Atque ait: Omne Siba ſubigi curauerat aruum
Vomere quod Saulus, ſeruos, armenta, gregeſque
Lanatarum ouium, paſtáſque ſalicta capellas,
Inſtructáſque domos Domini ſub iure teneri
Conuenio inualidi, cuius tu iugera aratro
Cum gnatis ſuſpende tuis, & conſere glebas,
Ac mediaſtinis ſtiuæ partire laborem
Mancipiis actor, meſsis quò pectine culmis,
Poſt matura etiam tritis vineta racemis:
Hæc domini tecum ſoboli, quæ ſumptibus vſus
Exigit, huc referant, necnon torrenda ſub ignem
Viſcera, regales autem ſeruare parentem
Vſque velim pyrgos, & mecum abſumere fruges:
Tum Siba pignoribus ter fretus quinque, ſolóque
Frugifero exercens ſeruos bis quinque, decémque,

Edicénsve alios operum durare labores
Suſcipit: Vt mandas, faxo, glebámque reuoluam
Et conuiua tibi Mephiboſetus incolet aulam,
Das iiſdem veluti gnatos accumbere menſis
Rege ſatos: pedibus læſo de patre creatum
Inde Micham exhibuit quoque victu operatus in agris,
Degentis vitam in Solymis ſub iure parentis,
Qui pariter nacti quoque regia fercula ſeruos
Continuit curas opera ſolatus heriles:
Lotigenûm interea rectori linea vitæ
Summa reſignauit iam conclamata querelis
Lumina, & exequiis latis, regíque ſolutis
Implicuit cineres incluſis oſſibus aurum,
Ogygióque ſuper moles immanis Ophite
Erigitur, fulgétque notis impreſſa repoſti
Fortia facta viri, textúmque inſigne coronæ
Filius excepit: ſub triſtem in funere patris
Quem ratus Iſaides legatos flebile humati
Morte ſolum voluit, mœſtóſque accedere fines,
Ex animi quando fuerat coniunctus amore,
Muneráque officiis certarant mutua regum:
Porticibus capti poſtquam ſubiere, ſalutem
Sunt quoque præfati, paulatim excludere leſſum,
Atque oratores ſuadent amittere fletum,
Solaménque velit cæcis admittere curis
Gnatus vt extincti; longis ambagibus orant:
At proceres patriæ primi conſulta ferentes,
Inſidiis non eſt caruiſſe, & fraudibus, aiunt
Credibile hos aditus, nec propter fœdera patris
Adueniunt, certant at verò indagine miſſi
Explorare ſolum, raptáſque auertere prædas,

Et populare domos, nouitas quos talia regni
Inſtimulat tentare tui, ac ætatula mollis:
Libertas ſcelerum progreßibus ampliat oras:
His animans iram legatus improbus ore
Inſultauit Hanon promiſſam in pectore barbæ
Luxuriem radens, & pars illæſa remanſit,
Adque natem medias veſtes his abſcidit vſque,
Imperat atque ſua motos concedere ab aula,
Illud amicitia non dans languente paternum:
Quæ poſtquam audierat Solymarum haud mollia rector,
Occurſura viris mærentibus agmina mittit
Turpiter inſani iuuenis ludibria paßis,
Atque redire iubet, dum barba increuerit omnis,
Mandat & interibi fida conſiſtere tutos
Ierichunte animis paulum ſolatia nactos.
Vrbs erat inter aquas Iordanis, & auia ſyluæ
Frondiferæ, cuius degit per inhoſpita CHRISTVS
Luce quaterdena ſine manſis frugibus vllis,
Et nullo voluit vires arceſſere victu:
Ierichus campi fundata in ſede feracis
Cingitur in morem circi pulcherrima ſummis
Montibus, & circùm muros iuga flexibus vrgent:
Quam prope gemmaſcunt multis palmeta fluentûm
Roſcida riuorum ſcatebris, & læta receptis
Fontibus explicitas attollunt palmite frondes:
Nec procul hinc teretis ſudant opobalſama ligni
Cortice, quod ſuccos exciſum vulnere manat:
Illic indigenæ ſubmiſſo vaſe receptant,
Lactis & in morem guttas ſueuere tenaces
Cogere morboſis oculis, cerebróque medentes,
Soluentéſque hebetis ſenſus medicamine fumos:

Ob ſcelus id ſeram pauitans Ammone creatis
Vindictam eſt populis mens veri certior augur,
Suſcipiens & Hanon metanœam pectore probri
Auxilium Syrij conducit roboris vſque
Ad Maacham miſſis, & Sobam mille talentis
Simplicis argenti, currus equitéſque repoſcens.
Millia viginti peditum venere: decémque,
Iſtobúſque duo duxit: rex mille profectus
Ex Maacha: in campo regum auxiliaria aperto
Agmina cùm Syriis fuerant accincta ſeorſum:
Pro foribus verò, potior ſi viribus hoſtis
Vrgeat effugium, prope mœnia fida locarunt
Lotigenæ populi fido ſua caſtra receptu
Ad ſolidos Meduæ dumos, quà fertilis arbos
Induit in florem non ſe, tenet aſſita verò
Sylua ſolùm ſterilis, dumíſque obſeſſa ferarum eſt,
Formidatus ineſt & opacis frondibus horror:
Iſaïdes & cùm bellorum inſtare paratus
Audierat, paſſim delectum iuſſit habere
Sarniadem, pugnáque rudes accendere agreſtes:
Paret, & omnigenis inflammant pectora Hebræis:
Ergo odiis iuſtè moti fodicantibus omnes
Præſentes aderant: laxis peronibus illi
Tecti vtrumque pedem, brachíſque adoperta gerentes
Inguina fraxinea euellunt haſtilia, & acres
Scuta cauant, humeróſque hirſuti pellibus horrent
Corpore direptis ſpirantûm immanè ferarum,
Conſortíſque lupi prætexunt tempora ſetis,
Et paſtorales myrtos à ſtirpe refringunt,
Exercere Palem necnon, & condere diſcos
Summa in nube cati, ac habiles contendere curſu

Crate

Crate fatiſcentes clypeos, turpéſque ſenecta,
Pulucreóque ſitu renouant, & terga iuuencûm
Deſuper obductis aptant, enſéſque caminis
Fulmineos recoquunt, aut hos rubigine adeſos
Exungunt oleo, vulſaſque à poſtibus haſtas
Eripiunt, telis corytum & ponè ſonantem
Suſpendunt humeris: incuſa in cote bipennes
Exacuunt alij, ſtridentia robora ferri
Obtuſi ſubigunt illi, mucronis acumen
Hi reparant hebetis: geſtatur pluribus enſis,
Caßidáque ignifluo ſplendorem vertice fundit:
Pars thorace graui pectus tutatur opertum
Aclides amentans ſtrigente ligamine lori:
Inuadit pars pila, gerit pars gæſa, dolones
Hi rapiunt, alij præfixa haſtilia ferro:
Hos ſparus armauit, fundis Balearibus illi,
Adductíſque agitant glandes per inania habenis,
Diſtinguúntque leui ferientes aëra gyro,
Túmque paludatus itionem conficit ordo,
Infrænántque ſuos moderaminis arte iugales
Aurigæ, comúntque iubas, crinitáque mulcent
Colla manu, motúſque ferunt, dominóſque morati
Coniciunt in equos contento corpora ſaltu.
Olli quadriiugos horrendi cuſpide currus
Conſcendunt alacres: lorica his membra trilice,
Aut crudo thorace micant, ocreíſque renident:
Aſperior bullis præcingit balteus omnes,
Pendulus & laterum coſtis demittitur enſis.
His criſtatus apex capitis vitalia tecti
Suppoſita emunit prætentas brachia ſetras *
Læua gerunt, quædámque ferunt geſtamina peltæ:

Saruiades agitat vaſti quos agminis inſtar,
Pectus & obducit puræ munimine parmæ,
Cui galea ob rutilum radiis vibrantibus aurum
Fulgurat, & criſtæ coni de vertice nutant,
Buccina quem circum cunctantis murmure trunco
Hoplomachi accendit ſtimulos, & mota vagatur
Teſſera: conſpirant agreſtis cornua turmæ:
Iámque pedum pulſu tellus concuſſa tremiſcit,
Et cataphractorum ſubter præ pondere mugit:
Vallis vbique tubæ clangore crepante reſultat,
Obſtrepitúrque ſonans, ſimul & vicina reclamant
Auia: Iordanes tranſmitti examine tanto
Horret inardeſcens armorum luce coruſca.
Ille vbi traiectus ripis tot millia campo
Intulit arenti, dux nodos cominus infert
Obuerſos peditum, curruúſque, equitúmque citatos
Cornipedes, aciémque ſibi ſpeculatus ab hoſte
Frontibus aduerſis, & ponè inſiſtere ſpectat
Corpora in aduerſos ſecum delecta laceſſens
Impauidus Syrios: Abiſæo cætera credit
Aggreſſura fores Lotæos vrbe tuentes,
Ne ſi cuncta trahens inimica in prælia raptet,
Terga Syri quatiant, improuiſóque ruentes
Cladis in aduerſos ſpargant incendia gyro,
Aduerſata premat quem viribus ala ſubactum
Si potior fratri poſſit ſuccedere frater,
Si verò inualeant vrbis prope mœnia agentes,
Auxilij fuſo tutamina mutua præſtet,
Principiiſque ſuis ſuccenturiatus in hoſtes
Adſit, ſi tulerit id res, & venerit vſus:
Sic primum felicis opem præfatus Olympi,

Aeriáque

Æriáque inſpirans virtutis ſemina fratri
Conflictus iniit: pedites iam cominus acti
Puluere miſcentur, ſtringúntque ferociter enſes,
Atque pharetrati corytis ſpicula promunt
Cornibus exacti neruos intendere equinos:
Puluere ſtat cælum, telíque volatilis altè
Eripit aſpectum nimbus: Gortynis opacum
Dextera non tanta ſubtexit arundine cælum,
Aut inſpicato ſpargens mucrone venenum
Arſacides: contra iam miſsis eminus haſtis,
Iámque venenatis haſtilibus æquore iactis
Irrumpunt equites, & pectora curſibus vrgent
Obuia quadrupedum, & coriſcos brachia iactant,
Fatiferáſque mouent ſeſſores curribus haſtas,
Inque renidentem conſurgunt altius enſem,
Et grauis obnixi contorquent pondera clauæ:
Hebræis ducibus, nec ſtat victoria magno
Sanguine, conuerſique fugam per deuia tendunt
Rura Syri primis pugnas aſſultibus oſi.
Quos vbi Lotigenæ viderunt fidere turpi
Effugio indecores, intra ſua limina tuti
Caſtra receperunt, verſas & cardine aheno
Occluſere fores: tum principis ira quieuit,
Ilicet & rediens Solymarum in mœnia greſſus
Exoptata rapit, currúſque volantis habenas
Suſcitat hos propter ſucceſſus gaudia librans,
Emeritúſque ſubit patrias exercitus vrbes:
At potuere Syri haud vltores pectoris æſtus
Ponere ſe victos ab Apellis eſſe querentes:
Ergo coiuerunt odiis, Chalanæque tyranni
Authorant mercede manus, Syrióſque morantes

Trans fluuium cogunt populos, his Sobachus autem
Præfuerat, parent cui Sobæ examina regis
Martis in euentus dubios: pugnæque paratum
Inſtruit Iſaides, traiecto & flumine Hebræos
Dinumerat ductos Helamam lâtus aduſque,
Hoſtiléſque Syrus profert luctantibus alas,
Congreſsúque fugat victos: bis perdidit idem
Myriades capitis equitum bellatus vtraſque,
Septingenti etiam præfecti obiere quadrigis:
Sobachus euadens non quo diſcrimine caſus
Singultantem animam cum ſanguine ſaucius egit,
Vulnus vt excepit victore à rege cruentus.
Euentu pauidi reges in ſigna coacti
Fortibus intrepidi iam non occurrere Hebræis,
Corripuere fugam, tergúmque auerſa dederunt
Dena quater latebras ſcrutantûm millia ſyluis,
Bisque nouem forſan feriendos cuſpide teli
Auertere humeros: Syriæ qua ſtrage cohortis
Protelata manus gentis commercia damnat
Edomitæ Iſacidas optans ſibi fœdere iungi:
Sunt quod vbi reges victi ſociale precati
Percuſſere datis manibus, ſolenniter icto
Quo ſunt Lotigenas non tum defendere adorti.
Rapturus Meroës hebenis iam Delius vmbras
Suppoſitæ ſeſe referebat ad arua Syenes,
Cùm iubet Iſaides à rege repoſcere pœnas
Saruiadem, populatus erat qui tempora ſubter
Legatis miſerè barbam: miſſúque profectus
Eſt dux militiæ multis cum millibus actis
Tempore, ſuſcipiunt quo reges bella tepentis
Sub ſpatium veris: ſe verò in ſede tyrannus

Continuit

Continuit Solyma: cuius mandata faceſſens
Saruiades Ammone ſatos ſymplegmate vaſtat,
Obſidet ac vallum, quo ſe Philadelphia circùm
Ardua tutatur, poſitura in montibus extat
Cuius, ab Arſacidûm curuati flexibus alti
Qui ſe punicei ſinuoſum littus aduſque
Continuant Pelagi: quondam his degere gigantes
Montibus incultis, caſcorum vt credidit ætas:
Auguſta hi facie mortalia corpora ſupra
Exierant, nocte & ſomnos ſuadente locabant
Membra toris duro compactis robore ferri
Aut hominum læti ſpoliis, aut cæde ferarum
Tela cruentantes, pecorináque viſcera edentes,
Pellibus & capti rubefactis ſanguine flabant
Pectore de vapido, tepidum & pulmone ſoporem,
Callis ob errorem poſtquam decedere nocti
Haud poterant, fugá ſi produxerat hoſce Leonis,
Tigridis aut rabidæ, vel ceruæ horrore fugacis,
Horum dum quatiunt vallatos aggere pyrgos,
Hebræíque minus accenſi vltricibus inſtant,
Forſitan eminulum media ſub luce tenebant
Proiecta Iſaidem cœli porrecta ſereno,
Vrbanos & erant apices extantia ſupra:
Fons in conſpectu vitreus argenteus vndis,
Illimíſque fluens è labris iugiter vdis
Militis Hetthæi riuis violaria obibat,
Cunctáque inundabat gelido plantaria curſu,
Quem circum artificis maſtos compage tenaci
Dextra coagmentans in marmore dædala finxit
Elcanam à patria Ramatha Siluntis euntem
Ad delubra, adyto & donaria vota ferentem

Cum nupta gemina: fletum is celauerat Annæ,
Exoſámque cibum iactata ob probra Phenennam:
Hanc ſterilis temulentæ etiam conuitia paſſam
Sculpſerat à precibus grauidam Samuële, Deóque
Siſtentem puerum materno à lacte repulſum:
Iámque miniſtrabat Heli gratiſſimus infans,
Stirps cuius rapiens vndanti viſcera aheno,
Aut incocta ferens, flammis aruina priuſquam
Vſta foret, ſpatiis nondum luſtralibus actis
Coniugibus ſtimulat nuptas innectere pubem
Blanditiis lactans contempta lege maritas,
Culpantémque ſcelus eſt àuerſata parentem
Admonitum generis obitus, curáque minorum
Arcendorum adyti: cuius non more peroſus
Semina conſilij Samuel ſeruauerat aras:
Supparus ornabat puerum, feſtáque ferebat
Luce parens ſagulum: noctu ventura canentem
Aſpiceres ipſi torquentem ſydera cæli:
Bis ſtrati exiliens puluillo exceſſerat infans,
Bis repetita quies, Heli Pallantide oborta
Euentus memorat qui tum ſermone futuros,
Quos Deus ob crimen myſtarum contulit ad rem,
Atque Philiſtæis Verpos dare terga fugaces
Cernere erat, lignúmque ſacris inſigne tabellis
Hoſte rapi rurſúmque fugæ ſe credere victos.
Inter eos Ophnis cæſo cum fratre ruebat,
Quas pater ob clades ceruicem illiſus agebat
Prociduam ſella, Lucinæ in fata labore
Concedente nuru: in templis ſublimibus Azes
Parte alia extuderat lignum venerabile ciſtæ,
Admotúmque Deo, cuius truncata iacebat

ſub lucem effigies delubro indigna reponi,
Factáque adoranti ſimilis tellure iacenti:
Circumfuſa vterum cunctorum tormina propter
Id iam reſtitui victores hulcere tardi
Podicis optabant, mures per tecta creati
Cùm fuerant: voto hi februati munere plauſtro
ſubiecere boues, quod preſſo pignore fœtæ,
Quà vocet euentus, referant: mugitibus implent
Quæ tum Bethſamidûm fines: in valle metentes
Maturæ & ſegetis culmos geſtire videndi
Depoſitum ſtudio: multis id flebile viſu
Attulit exitium, Gabaæ quod ſede receptum eſt,
Sidoniæ Aſtartes, ſublata ac Icone Beli:
Nónque Philiſtæi poſſunt abſiſtere bello,
Quos fragor exanimat cæli, cùm torruit agnum
Ignibus antiſtes, Maſpháque ad Bethcharis oram
Vulnere palantes cæduntur, & eruta quondam
Oppida vi reddunt: tum Luzam & Galgala aduſque
Præſes iens reſponſa dabat ſanctiſſima iuris.
Hinc Rumam repetens charam gnatóſque ſeneſcens,
Berſaba quà poſita eſt, reddant qui iura, locauit:
Plebs quibus ob multum leges violantibus aurum
Regem præpoſuit, monitorem auerſa parentem:
Eluctante Deo voluit quæ barda ſuperbo
Rege magiſtrari, frænos paſſura tyranni,
Et regale iugum: Cis natus origine pulchra
Beniamidûm celatus erat, cui filius æuo
Grandior errantes veſtigat patris aſellas,
Atque puellari vrceolos geſtante caterua
Fatidici, edidicit quà ſint in ſede penates:
Vatem is ſubmonitus facturum conſulit extis,

Diuina ſenior quem voce perungere oliuo
Præmonitus poſito conuiuam exceperat armo.
Hinc olei ſtillas in celſo vertice fudit
Hoſpitus, atque animum ſuaſit præſumere vatis,
Atque occurſuras prope buſta Rachellidos vmbræ
Inuentas aſinas patris, ſelſamque ſecundum:
Comprobat euentus quæ dicta, domíque latentem
Optauere ducem (paucis euenta peroſis)
Vnanimes populi plauſus: à rege videres
Soluere Lotigena ſub Eoa crepuſcula ciues
Hunc miſerè attonitos Iabiſſæ optata morantes
Adiumenta diu, quibus hoſtis vellere ocellum
Trux dextrum minitatus erat, conflictibus eſſent
Vt minimè appoſiti, proſpectum nánque ſiniſtro
Parmula dempſiſſet: rurſúſque huic regis honorem
Inſtaurare viri trabea voluêre nouata,
Galgala feruebant quorum celeberrima ſacris.
His nihil impurum Samuel ſe teſtibus eſſe
Attulit, haud & opes detractas viribus vlli,
Atque hos increpitat, pulſo quòd præſide regem
Sortiti fuerint: ſonitum dat conſcius æther
Flagitij, & nubis manans tonat auius imbre:
Qui niſi ſe diuûm à cultu cum rege reflectant,
Excidium intentat monitor: tum vertit in vrbe
Pugna Philiſtæos Gabaæ, ſed millia cogunt
Inde quadrigarum victi ter dena, ſimúlque
Sex equitum: mandris autem ſe condere Hebræi,
Tutaríque ſolo vitam, quà prominet Hippus:
Fértque ſenex grauiter, Saulus quòd flaminis inſtar
Ante aciem fuerit ſacris operatus ad aras:
Et vindicta ſubeſt, nulli præcingere coſtas

Enſe licet ferri pridem ſic fecerat hoſtis
Materiem auerti informem, ſubſtraxerat enſes
Qui veterum factos fabrorum incude, gerebant
Quos tamen & Sauli cinctus, & cingula gnati,
Fráuſque Philiſtæis fuerat conficta ſecures
Primitus obtundens: quam fors obiecerat vltro,
Cuſpis hebet: verùm Sauli non ſecius infert
Monte per abruptas cautes ſe filius hoſti,
Quem cæſum exanimat, precibúſque ad ſacra profuſis
Ligna Palæſtini properant per mutua mortem
Vulnera: perſequitur porrò obuertentia tergum
Agmina Cis gnatus, deuouit edentia poſtquam
Ora dapes, prorſum fuerint exacta priuſquam
Prælia, qui gnato (quia mella admouerat ori
Per baculum ignarus monitorum) arceſſere mortem
Nil dubitat, rapiat ni charum à funere vulgus:
Cui ferus aſcribit muti pater ætheris iram,
Quo nullas retulit ſortes, cùm ſanguine poſtquam
Viſcera plebs mandens regem ſtimulauit Olympi,
Atque iubens ſaxo rex veſci impune voluto
Non adolens adipem, nec Iberum Sole ſub æquor
Detorquente rotas fieri libamina curans:
Hæc labor artificis faciens ſimulamina circùm
Iunxerat Elcanæ, regíſque illuſerat auro
Tegmina committens picturæ mille colores,
Surſum & mirificis ſalientes ductibus addens.

Liber Secundus Regum.

SOLIS vt ad radios apricabatur amœni
Iſaides, vrbem tunc forte vagantia circùm
Arte laboratis defixit lumina maſtu,
Viſu quæ fuerant in fontis aperta meatum,
Cuius inundabat nitidis pellucidus vndis
Militis Hethei fluitans violaria riuus,
Fiſtula quem paſsim tubulis iaculata ſupremo
Vertice fundebat teretis ſinuoſa columnæ:
Ecce habitus. prodit cultura inſignis, & ore
Per ſegmenta colens, ſcutulata & pallia corpus
Fæmina, quò rapidos æſtus in fonte leuaret:
Illius exceptæ vicino ceſpite demunt
Vincla pedum famulæ manibus, cinctúque ſoluto
Subiiciunt faciles exutæ brachia pallæ,
In propiore, & eam ſuſpendunt arbore opaca,
Ac tunicam demunt, & circum tempora tegmen
Carbaſinum, ac ſpatiis gemmata monilia colli,
E quoque nodatus in lentum crinibus aurum
Aurea ſuſtollunt redimicula: In aure cylindrus
At ſuper eſt humeros nudæ commiſſus elencho:
Nympha ſubit fontem, lymphíſque innoxia captat
Frigora, & irriguis nudos his perluit artus,
Ac nitidat nullo deformia pectora næuo,
Caſtigata vteri quæ ſubter candida mendo
Planities minimè fuerat perarata ſenili,
Séque ſinu irrugat lomenti neſcia nullo,

Et caret

Et caret indigno rugarum crimine venter,
Curatura etiam eſt non iuncea, at vuida ſucco:
Cruribus oblongis illi veſtigia ſubſunt
Parua pedum, coſtéque habiles, niueoque papillæ
Intumuere ſinu grauido non pondere laxæ,
Riſibus expliciti riſus: quà lumina vertit
Ridet ager, ſudi leuioris inania rident:
Scintillis oculi radiant, & gratia gemmis
Accedit potior vultus ſplendore coruſci,
Puniceóque rubor malas incendit honore:
Sicut erat nudata humeros, pubémque ſinúſque,
Rore cutem liquido ſpargit, frictúque laceſſit,
Inde papillarum molles tenus occupat vndas,
Deuexæ emaculant cui ſeruæ terga, leuéſque
Cantando faciunt læto pæane labores:
Suffuſæ cui flore genas decus ora colorat,
Quale roſas nondum languentes æſtibus ornat,
Aut molles violas verni ſub luce teporis:
Qualis & Auroræ facies, cùm lumine primo
Subrubet, & penetrat nigrantes Delius vmbras,
Nec lucem inficiunt nebulæ aſſurgentis Eoi,
Qualia Narciſſi quoque lilia floribus hærent.
Quam procul is nudam ſublata cyclade ſpectans
Exhauſtus pallore genas, demúmque rubore
Suffuſus roſeo vetitos exarſit in ignes,
Externátque hebentem grati clementia vultus:
Quem fuit aduerſum natiuo ea grata colore,
Nec fama impauidus meliore mouetur adulter.
At furor eſt vſtus contractus in oſſa medullis,
Non ſecus ac ſilici rigido quæ proxima vitis
Sole repercuſſo vibratos colligit æſtus,

Aut ſurſum volitans flammæ ſcintilla camino
Excita ſi rapitur Borea, faſtigia culmi
Exuperat, victríxque furit gurguſtia vertens:
Scitatúrque tuens, oculíſque nitentia nymphæ
Ora vorans, cuius vitam ſub iure mariti
Exigat: hanc verò ſubiecit milite rumor
Hethæo fruitam, fuerit cui Bethſeba nomen:
Sic ea deliciis allecta procacibus aulæ,
Nec rudis ad furtum regi factura recepit
Seſe porticibus, regali & capta cubili
Accubuit ſtrictis complexibus oſcula figens,
Luſibus & blandis, luxúque libidinis explet
Delicias neruos contenta pube mouentis
Omnes concubiæ noctis reſupina per vmbras:
Luſtratúmque nefas primo ſplendore piauit
Leucothoes orti remeans ſub lampada Solis
Coniugis in thalamos concepto ſemine regis,
Seque graueſcentem, pueríque volubile pondus
Volui in viſceribus tumefacta nuntiat aluo.
Polluti hinc meditans culpam prætexere ceſti,
Aque odijs famæ ſumens defendere fœtam,
Filiolúmque viro connixæ adſcribere mœchus
Imperat acciri Martis ſtatione maritum,
Noxam à quo ſimulans riuinus ſede recepto
Exigit, illati quo res eat omine belli:
Vade, ait, & ceſſans ſolatia pauca labori
Interpone tuo tantillùm, vndáque tepente
In ſolio calces duratas reffice callo.
Iuſſus abit, regíſque virum comitantur euntem
Fercula, non blandis hic verò fortia laxat
Pectora deliciis, thalamíve cubilibus hæret

Principis excubias noctu pro limine ſeruans.
Quo ſcitante grauis loricæ in pondere ſudans,
Defectúſque via cur non conceſſit in ædes:
Ergo ego decumbam ſtratis vxorius, inquit,
Declinans oculos poſt fumida pocula ſomno?
Compagem cum ſola ſacræ velaria ciſtæ
Contineant, terræque duces per gramina fuſi
Traducant tenebras frigente ſub ætheris axe,
Sitque ſoporatum ſub frigore noctis opacæ
Solùm in cæſpitibus recubans ignomine vulgus:
Non ita, nílque fruar tanto in diſcrimine luxum,
Atteſtor regale caput, capitíſque ſalutem
Congreſſu me nolle meos mollire lacertos
Legitimæ nuptæ, mollíque libidinis vſu
Æſtibus aſſuetas, brumæque euertere vires,
Coniugis & ſynodo rigidos euertere neruos.
Rex igitur pellax commento furta ferendæ
Fraudis obumbrari nullo indignatus, & aſtu
Hos nunc mente dolos, hos nunc vafer arte retentat,
Si queat vxoris femori miſcere maritum,
Indulgétque epulis, & tota luce moratur,
Coniuge ab intacta quò non in bella faceſſat,
Et non coniiciat luxu haud tumefacta maritæ
Clauſtra ſuo miles, cum vel ceſſauerit annum
A coitu mœchæ, rebúſque vacarit agendis.
Ergo ſtrophæ laqueos rurſum commentus adulter
Excipit hunc menſis, miſceri & pocula manda
Tentatura pedes tremulos, luxúmque vapore
Allectura ſuo, tumulentum & denique nuptæ
Explicitura ſinu minus vlla pericula belli,
Aut veteratoris meditantem principis artes:

Quin non ille ferens conuiuæ à limine greſſum
Axis & Arctoi cœlo properantibus vmbris.
Oſcula porrexit nymphæ, Veneríſque ſalaci
Suſtinuit minimè neruos langueſcere motu,
Aſt animum obfirmat, ne ſe pigredine ſoluat,
Arrigat aut Verpam muliebris proxima pubes,
Et ſimul inuitet ſemen genitale reſolui,
Nocte ſuas & non ſera diuertitur ædes,
At domini cubitum cum ſtipatoribus iuit:
Inde vbi prima rubens terris Aurora colorem
Intulit, Iſaides monitus fugitaſſe maritum
Bethſabees coitum, nec poſſe obducere culpæ
Furta ſuæ, lethum ſe rurſus in arma ferenti,
Inſtruit, & fabricæ eſt quæ teſtis epiſtola miſſo
Obſignata datur, Hethæum opponere pyrgis.
Quæ iubet aduerſum, quem ſed ſocialibus armis
Fruſtrentur comites, vnum quoque in æquore aperto
Deſtituant, quà ſe Bellona ferocior æſtu
Egerit armiſono, ſtupa iactantibus ignem
Ciuibus, & glandes ferri, tortóſque molares:
Hanc ſibi fatiferam non prouidus Vria profert,
Suaſerat haud cui mens regales læua tabellas
Ante reſignari: quæ legit herilia ſenſim
Scripta vbi Saruiades vexans aſſultibus vrbem,
Hunc procul haud foſſa valli conſiſtere iuſſit,
Quà iuuenum foribus paſſis erumpere florem
Nouerat: oppreſſum miſſæ quem ponte cohortes
Demiſere neci, caruítque is nomine cladi
Admiſtus comitum, ſocióque in ſanguine lapſus:
Hos parat actutum caſus, obitúmque perempti
Scribere dux regi, quòd ſi temeraria queſtus

Bella

Bella ſit, & nimium vicino credita muro
Corpora Hebræorum, Rabbathæ & mœnia dicat
Cominus oppugnata nimis, meminiſſe perempti
Et decuiſſe ferat quondam Gedeone creati,
Quem parta extulerat quoniam victoria laude,
Aggreſſus temerè fumum ſupponere pyrgo
Tempora quaſſa molæ colliſus pondere iniquo,
Et ruit illiſus cerebri vitalia rupti
Armigero tardos obitus properante iacenti,
Increpet hos idem ſi non ſubiiſſe tyrannus
Euentus animo, cuneóſque propinquius æquo
Mœnibus admotos, monuit proferre ſupremum
Bethſabees nupti caſum, quò temperet iras
Nuntius, & tanta placet pro cæde querentem:
Ille volat mandata ferens, Solymóque recenſet
Rectori ſeriem: contra qui reddere voces
Imperat alternas vrbem grauiore prementi
Obſidione duci, nec ſe demittere ob ægrum,
Mentis & horrores hortatur, & edocet vnà
Cladibus heroem frangi, fortíſque pudendum
Caſibus ancipitis, lethíque timore ſuperbos
Dedecuiſſe duces auerti à fortibus auſis,
Cum tunc conueniat pugnæ crudeſcere motus,
Acrius & longè ſtudiis igneſcere neruos,
Ac laudum ſtimulus reparatas ſumere vires,
Atque excire nouas flammati militis iras,
Vt per tela animo præſenti irrumpere vallos
Audeat eiaculata minis, foribúſque, nec ignes
Sparſuros metuat piceis incendia tædis,
At ruat in cædes nullo perterritus arcu,
Cùm dederit lapſu turris crepitante ruinam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Admiſſura acies, foſſiſque æquauerit arcem.
Audiit interitum ſublati coniugis vxor
Triſticula, aggeſto mærens cui ceſpite inanem
Erexit tumulum, planxitque virilia leſſu
Fata fluente ſinum fletu reſperſa madentem,
Deliciáſque viri meditata, & primula nupti
Oſcula plangores acuit, manéſque vocauit
Supremum Solio ſimulato munera mittens,
Ponenti lachrymas transſanctis luctibus affert
Mollia rex facilis poſito lenimina fletu,
Et poſt exequias, ſupremáque munia buſti
Coniugis amiſſi mæſtam ſolatur amore,
Connubiíque ſui nuptam dignatur honore:
Atque ea ſuſceptum huic aliquanto à tempore partum
Suſtulit: hos luxus cælique, ſolique poteſtas
Non tulit admiſſos caſum indignata perempti
Militis oppoſiti iaculis, quà pugna ferocit
Acrior, & cæſi prereptam morte mariti
Bethſabeem, vetitóſque thoros, & furta ſupini
Concubitus, quo ſit prognatus ſemine mœchæ
Filius inceſtans gremium, læſique pudoris
Omne decus, quamuis habitus ſub imagine tedæ
Legitimus, fuerit qui furtim pellice natus.
Connubia hæc igitur propter celebrata, dolóſque
Extinctúmque virum, diuinitus auribus hauſta
Voce Nathan monitus caſtigat dira tyranni
Facta frequentata dicendi ambage ſequutis
Socraticas leges, dubiarum ſchemate rerum
Et minimè aſſenſum captat, victóque libenter
Exemplis paribus æquata negotia confert,
Tum ſcelus exauget grato ſermone Platoni,

Eliciat qui re, proprióque probabile fultum
Robore firmet, vti ſimiles non debile vires
Externæ rationis egens aliunde requirat,
Rex qui Iuſticiæ præceptis iurgia placas,
Quíque tuis leges æterno fœdere ſancis,
Hanc veniam concede, tuæ clementia frontis,
Si tua largiri conſulta petentibus vltro
Arguit, & nunquam non es tractabilis vlli,
Mollis & os facies regale affabile monſtrat:
Obteſtor, dubiæ mentis mihi diſcute nodos
Ancipites, & tu litem compone creatam
Atque modum iudex populari impone querelæ:
Pro re pauca feram: Ciues in mœnibus iiſdem
Inſtituere duo vitam prouentibus aucti
Fortunæ haud paribus, quorum cui rara ſupellex,
Et tenuis fortuna, minor quoque ſpicea ruri
Meßis erat, fouit ſecum nutrimine & emptam
Pauit ouem, gnatis fuerat quæ ſola voluptas:
Excreta hæc thalamis, menſáſque aſſueta vagari
Ad tenues victu vires reuocabat herili,
Huius erat necnon collato pota liquore,
Efflabat gremio cuius porrecta ſoporem
Non accepta minus, curæ eſt quàm gnata parentis
Viribus hanc illi rapuit primarius alter
Largus opum, pecoríſque potens, iugulíque peremit
Vulnere, vt externo menſas metetur amico:
Hunc exempla quidem contra quæ præcipis ede.
Rector ad hæc raptus ſortem indignatus iniquam
Raptor, ait, meritas ſubeat pro crimine pœnas,
Et quater ereptæ toties pro cæde rependat:
Cui vates: Sceleris inducti arceſſeris vnus:

Scis te (nec ſileam monitis id iuſſus Olympi
Ferre palam) paruus ortum natalibus vrbis
Bethlehemæ geſsiſſe decus diademate lato ,
Vt Tamnana etenim profligans agmina ſaulus
Infeſta Iſacidis fluuio à ſeptemplice raptis
(Soſpite Cineo) regi , gregibûſque pepercit,
Condonare tibi trabeam meditatus eundem
Submonuit Vates arcendum numinis ira
A ſolio quondam , quòd ſe non aggere prædæ
Continuit, placitíſque bonis ſubduxit opimas
Qui ſibi balantes quamuis ad Galgala torrens
Primitias prædæ , gregibus per ſacra litatis ,
Regis & exitio miſerens, iugulóque pepercit
Membra toroſa hominis ſecum miratus obeſi,
Quódque ſibi monte in Carmelo fornicis arcum
Fronde triumphalem myrteti, & virgine lauru
Extulit: auerſus ſpoliis commercia onuſti
Filius Elcanæ cecinit diſcrimina regni
Ominibus veſtis laceratæ , idémque tyranno
Eripuit lucis vſuram abdomine obeſo,
Perculit & tremulos artus, pinguêſque ſaginis
Multiplici miſeras ſpoliantis pignore matres:
A qua cæde gradu Ramathæ genitalia adiuit
Mænia non Saulo conſpectus adusque ſupremum
Funeris euentum, lugens at dedecus vſque ,
Ereptúmque duci mærens pro crimine ſceptrum.
Bethlehemæ ille tuæ ſolennia munera fingens ,
Atque adolere adytis thymiama calentibus igne
Fratribus amiſsis diſcretim adeuntibus aras
Præcipuum ſucco te pinguis inunxit oliuæ
Corporea pulchrum forma , nitidíſque decorum

Vultibus,

Vultibus, accumbens pro ſe acta inuaderet ante
Quàm libata Deo: Saulum *tunc fornice ouantem*
Hunc *cùm protegerent, tanquam velaria frondes,*
Æthereæ contemptim habitum vis ignea mentis
Deſtituit tranſfuſa tuo ſe pectore vertens,
Deductóſque modos ventura in ſecula mittens,
Quem furor arripuit Diras Phlegetontidas *æquans,*
Obducénſque animi & ſpiramina vocis anhelæ.
Is *te conſilio monitus, blandíſque ſuorum*
Vocibus accitum patrito è limine iuſsit
Excluſo terrore ſuos accedere viſus,
Et furias animi ſtrophadem vertigine agentes,
Ac nimium cerebri vitalia quaſſa mouentes
Aſſumptæ mollire lyræ mulcedine: qui te
Non minus armigerum legit, quem protinus Orci
Actum dæmonio cithara, neruíſque leuabas
Hos *pæane iubens ſenſim neſcire labores,*
Monſtráque placabas reſonis Acheruſia *filis.*
Interdum & requies menti conceſſa parumper
Pectinis arguti ſonitu eſt, nam fixa locarunt
Caſtra Philiſtæi, Sochonem *ſeque tenebant*
Inter, & Azecham Damni *confinis in ora:*
Fecerat in quercus is ſed. ſua valle, iugúmque,
Vtraque ſeruabant aduerſis agmina ſignis,
Conſiſterántque viri mediana valle dirempti:
Aſſurgens cubitis ſex, & dodrante ſub auras,
Sublatúſque hominū faſtigia maxima ſupra
Confini pelago genituram Anthedone *ducens*
Illic Iſacidas *ſecum certare duello*
Impulit, atque odium grauius componere flictu.
Inſtructos vmbone humeros, ocreíſque recuruis

Varica crura gerens tegumen thoracis aheni
nduerat motu conſurgens horridus haſta,
Cuius erat mucro ſexcentos pondere ſiclos
Æquiparans horum lorica & millia quinqu e
Myriadum è numero cui ſeſe opponere nemo:
Huc patris ad iuſſum contendis ouilia linquens,
Atque geris, fratres quæ deinde cibaria adedant,
Quæque tribunitiæ penui munuſcula ferres.
Hæc ducuntur vbi, moueantur bella priuſquam,
Et rapido Hebræus paßim clamore gigantis
Omnibus attonitis interrita pectora, ſeruas,
Dictáque primæui toleras iniuria fratris,
Secreti in nemoris patrias quòd gramine multo
Incuſtoditas ſineres errare bidentes
Securus pecorum, magis & certaminis ardens
Viſendi ſtudio, vulgi muſſante ſuſurro,
Excipis à verpo ter, quæ promiſſa moretur
Munera conflictus audens tentare duelli,
Vt quoque inauretur, quiſquis certarit honorem,
Coniuge quem nata, Saulúſque ingentibus ornet
Muneribus, patriáſque domos, & rura tributis
Eximat: inuectus cui poſtquam aduerteris vltro,
Spe facili inuitas rebus confidere feßus,
Fortunæque aliquam dubiæ ſperare ſalutem,
Ni dirimi neget ille tuo diſcrimine pugnam,
Sit licet arma gigas primis aſſuetus ab annis,
Indueríſque toros haud forti ætate uiriles:
Et quia deſerti latè per inhoſpita montis
Patria graminibus lætus pecuaria curans
Corpora mandentes pecorina leonis hiatus
Perculeras, mentúmque premens in faucibus vrſi

Corripientis

Corripientis ouem raptam per rura paternam,
Huic prædam erueras auræ ſpiramina claudens,
Congreſſus animum tanti fiducia fecit,
Loricæque grauis tardatus pondere iniquo,
Háudque onerare comas aſſuetus caſsidis ære
Ornatum hunc tribuens membris regalibus vnis
Excutis æratæ cerebro tutamina molis,
Et thoracis onus, ſolúmque in brachia tollens
Paſtorale pedum ſilices ex flumine latos
Quinque premis pera, ſaxíſque interritus hoſtem
Surgis in aduerſum tibi fata immota minantem
Eminus auſpiciis ſuperûm intentata ſuorum,
Sparſurúmque fami tua viſcera fuſa ferinæ,
Alitibúſque tuos fodicantibus aëris artus.
Cui contenta ſua veſtigia calce mouenti
Fundæ progrediens intentas funus habena,
Indis túmque manum peræ, ſilicémque relatum
Protinus amentans libras in torua gigantis
Tempora, & vbertim manantem ſanguine frontem
Diſtinguis rigido contentæ verbere fundæ,
Explicitúmque ſuper pronus, viréſque retentans
Fulmineum lapſi vagina diripis enſem,
Et caput abſcindis: ſic pugna duellica per te
Profligata adeo fuerat, ceſſantibus armis,
Atque Palæſtinus occiſo heroë fugatus:
Infers ora abiens Iebuſæ cuius in vrbem,
Atque ea prætendis regi ſqualentia tabo
Contanti, quonam tua ſanguine creuit origo:
Exin rege ſatum frontis fatale tuentem
Vulnus, & horrentes oculos in tabe cruenta
Eximiæ virtutis opus deuinxit amore,

Quæque venuſtatem gratæ indulgentia formæ
Addidit: ille tibi ſqualentia tradidit auro
Exutus tunicæ munuſcula, & inſuper arcum,
Ac inſerta dedit conſertis cingula bullis,
Et lateri aptauit, quem dono contulit, enſem,
Eſtque adiecta chlamys tenui circumflua limbo:
Quo pater officio, pugnæque immanibus auſis
Excitus hos animos vernantis ſuſpicit æui,
Tutelæque tuæ commiſſum credidit agmen:
Regaléſque tuis non inuidere miniſtri
Laudibus, & pugnæ celebrauit fortia vulgus
Geſta Gigantæam facientia vulnere mortem:
Id decus æthereæ moderator adauxerat aulæ,
Qui rapientis ouis te charum colla paternæ
Horrifici è patulo ſeruauerat ore leonis,
Atque cruentatis hirſuti faucibus vrſi,
Fœmineóſque dedit Solymarum occurrere portis
Tinnula ſiſtra choros, & tympana rauca mouentes:
Hoſtili & reducem præfixo vertice ouantem
Luſtrauere nurus, habiléſque obiere ſuperbum
Virginei thyaſis luſus, cantúque frequentes:
Tranſmiſere tibi matres, & magna puellas
Oppida tunc Saulum cæde affeciſſe canentes
Mille homines, inito verùm certamine per te
Myriadem hoſtilem contorta cuſpide fuſam:
Te quoque miratæ plauſerunt laude tributa,
Quem ſibi prælatum, primóſque inuidit honores
Rex ſubiens feſtis bacchatam plauſibus vrbem:
Hunc, poſtquam tenebras luſtrans lux reddita nocti
Altera ſucceſsit mediis ventura canentem
Sedibus, & furiis ſortes voluentibus actum

Leniſti cithara male ſanum pollice mota,
Si queat auerti reſonis inſania neruis,
Et furor excepto paulum dulceſcere cantu,
Ille ſed in murum nixus perferre tenorem
Appetiit rationis egens te figere telo,
Ni trepides fugitans Erebæa cedere ab ira:
Iſque fuga eſt veritus raptum ob ſolertis acumen
Argutum ingenij, quo ſeſe nouerat orbum,
Sedatóſque tuo librans ſub pectore motus,
Téque ſuis ergo motum à conſpectibus egit,
Cedentémque viris præfecit mille tribunum
Fronte ſub oppoſita moturum bella priorem,
Híſque reflexurum veſtigia prima peractis:
Intuitus cuius effingi à numine mores,
Nec minùs amplexum patriæ popularibus auris
Connubium pepigit natæ, gremiúmque recepit,
Bella vt ſuſciperes, exhauſturúſque proterui
Mandatum ſoceri rueres moriturus in hoſtem:
Indignúmque diu poſtquam te nuptibus eſſe
Ex humili affirmas prognatum ſanguine auorum
Coniugis alterius conceſſit filia pacto:
Qua ſpe coniugij caſſa fruſtratus, in Æglæ
Concubitus ardes iuſtos, nec vota refellit
Exoptata parens, quò te mandata per enſes
Nulla recuſantem cuneis hoſtilibus vltro
Pro ſibi prærepta muliebri laude cruentet:
Hos tibi clam faciles hymenæos obtulit auſpex
Multa reluctanti tenues ob patris egeni,
Res etiam anguſtas: verùm cum ſtirpe moueri
Nil ſocerum illuſtri, neque originis ordine priſco
Stemmata per titulos docuit iactante ſuorum,

(Quem res eximiæ, virtutis & vnica flectat
Nobilitas, & qui præſtantem fortibus auſis
Cordatúmque virum malit, qui cæde reportet
Inde Philiſtæa facta præputia centum)
Hinc petis Acronem ſociis comitatus, & Orcum
Ire Philiſteos bis centum cuſpide cogis
Omnibus exſcindens circùm faſtigia verpæ:
Quæ ſocero enumeras quo munere feſtus ad aras
Solennes celebratur hymen, noctúque ſub vmbra
Explicitus gremio complexæ funderis Æglæ,
Feſtinata patris iuſſu non oſcula quæſtæ,
Ore vel ingratis fictum ſimulantis amorem,
Vota ſed enixè veros flammantis in ignes:
Æmulus haud gnatæ poſuit quo fœdere bilis
Inuidiam, gnato verùm generíque miniſtris
Imperat inuiſi iugulum recludere ferro:
Haud patiens ſceleris patrij quas filius inde
Inſidias reddit planas, paulúmque receſſu
In placido latitare monet, pacémque precari
Se patris infeſti ſpondet, cui paſtada gnatæ
Atque Philiſtææ prætendens ſtragis aceruos
In vulgi commune bonum, patriæque ſalutem,
Te meritum inque odia haud patefacta incurrere narrãs,
Regalem ſtomachum mouiſſe & nomine nullo,
Cunctíſque innocuum memorans attemperat iras:
Quas tibi mollitas monſtrat rurſúmque parentem
Conciliat, reducíque tibi pater ora ſerenat,
Virtutíque tuæ bellorum pondera mandat,
Præcipitante manu vetitis excurrere campis
Inde Philiſtæa: qua fracta Marte feroci
Regis inaſpectum rediens veſtigia ſiſtis:

Et tum fors furiis obſeſſum, & dira frementem
Niteris excuſſum cithara mutare laborem:
Atque iterum non fila ferens arguta ſonorè
In caput ille tuum furiatus miſsile vibrat:
Quo iugulum abducis murum ſubeunte, fugíſque
Nocte ſub obſcura diuerſus regis ab aula:
Regius aduenit cuius penetrale ſatelles,
Noctis vt excubias ſeruet, tectóque referri
Interiore vetet dilatum lucis in ortus,
Dedendúmque neci ſub prima crepuſcula Solis:
Quam fraudem excipiens fama fidiſsima coniux
Submonuit fuſos artus efferre cubili,
Níque pedem referas, inſtare pericula primo
Lumine Leucothoes rebus referente colorem:
Ergo feneſtellam per tecti euadis, humóque es
Depoſitus vinclis, & vitas coniugis actu
Enſe cruentandæ fugitans diſpendia vitæ:
Inque maritali ſtrato hæc ſimulamina ponit,
Effigiémque Laris, capitíque hirſuta capellæ
Tergora circumdat, pellíſque obnubit amictu,
Necnon linteolis collum ſuffarcinat omne,
Et patris imperio caſus in fata virilis
Affinxit veniente manu medicamine potum:
Confertóque iterum ſub tecta ſatellite miſſo,
Regis vt ad faciem recubans veherere cubili,
Expleréſque odium fato vel morbidus acre,
Commenti patuere doli, villíſque rigentes
Compoſitæ immoto ſimulachri vertice pelles,
Hauſtáque ab abſentis nuſquam medicamina labris
Hos queſto genitore abitus, quòd gnata parenti
Fecerit hos ludos, ſubiecit filia mortem

Intentaſſe virum, fuerit ni ſubdola cautim
Effugio commenta viam, faciléſque receſſus:
Poſt quos te picea noctis caligine opertum,
Defenſúmque diu latebris per rura vagantem
Occuluit primò ſuſceptum conſcia Remptis:
Qua generi Elcanæ, quæ ſit fortuna, renarras,
Atque puellarum prælato laude canentûm
Fraudibus iniiciens ſit quanta pericula Saulus
Innocuo, prodis, odium nec tale merenti:
His igitur collata ferens ſolatia curis
E Rumæ ſpatiis vates prætoria aduſque
Te ſua conduxit: ſparſò rumore tyrannus
Hoſpitium excipiens acres conceſſit in iras:
Prærapidis celeres huc ter ſe inferre miniſtris
Paſſibus edicit, qui te meditata morantem
Supplicia immani raptum molimine tollant:
Vatibus immiſſi ter præſciuere futuras
Cantu fatidici ſortes, mentíſque recentes
Concepere habitus æque ventura canentes,
Et clypeo abiecto, poſitáque ſecure minaci
Poſt ſtimulos verſos Ruma ceſſere, nec illi
Denique facta ſui retulerunt iuſſa tyranni:
Nil quibus expletus furias, queſtúſque fideles
Non ſatis hoplomachos, at vero munere fractos
Hinc ſubiit Rumam, faucéſque in fata reſoluens
Cantibus exèmit Phœbi, noctíſque ſilentis
Curriculum, chlamydis dimoto, exutus amictu,
In numerum & meruit prodire hoc tempore vatum,
Nec tamen Elcanæ ſobolem velamine regis
Terga tegens vidit prætextam examine vatum:
Cuius ob aduentum, miſſóſque à rege miniſtros

Vlterïora odij pauitans incendia Rumam
Linquis, & infeſti percenſes omnia gnato,
Ac patris aſſultus quereris, cautímque furores
Immodicos ipſi celatos arte paterna:
Ille tuos abitus excuſans impulit iras
In tua vibrantis ferrum præcordia patris:
Réxque vbi ſermones bilem non continet intra,
Proſequeris cùm non feſtis de more diebus
Regales epulas commentus reddere votum
Bethlehemes templis abſens, vel craſtina poſtquam
Effecit media victus in luce reponi
Inſtaurata dies feſto lætiſſima plauſu,
Filius eſt epulum regale id temporis oſus
Miſſile directum queſtus, bilémque paternam,
Aſtrinxitque fidem, quæ tum det ſigna latentem
Admonitura fugæ tacitè prodentia motus
Principis: exequitur promiſſa impenſius idem
Omnia pertentans, ortúque rubentis Eoï
Spicula contorquens neruo diſcuſſa legentis
Compoſito pueri tergum trans altera miſit,
Quæ iaculata quidem docuit greſſúſque reflecti
Ocyùs edixit, celeréſque ad nota ſagittas
Mœnia deferri cum pondere flexilis arcus,
Corytíque iubet: tecum tunc mutua libans
Oſcula, & irrorans effuſo lumina fletu
Admonet abceſſus flentem, iuratáque ſemper
Fœdera venturos optat ſeruare nepotes:
Denique poſt lachrymas accedis mœnia Nobes:
Quo ſtupet aduentu ſeruans altaribus ignem,
Concipit atque metus initæ veſtigia ſpectans
Incomitata viæ, ſed obumbras dedecus aſtu

Regis ad imperium commentus calle iubentis
Acceleraſſe viam, tibi ſcilicet vtile viſum,
Et ſimul ex vſu ratus comitatibus vti,
Præmiſſóſque ideo comites, nec munera toſtæ
Poſcere pontificem puduit cerealia frugis,
Vel genus occurrit ſi quo præſentius vſquam
In manibus victus: ſiccíſque labore viarum
Faucibus is ſolùm ſacratis frugibus aræ
Auxilium ſperare fami, donísque dicatis
Admonet, & primò, comitatus ritè piati
Luſtrarínt ne, rogat, Veneris contagia flamen:
Hóſque à concubitus ceſſaſſe libidine monſtrans,
Et tribus exſortes initus iam noctis opacæ
Curſibus ad templi donaria ſacra dicato
Vires tum reuocas ferto: menſæque vaporem
Sufficit efflantes etiamnum à fornice fruges
Myſta: libens & tunc externo ex iure voraſſes
Forte datos panes haud regia mattea curans,
Quóque Philiſtæum quercus in valle gigantem
Mucrone indueras, poſcenti protulit aris
Præſtes, & hunc laterum pendentem cratibus aptat:
Et ratus ancipitem Nobana in ſede pauorem,
Haudque tuos ſocero celandos eſſe receſſus
Aduenis hoſtilem fugiens Anthedonis vrbem
Haud tamen hoſpitiis tutam diadema tenebat
Cuius in indigenas Achis, cui facta recenſet
Intento proceres quoniam tua prodita, téque
Palmæ mirifica ſublatum laude prioris
Præripuiſſe decus Saulo virtute ſecundo,
Inque Philiſtæos referunt obiiſſe nocentem
Prælia te ſemper, gelidus formidine ſanguis

ſi:

Fit tibi contractus, conſternatiſque pauore,
Membra quoque impingens foribus titubata, capútque
Poſtibus illidens tremulum, lapſúque relabens
Brachia te palmis cohibentûm lubricus inter,
Euerſam & ſimulans ceruicem, inuerſáque verba
Affingis rabidum ſimulata mente furorem,
Perfuris inque ſinum ſpumas reuomente palato,
Idque mero dubias nugando Ælaidas æquat:
Eſſe nihil fictos motus quos duxerat aſtu
Rex, verùm furiis impelli, ſenſibus adſint
Cui varij in tractu regni furialibus acti,
Feſtiuo & ſermone iocos, riſúmque mouentes,
Téque fugam rapere is ſtimulat: ſuccedis ab Achi
Pulſus Odollamæ ſpeluncæ, & conderis antro,
Eſt in Adulamæ poſitum quod tractibus agri,
Quódque ſuper tollunt Rumæ faſtigia pyrgi:
Bíſque viri centum, totidémque nigrantibus adſunt
In mandræ latebris te ſub ductore parati
Omnia collati tentare pericula Martis,
Quos aduerſa premens caſu fortuna ſiniſtro
Expulerat patria, quos & faſtidia vitæ
Obiectare animas inuitauere per enſes
Ancipiti bello, quos authorauerat auro
Creditor aut ſorti forſan fænuſcula adæquans,
Atque vacillantes in multó fecerat ære:
Moabidæ his fidens clementis limina regis
Traiecto Iordane ſubis gratiſſimus hoſpes
Cuius commendas fidei, credíſque parentum
Depoſitum: ille famem cui, cædem & corporis arcet,
Vllius haud egeas donec tutamine fido
Præſidij: quo per Gadum concedere vatem

Commonitus ſaltum ſubiiſti fonte ſonantem,
Quem metatus erat Gedeon tentoria propter,
Dum Madianæos premeret, manibúſque bibentes
Exhauſtos latices diſcerneret agmine toto:
Intraſtique Sarim nemoralem frondibus vrbem:
Hunc ſocer acceſſum frondoſa per auia ſaltus
Excipiens Gabaæ captus nemorenſibus vmbris
Arduus, atque haſta nixus concepta miniſtros
Queſtus erat furtim ferientes fœdera tecum,
Et coniuratos in herilia fata rebelles,
Cum nemo inſidias, gnati quas inſtruis arte,
Prodiderit, doleátque vices, te ſiſtere & oris
Optet ad aſpectum, cuius ſed nulla morentur
Officiis vineta viri lætiſſima Baccho,
Iugera vel Cereris flauenti accommoda culmo:
Accurans domini fœnilia regia mullus
Flamine te Brochus ſacras ex hoſpite fruges
Excepiſſe refert, inuictæ & cuſpidis enſem,
Cœperat exacti finem quo pugna duelli,
Cuſtodémque adyti, quæ ſit fiducia feſſo,
Extima quæque odiis agitatum fata ſequantur,
Exploraſſe polo: ſeruili credulus ori
Quem iubet acciri Dominus, Nobéſque ferebant
Sacra ſacerdotes quotquot luſtralibus aris
Hunc priùs arceſſens noxæ, læſáque nocentem
Maieſtate ducis templo te fruge dicata
Pauiſſe increpitat, ferróque armaſſe rebellem
Inſuper exactas ſortes dequeſtus Olympi eſt:
Hinc illum generi nomen, laudéſque ferentem,
Morigerúmque ſuper ſocero, neque dedecus aulæ,
Inficiáſque ſibi conſulta oracula euntem

Enſe

Enſe iubet perimi, myſtáſque occumbere mortem:
Qua ſtipatores contractas cæde nefanda
Abſtinuere manus, haud iuſſus at effera Brochus
Brachia continuit furiis animatus iniquis,
Qui vicena quater manantia ſanguine tinxit
Colla ſacerdotum, celeránſque ferociter auxit
Quinque trucidatis numerum, nec ſacra ferentûm,
Vnguine vel ſparſi capitis reuerentia ſacro
Vlla ſubeſt: adeò violentia ſtragis amore
Efferat audentem: fuerátque proteruia iniqui
Commutata animi non per velantia corpus
ſuppara: & u bacchans vrbis per mœnia Nobes
Inſuper inuaſit iuuenes mucrone, ſenéſque,
Vberáque exhauſto ſiccantes lacte puellas,
Et ſenio matres effœtas ferreus hauſit,
Vernantéſque nurus, primóque in flore iuuencos:
Quid meruere boues? quo pœnam crimine aſelli
Promeruere grauem? tenuis quos pabula culmi
Neglecta exſaturant, & labris carduus aſper:
Quid furias explent iugulis rorantibus hinni?
Filius emergens hac autem præſulis vnus
Strage ſacerdotes ſublatos nuntiat enſe,
Hoſque trucidatos inter cecidiſſe parentem
Indicat: haud mortis facies quæ mira videri,
Quòd Nobes inerat Brochus penetralibus, vt te
Inſtruxit mucrone pater, ſacríſque nouauit
Frugibus effœtas vires: demittere mentem
Quin non depoſitam, forteſcere pectore vero,
Hunc oras etiam tutò ſubſiſtere tecum
In Cillanorum lecta ſtatione quieti,
Ac, iuuenem quæcunque premat fortuna, recenſes

Te quóque manſuram, cui ſi quis triſte minetur
Supplicium, inſurgat author tibi funeris idem:
Fama recens in ſede tuas qua perſonat aures
Marte Philiſtæos commoto inuadere ciues,
Quà ſita Cilla quidem eſt Iudæi neſcia iuris,
Ac cumulos frugum populari, & vertere prædas:
Bis cæli reſponſa rogas, an tendere contra
Raptores deceat, bis ſunt effata per Æthram
Reddita, venturæ quæ ſint prænuntia palmæ,
Euentúmque licet comitum pauitantibus alis,
(Iſacidum in tractu quibus haud fiducia ſubſit)
Bella Philiſtæis infers, abigíſque vehendo
Apta oneri paßim veterina animalia victor,
Protelansque viros per vulnera ponè fugaces
Carmiadas Martis ſecuras aſſeris arces:
Hùs ſocer obſeptum meditans, & fidere vallo,
Obſtructíſque ſera foribus, nec poſſe receßim
Inſtruere effugium, nemoríſque irrumpere opaci
Nigrantes latebras, ſpecuum ve inſiſtere cauti
Imperat huc pubem paßus procedere ſignis:
Proripis & greſſum, poſtquam geſtanda ſacerdos
Suppara deſumens humeris oracula ab axe
Obtinuit: ſocerúmque manus in bella trahentem
Impendere tuæ cædi reſponſa canebant,
Cùi te Carmiadæ reſerato limine prodant,
Exponántque ſuis diffiſi viribus hoſti:
Omnia colluſtrans incertis paßibus erras
Auius, haudque manes in rure diutius vllo
Nunc per inacceſſas rupes veſtigia torquens,
Cautis & anfractus, nunc denſæ vmbracula ſyluæ,
Et nemorum ſubiens ſaxoſa in valle receſſus:

Vrbe

Vrbe recedentem; latéque patentibus agris
Audiit errantem, tenuitque examina Martem
Tentatura ſocer, furias & pectore preſsit:
Túmque pedes ſiſtis profugos in monte Liphæo
Nunc etiam prolis nomen ſeruante Calebi,
Quem veteres Cænam dixerunt nomine Hebræi,
Cuius inumbrabant ſpiſſæ faſtigia frondes,
Mordacéſque rubi miſsus imperuia telis,
Perplexis huc quippe viis, aduúque maligno
Tenditur, & minimè ſua terga crepidine cliuus
Ardua ſubducit, vbi paſsim deuia luſtra
Inſedere feræ: ſocios quo monte recondens
Vitaſti ſocerum, cuius ſe filius ad te
Intulit, & venit dubiis ſolatia curis
Læta ferens, qui tum manibus per fœdera iunctis
Abſcedit properè, tutúmque nigredine ſyluæ
Deſerit, & denſa nemoris ſub fronde latentem
Nec patri latebra defenſum vmbrante renarrat:
Celantem ſocias autem retulere Liphæi,
Quà niger arborei frondoſa collis Achille
Palmitis obtentu tegitur demiſſus in auſtrum:
Rex quibus à Gabaæ præmiſsus vrbe receſſus
Exploraturis nemorum ſectatur euntes:
Excipis id poſtquam male-fido colle recedis
In deſerta ferens greſſum ſqualentia dumis
Primitus (vt perhibent) de nomine dicta Simonis,
Quà nullos fuerant experta Maonica ſulcos
Auia planitie Carmeli vallibus imis
Suppoſita, exigui ſurgentes cuius in ora
Sunt tumuli: exceptum ſpatiis quibus æmulus vrget
Te ſocer obſidens cliui latus: altera montis

Terga tenes, facili cui ſpe via nulla ſalutem
Detegit effugij: metuit ſic aëra pennæ
Ceruus odoratæ: nec aperta pericula cautim
Exuperare datur, adeò procurſibus hoſtes
Flexilis in morem gyros egere coronæ:
Iámque terant medium, caſu niſi nuntius adſit,
Vndique & effuſos vaſtis denuntiet agris
Ire Philiſtæos: Sic eſt oblata periclis,
Affulſitque ſalus: exin loca prodita linquis,
Atque Aulone tuos recipis, quà mœnia ſurgunt
Engaddi procul aſphalti non diſſita ripis,
Et fortunati ſudant opobalſama rami,
Poculáque exceptis imitantur vitea ſuccis
Indigenæ: Saulus eum ſanè à finibus hoſtem
Arcuit, inſidias luſtrans, quo montis in antro
Delectos ter mille viros conducit in æquum,
Abruptas pedibus mandans accedere cautes,
Et loca non tantùm luſtris poſſeſſa ferarum,
Ibidis eſt etiam vel ſoli peruia pennæ:
In vicina viæ, & cùm venit ouilia demum
Interiora pedes mandræ progreſſibus intrat,
In quibus egeſto dum ventrem ſoluit oleto,
Intima te penitus rupes celauerat antri,
Et licet inuitent à rege repoſcere pœnas
Inſtantes ſocij, vindictæ comprimis ignem:
Inflexi genibus tantùm: nudíque retecto
Podice præcidis chlamydati in tegmine limbum,
Sutilis & lenæ curtas innoxius oram,
Exunctóque duci ſacro es meditatus oliuo
Vltrices inferre manus, & ducere ferrum

Æui haud flagitium ſeris delebile ſeclis,
Nec ſoceri fatis inhias, niſi vindicis ira
Ætheris occiderit, mediis vel corruat armis,
Nec minus inuidiam comites, bilémque cientes
Mollieras animum à meditata cæde reflectens:
Eſtque egreſſus vbi ſpelæo face leuatus,
Proſequeris ſummo cedentem pronus honore:
Mendaci quianam nimis arti credulus, inquis
Me tibi moliri fraudes, caſúſque ſiniſtros
Vſque animum inducis? viden, vt mihi ſumere pœnas
Sors dedit? at dextram duxi ſcelerare nefandum
Sanguine regali, ſolam ſed mollior oram
Excîdi chlamydis, verùm diuerſa refertur
Gratia, & imparibus mihi fata extrema minaris
Auſpiciis: fortis ſit cuius criminis vltor,
Suſcipiátque Deus cauſam: quid ſortis iniquæ
Me canis extincti deiectum, & pullicis inſtar
Acriter infeſtas? odij nec fulmina mulces!
Voce remolleſcens lachrymas dat ſponte fluentes,
Incuſátque ſuos motus, ſedatáque laudat
Mentis fræna tuæ, quæ nam oppreſſerit hoſtem
Obiectum exitio, ſed te quòd regna morari
Auguret, implorát: ne, dum conceſſerit vmbris,
Conſectere genus odio, ſtimulóſque retentes,
Iuratámque fidem te pacto adhibere viciſſim
Poſtulat: hac facta promiſſi teſte recedit:
Túque repentinis itionibus inuia greſſum
Ad loca detorques: Elcanæ pignoris autem
Mors in tempus idem decurſibus incidit æui,
Atque domi ille ſuæ eſt Rumæ tumulatus in vrbe,
Illuc Iſacidûm cœtus venere frequentes

Vltima plorato miſſuri iuſta ſepulchro
Interiti memores, olim quo iudice lites
Compoſuere ſuas, & quo ſub præſide cultus
Continuere adyti ſolennes fata canente
Bis per eum lapſa duplici trieteride recti
Funera poſt Elis, Saulo ſub principe verò
Hinc geminis luſtris, anniſque fluentibus octo:
Atque vbi de queſti pheretrum plangore ſonantes
Produxere ſuo, tymbúſque ſenilia odorus
Oſſa receptauit, quæ fida receptibus vſquam
Sit profugi regio, perplexa mente reuoluus:
Illa Pharanæis ſuaſit ſeceſſibus abdi.
Haud aberat longè dumis, & ſentibus horrens,
Commoda nec Cereri tellus, vbi tollitur alto
Vertice Carmelus pecori compaſcua læto
Pabula ſufficiens, cuius virgulta capellæ
Mollia tondebant, balantéſque herbida terga,
Quæ ſtabula in Nabalis perſpecta nocte redibant:
Moribus is rigidis non verpo affabilis vlli
Torua ſupercilio contraxerat ora, miniſque
Incola conſtituens ædes in montibus Emmæ,
At cordata viro coniux, cui frontis honores
Auctarat probitas, comiſque modeſtia formæ.
Hoc vt forte loco victus defecit egentem,
Vrbibus & longè poſitis nutrimina poſſunt
Nulla reportari, ſimis tondere capellis
Audis menta virum, villoſáque terga perinde,
Attenſas & oues lanis nudare trahendis,
Sitocoma ac operi congeſta, & ſecta iuuenci
Viſcera: cuius erant quando pecuaria per te
Adſeruata minis rapidarum aſſerta ferarum,

Vi quoque prædonum, te nec paſtoribus vſquam
Auſpice turba data eſt, bilémque iniuria mouit,
Expetis auxilium victus oríſque leuamen.
Cùm gelida quin ille tuis alimenta negauit,
Vellera quæ fuerant tonſuris cocta miniſtris,
Increpat & contra te regis herilia Sauli
Iuſſa rebellantem ſeruile inſurgere ſignis
Mancipium vetitis dominum & forteſcere ſupra,
Próque tuo imperio plus iam ſatis eſſe tumentem:
Exerces odium quo faſtu: acuentibus enſes
Inde quater centum ſocius demittere mentem
Is tumidi: reliquis biſcentum ſarcina tuta eſt:
Intentata viro quæ poſtquam funera coniux
Audiit, & geminos Bacchi tibi protulit vtres,
Biſcentum & Cereris panes, aſſatáque flammis
Viſcera, & adiunxit ſartagine frixa crepante
Hordea, cúmque vuis arentia cottona paſſis,
Edicítque viam dominæ præcedere ſeruos,
Haúdque abitum nudat temulento nupta marito:
Illi, cum premeret coſtas properantis aſelli,
Obuius ocurſas cliui in radicibus imis,
Seruatúmque viri fruſtra indignaris ouile,
Sed qui probra tuo pendat male ſana labori,
Non impune tamen, cum iurè aduenerís vltor:
Seſe Abigæa quidem terga demiſit aſelli,
Eſtque tuos exinde pedes complexa, tibíque
Congenulata, ſimul ſe inuiſa piacula amati
Coniugis adueniens luituram prædicat vltro,
Inuidiam inſignis cuius veſania conflans
Non ſinat incultos animi componere mores,
Quin tibi celatos iuuenes alimonia propter

Turpiter amiſſos victus exile rogantes
Subſidium, quorum vectarit edulia in vſum:
Et, minimè vt perſtes veteris meminiſſe repulſæ,
Expetit, adueniat cum fatis acta ſecundis
Ante virum vertens, ſceleres neu ſanguinis hauſtu
Brachia percellens ſedatæ mentis egenum,
Haúdque recurſuras olim ſub pectore cædes
Dictitat experti capitis non perdere, & auſi
Vllos abſque graui iugulatos tollere cauſa,
Lancinet haud demum quem mens ſibi conſcia recti,
Supplicium ſi non priuata iniuria ſumpſit,
Regna Philiſtæo poſtquam virtute ſubacto
Indubitata geres ſocero ſuffectus humato:
Delinitus eo tandem ſermone reſiſtis,
Vltricéſque minas ponis, nec dona, precéſque
Deſpuis, & laudas ſolertem coniugis artem:
Hæc recipit greſſum, ſeſéque virilibus infert
Sedibus, atque inſtructa videt conuiuia menſis:
Quo Reges epulas geniales more fruuntur.
Atque hilarem vino ſpectat, curíſque ſolutum,
Haudque recumbentem rugis obducere frontem:
Non ea cui cunctans fata intentata recenſet,
Dum ferat agricolis operum Matuta laborem,
Egeſtóque meri redeat mens ſana vapore:
Ille vbi ſub Phœbi naſcentis ſobrius ortum
Audiit in tumidos inſtructa pericula vultus,
Poſt edormitum Bromium vertigine liber,
Demiſit pauidam contracto ſanguine mentem,
Diriguítque animus, ceu ſummo in vertice Tauri
Caucaſus aſſurgit Boreæ non mobilis vllo
Turbine: iam decies luſtrauerat omnia Phœbus,

Is cùm pro tumido faſtu, victúſque repulſa
Occubuit cæli ſublatus vindicis ira:
Certius excipiens tumulo quod funus humati,
Vltorémque Deum letho multaſſe tumorem
Exanimi viduæ connubia coniugis optas:
Atque ea carmelo cedens, veneratáque vultus
Prona tuos (vel quæ ſeruorum calcibus vltro
Offundat gelidam nitidandis ſerua tuorum)
Impar coniugium titulis matrona recuſat,
A pedibus fuerant quam ſeruæ quinque ſecutæ:
Alteráque hanc præter tibi nuptu ducitur vxor:
Interea thalamis effert genialibus Æglam,
Inque thorum Phaltis curat ſocer ire tenentis
Moſe datas Verpis diuinitus auſpice leges,
Accronem fuerat contra cui patria vicus:
Phaltis vti at nullos initus inuaderet Æglæ,
Quæ tibi prima data eſt, tenuit reuerentia nuptus:
Túmque alios vexit curis ſors læua labores,
Nam rurſum in ſpecubus Saulo te collu Hachile
Obduci retulere, tenent qui rura Ziphæi
Ad montem populi, ſubiguntque ligonibus æquor,
Quà regio eſt priſco de nomine dicta Sicellæ:
Illicet in molli cliuo metatur Hachile
Caſtra ſocer, cuius ſolerti indagine paſſus
Exploratores obiter contantur, & index
Hunc ſibi deprenſum denarrat in vrbe Sicellæ:
Adductis tenebris iam nox accommoda fraudi
Soluerat admiſſo languentia lumina ſomno,
Cùm tibi Saruiadem iungens proſtrata ſopore
Progrederis furtim recubantûm examina aduſque,
Atque itione pedum graderis tentoria ſubter

Et ſocero ſomnum proflanti naribus adſtas:
Haſta quidem fixa eſt pulutllo aduerſa tacentis:
Quem ducto appeteret reſupinum figere telo
Dum comes occurris, nec fas ita regis inunctam
Cædere ceruicem monſtras, & caſibus ambis
Non perimi breuibus, ſenij dum frigore lentus,
Conflictu ve ruat, deriuata ve ſiniſtri
Ætheris inuidia, ſolúmque huic detrahis haſtam
Et caput appoſitam propter regale matellam,
Cùm grauis immenſa poſſes abſcedere præda:
Spectauítque aditus nemo, celeréſque recurſus:
Corpora ſic ſomno rector defixerat Æthræ:
Atque vbi terga procul montana aduerſa tenebas
Verticis ingenti ſpatio ſemotus ab hoſte,
Nereſatum inclamas ſub prima crepuſcula Solis:
Si præſtas populum virtute, & regia ceruix
Eſt curæ commiſſa tuæ, cuſtodia cur non
Excubias egit ſtudioſè noctis opacæ?
Vnus enim comitum potuit contingere Sauli
Gauſapa, corporibus vigilum per ſtrata ſupinis,
Sanguine & exanimi regis fœdare carentem
Excubitore thorum, columenque euertere gentis:
Diſpeream, niueos ſupremi ignauia ſegnes
Supplicij arceſſat: ſpecta, quo fixa recepta eſt
Haſta ſolo, ſit vbi & vicina matella tyranno:
Has ſocer agnouit voces: quereríſque minacem,
Quem ſi fata cient, modicè patiare laborem
Pectoris, inuidia quòd ſi mouet æmulus vltor
Principis incurſum, ſtimulanti dira precaris
Te peregrinorum ad cultus impellere diuûm
Relligione Dei à poſſeſſa, & colla cruentet

Ne tua

Ne tua, contendis, capiti neu ſæuior inſtet,
Ruſticulam veluti Niſus circumuolat alis:
Hunc piguit culpæ, nam cum data copia ferri
Sit tibi ſtringendi collo, vindicta remiſſa eſt:
Cui tenebris furtim exemptam non abnuis haſtam,
Fortunæque velit meminiſſe diutiùs oras,
Quæ iugulum obiecit, cui verò preſſa pepercit
Dextera, ſic poſcis, quondam tibi tale rependat
Officium: ſucceſſa tibi qui voce precatus
Caſtra refert, & te, quæ deuia rura frequentes,
Excipiunt: ſimul vtque minas, & bella paueſcis
Mota retentari, viſum eſt à ſede paterna
Tuta Philiſtæis ſcrutari limina in agris?
Martis in euentus fidas Anthedonis arces
Ducis, & his comites ſexcentos mœnibus infers,
Exteráque vxoris tellus vtriúſque recepit
Depoſitum, nec te caſtris ſocer additus vltra
Perſequitur: regem poſt Achim cernuus oras,
Tranſcribat propriam vectis comitatibus vrbem:
Is tibi ſeceſſum ſortitur in vrbe Sicellæ,
Vxores geminas cuius non ſedibus effers,
Luna quater cornu reparet renouata priuſquam;
Quæ reſides vbi penſa trahunt, aut licia texunt.
Victor agis curſim Nabathæo è climate prædas,
Et Cattabani vicos cultoribus orbas
Ante quieſcentes confinis ad oſtia Nili:
Hæc loca oberrabas raptis defecta colonis:
Séque trucidari, ſpes nulla nepotibus olim,
Plorabant miſeræ matres, fortiſſima & Achi
Geſta recenſebas, Nabathæa gente ſubacta:
Qui tibi tranſmiſit tractanda negotia regni

Omne ratus rerum te poſſe abſoluere penſum,
Conſiliíque tui eſt arcana perinde ſecutus
Fortiter oblatas acies, Saulúmque minacem:
Huic operam ſpondes, indefeſſúmque laborem
Martis ſumma tuæ credenti pondera curæ,
Tutelámque ſui capitis: metata reſidunt
Caſtra quidem ad Sunam: contraria facta ſupernè
Per iuga Gelboæ Saulus rex ardua ponit,
Conſulit & ſuperas ſortes, quin augure ſurdo
Cæli clauſtra ſilent, volitant neque præſcia fati
Somnia venturi: qui non quòd ab æthere ſortes
Elicit, aggreditur ſacrorum arcana Magorum
Exſecranda polo, vímque allatura coactis
Manibus, Æmoniæ quales, aut Colchidis artes
Carmine pallentes vmbras exire feruntur:
Vultum is diſſimulans, plebeio & comptus amictu
Endoridos vatis acceſſit limina furtim
Æthera prætextum noctis nigrantibus vmbris,
Háncque ſibi euentus bellorum prodere poſcit:
Illa pauet, nutátque diu, præſcita Magorum
Cùm Saulus patriis odioſa excluſerit oris,
Nec ſuperûm ſpirare fidem Pythona deuſtum
Lampade barbarica narrat, raptámque fauillam
Flatibus: at verò cum per deiuria fraudi
Non fore promiſit, noxæque ſubinde petitus,
Réxque metum excluſit, tremulo telluris hiatu
Saga reſurgentem Samuelis deuocat vmbram
Attollens horrore comas, crinémque rigentem
Ancipiti ceruice rotans: planè vmbra moueri
Indignata ſuos cineres, ſolióque dolenter
Tolli paſſa canit ſtimulati numinis iram,

Iúſque

Iúſque ſub alterius deferri mobile regnum
Hæc authore peti referens oracula rege:
Hac ſua conſultor preſciuit fata ſuíque
Excidium generis: tum conſternatus, & amens
Procubuit proiectus humi, nec robore lapſum
Subrigit effœto corpus, quòd luce peracta
Is potuit nullo vires arceſſere victu:
Pythia at excuſans caſum, iuſsámque ſeniles
Sandapila vultus efferre ad clauſa tetendit,
Altilis & iugulum vituli mucrone recluſit,
Et Cererem citra fermentum in fornice coxit:
Qua ſocer inſtaurat robur, ſocióſque reuiſit,
Greſsibus & prorſus nocturnas extrahit vmbras:
Iámque Philiſtæi contra ſua caſtra locarant,
Fixáque Corſeides propter tentoria ripas
Conſtiterant: regi concedis amabilis autem
Agmine ab explicito, quoniam commercia cœtus
Sunt inuiſa tui, male-fida querentibus eſſe
Proditione aliqua ducibus, quem fœdera Sauli
Conſtabilita diu deſerto principe ab Anchi
Deficere inuitent victum pietatis amore:
A caſtris igitur tibi ſunt intrata Sicellæ
Mœnia, flagrantem prunis quàm flamma coruſcans
Hauſerat: hinc gemina raptos cum coniuge fœtus
Tamnani extulerant, & te iam in tempora iactis
Hoplomachi ſaxis tollant, ſolatia feſsis
In rebus tribuas, præſentíque eſſe querenteis
Mox animo ſtimules, tantis & caſibus adſis:
Atque tibi oraclum poſtquam fudere ſecundum
Suppara, quà Baſelus regionem pernatat vndis,
Bis ſociis centum deſertus, hoſtica pandit

Omne ratus rerum te poſſe abſoluere penſum,
Conſiliíque tui eſt arcana perinde ſecutus
Fortiter oblatas acies, Saulúmque minacem:
Huic operam ſpondes, indefeſſúmque laborem
Martis ſumma tuæ credenti pondera curæ,
Tutelámque ſui capitis: metata reſidunt
Caſtra quidem ad Sunam: contraria facta ſupernè
Per iuga Gelboæ Saulus rex ardua ponit,
Conſulit & ſuperas ſortes, quin augure ſurdo
Cæli clauſtra ſilent, volitant neque præſcia fati
Somnia venturi: qui non quòd ab æthere ſortes
Elicit, aggreditur ſacrorum arcana Magorum
Exſecranda polo, vímque allatura coactis
Manibus, Æmoniæ quales, aut Colchidis artes
Carmine pallentes vmbras exire feruntur:
Vultum is diſsimulans, plebeio & comptus amictu
Endoridos vatis acceſsit limina furtim
Æthera prætextum noctis nigrantibus vmbris,
Háncque ſibi euentus bellorum prodere poſcit:
Illa pauet, nutátque diu, præſcita Magorum
Cùm Saulus patriis odioſa excluſerit oris,
Nec ſuperûm ſpirare fidem Pythona deuſtum
Lampade barbarica narrat, raptámque fauillam
Flatibus: at verò cum per deiuria fraudi
Non fore promiſit, noxæque ſubinde petitus,
Réxque metum excluſit, tremulo telluris hiatu
Saga reſurgentem Samuelis deuocat vmbram
Attollens horrore comas, crinémque rigentem
Ancipiti ceruice rotans: planè vmbra moueri
Indignata ſuos cineres, ſolióque dolenter
Tolli paſſa canit ſtimulati numinis iram,

Iúſque ſub alterius deferri mobile regnum
Hæc authore peti referens oracula rege:
Hac ſua conſultor preſciuit fata ſuíque
Excidium generis: tum conſternatus, & amens
Procubuit proiectus humi, nec robore lapſum
Subrigit effœto corpus, quòd luce peracta
Is potuit nullo vires arceſſere victu:
Pythia at excuſans caſum, iuſsámque ſeniles
Sandapila vultus efferre ad clauſa tetendit,
Altilis & iugulum vituli mucrone recluſit,
Et Cererem citra fermentum in fornice coxit:
Qua ſocer inſtaurat robur, ſocióſque reuiſit,
Greſsibus & prorſus nocturnas extrahit vmbras:
Iámque Philiſtæi contra ſua caſtra locarant,
Fixáque Corſeides propter tentoria ripas
Conſtiterant: regi concedis amabilis autem
Agmine ab explicito, quoniam commercia cœtus
Sunt inuiſa tui, male-fida querentibus eſſe
Proditione aliqua ducibus, quem fœdera Sauli
Conſtabilita diu deſerto principe ab Anchi
Deficere inuitent victum pietatis amore:
A caſtris igitur tibi ſunt intrata Sicellæ
Mœnia, flagrantem prunis quàm flamma coruſcans
Hauſerat: hinc gemina raptos cum coniuge fœtus
Tamnani extulerant, & te iam in tempora iactus
Hoplomachi ſaxis tollant, ſolatia feſsis
In rebus tribuas, præſentíque eſſe querentem
Mox animo ſtimules, tantis & caſibus adſis:
Atque tibi oraclum poſtquam fudere ſecundum
Suppara, quà Baſelus regionem pernatat vndis,
Bis ſociis centum deſertis, hoſtica pandit

Caſtra fide tutus, primúmque arentia mandens
Cottona cum geminis paßis Ægyptius vuis,
Indicio cuius prædonem in gramine fuſum
Poſt epulas, grauidum & ſpoliis, talóſque mouentem
Nocte quidem inſequeris palantem enixiùs omni
Succedentis agens totum per lucis abactos
Curriculum aduerſo belli terrore maniplos:
Degraſſante quater centum qua cæde cameli
Aſſeruere viros: ſic vtraque nupta recepta eſt,
Et domito gnatos cum præda ex hoſte reducis,
Ereptóſque greges, recipíſque armenta perin de:
Commodulè hinc viſum eſt ſpoliorum ponere partem
Laßis ad fluuium ſociis conſiſtere iußis:
Appoſitè id factum duxiſti ſcilicet iri,
Réſque apud Hebræos in morem ea vertitur, & ius,
Iſacidæ legem quam ſeruauere minores:
Mœniáque impenſis Anchi donata ſicellæ
Adueniens genti vicinæ munera mittis:
Si decus id rerum peperit ſator, éque gigantis
Te rapuit, ſoceríque minis, Anthedonis vrbem
Si dedit innocuam, reſeratáque mœnia regis
Moabidæ intrepidæ ſtationi fida parentum,
Et ſolium adſtruxit regis, quid perdita vita eſt
Militis Hetthæi rapta pro coniuge adempti:
Cuius adulterij eſt oppreſſa infamia morte:
Sic tua progenies fodietur cuſpide, & hoſtis
Polluet vxorum genitalia clauſtra tuarum:
Proh ſcelus indignum, regem, quem iura tueri
Víque repercuſſà deceat defendere ciues,
Externos fœdare toros, paſtóque mariti
Fraudibus excepti diſcluſam auertere nuptam.

Hic

Hîc ego virtutem quæro, ſolerſque prioris
Ingenium vitæ: ſubeat, quæ nobile nomen
Simplicitas innata dedit, morúmque recurſet
Integritas, fuit & quæ nuſquam impûra iuuentus,
Atque Deo refricet pietas præſtanda tuíſque.

Regum Liber Tertius.

ODIT adulterium iam mens obnoxia Regis
Commoniti, & damnat congreſſum cõſcia mœchæ
Execrata nefas, & raptos militis ignes
Nequiter inuentu decepti, armíſq; perẽpti:
Cui vates: Haud furta lues, nec criminis ergo
Demoriere tui, non & multabere pœna,
Pertæſum eſt quoniam ſceleris, quin labe quòd hoſtes
Permoti nomenque tuum, templíque verendos
Ludibrio cultus habeant, rebúſque ſalutem
Promittant dubiis, acies & crimina bello
Præpediant admiſſa tuas, ne ſigna trophæis
In patrium amiſſis referant victricia limen,
Qui puer inceſto coitu concreuit in aluo
Pellicis, & cunas querulis vagitibus implet,
Inconceſſa cadens expendet morte parentum
Oſcula, & occumbet ob noxam euanidus idem:
Sub ſua detulerat vix ſe penetralia vates,
Cùm puer occulto languens ægreſcere morbo,

Vagitúſque domum cunctam miſcere querelis,
Vt coma Narciſsi marcet percuſſa maligno
Sidere, vti flores intra & violaria læti
Exurente decus primo ſub frigore ponunt:
Cæcáque in immenſum gliſcit ſub pectore tabes
Eripiens nullo pueriles vulnere vires,
Oris & exequitur paulatim inducere florem,
Qui color eſt foliis, retulit cùm bruma pruinas:
Cui rex indoluit mærens, & nulla ſalutis
Spondendæ pueri curas fiducia mulcet,
Dat tamen ille preces humiles, quæ forte leuamen
Concilient, proiectus humi, diuerſáque tecti
In loca ſecedens venit, immitémque dolorem
Aſperat, & victum labris regalibus arcens,
Atque dies lachrymans permultos ſobrius egit:
Hæc fuit exoſæ fruges tolerantia vitæ:
Túmque ſenatores hunc orauere, decoros
Tollat humo cultus, ſublatus puluere necnon
Communes ineat menſas, dapibúſque fruatur:
Triſtis & admittit ſolatia nulla dolori:
Dum ſua & atratus ſingultibus ilia pulſat,
Cùm ſeptena dies illuxit Sole coruſcum
Inſtaurante iubar, periit demortuus infans:
Filioli exequitur nemo quos prodere caſus,
Cùm viuente pater, cunîſque ſuperſtite partu,
Nullius alloquiis duras obuerterit aures,
Quas magis occludat poſthac puerilibus vmbris
Offundens lachrymas, abitúque odioſa relinquat
Contemptis hominum commercia cœtibus horrens,
Deſinat excluſis neque luctus verba querelis:
Atque his exanimans ſeſe, dum regia muſſat,

Mentis ab augurio puerilis colligit æui
Infantem genitor obiiſſe in limine vitam,
Atque is, ſítne animus fallax, & lubricus augur,
Exigit: vt mortem & certiſſimus attulit index,
Dedolet attollens ſqualentes puluere cultus,
Corporis & pellem tepefactis irrigat vndis,
Nec minus effuſo vultus exungit oliuo,
Mutatóque habitu ſolennibus appulit aris:
Dulcia vt à cælo ſolatia danda reportet,
Quod minimè incuſet, nolens occurrere fatis:
Qui ſua adorato penetralia numine adiuit,
In quibus edicit, properata vt dona miniſtri
Expediant Cereris, pulpámque, merúmque, cibíſque
Admouet os poſitis, procerum quem turba gementum
Defleſſe eſt puero mirata ſuperſtite morbum,
Duxiſſe & miſeris in longum fletibus horas,
Præſidia & victus non mæſto admiſſa dolori.
At modò filioli à lachrymoſo funere humati
Ore laboratas Cereris conſumere fruges
Puluere ab excuſſo ſurgentem, ab humóque relatum:
Haud miranda quidem ſunt hæc aſtantibus, inquit,
Conclamandus erat mihi morbo languidus infans,
Ploratúſque malis decuêre laboribus ægrum,
Párque fuit precibus onerari triſtibus æthram,
His ego Adonâi mollirem vt cernuus iram,
Vtile tunc & erat lachrymis ieiunia paſci:
Nunc inamœna iuuant ſed quid lamenta parentem?
Flectitur haud Phlegethon, & ineluctabilis Orcus
Non exoratos reditus Acheruſide præſtat:
Stant adamante viæ ſolido, nec Manibus atris
Ardua conceſſum eſt rurſus conuexa tueri:

Hunc vtinam liceat lenti mihi mole ſoluto
Corporis Elyſij in ſpatio ſpectare ſilentis,
At non ad patrios illi ſe reddere vultus
Mollibus oſſa iterum neruis rediuiua mouenti,
Nec reuocare pedem eſt fas à frigentibus vmbris:
Depoſiti luctus rationem talibus edens
Bethſabeem extincti mæſtam pro pignoris vmbra
Lenit, & affatu querulam ſolatur amico,
Edocet atque vices vitæ, pariterque puellum
Oſsibus exutum monſtrat felicibus vti
Sedibus aſtrorum, fortunatóque receſſu,
Nec curare hominum cenſus, ac eſſe beatum,
Qui non attigerit mortale doloribus ægrum,
Nec non cuncta hominum fatis obnoxia monſtrat
Corpora, quæ properè, vel ſerò, debita morti
Fas habeant omnes haud immortale per annos,
Sed genus humanum iuſto reparabile ſemper
Vinctu connubij: fuſus delabitur ergo
Coniugis in gremium, luxúſque dolore ſepultos
Integrat incumbens, intermiſſóſque reſumit
Concubitus: illi paruo poſt tempore partum
Bethſeba maturum laxata ſuſtulit aluo:
Is Salomon patri dictus rectoris amore
Complexus ſuperi poſtquam grandeſceret infans,
Haúdque altricis egens eſſet, tibi præſcie Vates
Filioli extincti grauidata à pellice nati
Creditur, huícque modos pulchræ virtutis, & ignes,
Arduáque ingeneras lepidorum ſemina morum,
Ingeris & laudum ſtimulos, auidóque renarras,
Fortibus heroum geſtis quæ debita merces
Temporibus nullis nomen delebile condat,

Præten-

Prætendátque licet fibras præſtantia amaras,
At fore virtutis ſuaues dulcedine fructus:
Interea dictos Philadelphi à nomine pyrgos
Obſidet Hebræis incaſſum obeuntibus vrbem
Saruiades: illic adeò prognata gigantum
Seminibus ſuperant inuictæ robora genti,
Spe tamen optatæ paſcit nutantia palmæ
Vota monens regem facilis ſudoribus vrbem
Hinc operæ (numero populi ſuperante coacto)
Sub iuga mittendam, ac vno pendere ſalutem
Rabbathæ ex puteo, partem qui ceperit, in qua
Corpora aquabantur obſeſſa latrantibus armis:
Adſcribenda ſuæ quæ ne victoria laudi
Lotigenæ pariat decus immortale ſubacto,
Diſſitus & pugna rex fiat nominis exors,
Exigit, adueniat, verporum in prælia cogat
Vt quoque relliquias, & agat poſt bella triumphum
Pro decertato, deſudatóque labore:
Particulam exhaurit ſic laudum haud principis vllam,
Transfundítque ſuas in regem prælia tractans:
Rex igitur lectus ſuperans popularibus agmen
Aggerit, vt regni cenſetur corpore toto,
Pontibus & placidi Iordãnus lene fluentum
Traiicit, ac Euros verſus conuertitur, & tum
Ad montana ſubit: iam per ſqualentia ſaxis
Culmina progrediens in ſummum enauerat ordo,
Et per inacceſſas ſcopuloſo murice cautes,
Inſultare iubet cùm ductor turribus altis:
Nec mora, profertur geminato vinea ligno
Tecta, latus fuerat cui textum vimine querno,
Hæc eſſet veſtita ſuper cum tegmine tauri,

Sub cuius pluteis bellans ſecura fatigat
Bella manus: tum lapſa rotis ad mœnia turris
Erigitur tabulis compacta, & pelle iuuenci
Tecta: aries cæcis cuius caput infimus effert
E latebris, & ſaxa volans muralia quaſſat,
Perrumpítque aditus: excepti vertice torquent
Spicula, & excuſſis tutantes molibus vrbem,
Eminus incurrunt, & inumbrant æthera telis,
Se quoque per contos contra tutantur Apellas,
Quos proferre gradum, tectóſque obtrudere vultus
Caſſide prolis amor permultæ & cura tuendæ
Coniugis impulerat, ſe per tormenta rotatis
Necnon miſſilibus certant defendere ciues,
Et pice torrentes, craſſóque bitumine tædas,
Teláque deiiciunt, crinitam & lampada flammis,
Vndátémque rogis ſtupam, calidóſque vapores
Excutiunt, raptóſque focis penetralibus ignes
Pro ſuperûm cultu pugnas aríſque mouentes,
Flammigeróſque ferunt torres, ſaxíque molaris
Fragmina: conuellunt hi vertice tecta domorum:
Imbricis hi vectant cumulos, hi ſtrata viarum
Diripiunt muríſque locant: pars máxima tortas
Præcipitat glandes haſtíſque horrentibus hoſtem
Exigit, horridior pars ducto dimicat enſe,
Aut haſtile quatit: ſunt deſolata domorum
Atria productis illò cuſtodibus aræ:
Fœmineíque viris acuunt ſudantibus iras
Ponè globi, latéque leues clamoribus auras
Complentes pueri: menti poſſeſſa recurrit
Complananda domus, deſolandíque penates,
Seruitiíque iugum proles paſſura ſuperbum,

Raptandæque

Raptandæque nurus ſubeunt victoris ituræ
Ad ſynodum: minimè verò ſubſiſtere poſſunt,
Quippe moras aries vbi muri planctibus icti,
Atque aditum rupit motus teſtudinis vnco,
Æquat humo turres protritis arcibus agger
Prorutus, & tollit volitantem puluere fumum:
Dat tellus gemitum, reſponſat maximus aër,
Colliſóque ſonant confines murmure valles,
Necnon terra tremit factis concuſſa ruinis:
In quibus haud poſſunt parmas obtendere ciues
Robore defecti, vires tenuante labantes
Prolixa eſurie, fontíſque humore negato,
Cuius Saruiadæ præcluſit fabrica ductum:
Sic rupto indigenis langueſcunt robora muro:
Hoc introgreſſi perrumpunt mœnia Apellæ
Expoſiti, ſocióſque cient, & limina pandunt
Omnia portarum: ciues in ſedibus autem
Se patriis abdunt, matres altaria ſeruant
Complexæ ſimulachra Deûm, puerique gementes
Inſiſtunt adytis circùm ſtupefacta parentum
Pectora diffuſi, rorántque altaria fletu,
Inuidiámque Diis plangunt, mortémque morantur
Finitimam, & ſuperos nequicquam in vota fatigant:
Ecce volat victor, diuûmque patentibus aris:
E ſacris ſuſpenſa tholis donaria raptat,
Effigieſque auro ſolidas, atque aſpera ſignis
Cymbia, & auratos tripodas, prætoria túmque
Vrbica prædatur, colli & ſegmenta puellis
Diripit, ac Indos pendentes aure cylindros,
Quinetiam digitis gemmas: aulæa, trientes
Crateres, gabatæ, lances, & ahena feruntur,

Aque ſuis merces populari eſt dulce cadurcis,
Et tolluntur equi iuxta à præſepibus altis,
Raptoréſque ſolum caueis rimantur apertis,
Si quà mota recens fodicantis terra labore:
Subſidat pedibus, ſi qua aut ſint condita muro,
Introrſum & lateant argenti pondera facti:
Parte alia (turrita ſuper quà prominet vrbis
Regia, & occluſis poſita eſt opulentia nummis)
Emicat Iſaides, ſociíſque inhiantibus auro
Ille ſuæ ſorti textum regale coronæ
Sardoniche excepit pretioſum, auríque talentum
Quæ fuerat pendens, gemmis diſtincta recepta eſt
Rectori hæc Solymo: is claro diademate crines
Implicat, his ſpoliis nec ſe regalibus explet,
At bellatus vbi eſt, punitur morte ſceleſtos,
Et foribus miſeros, vrbiſque à limine ciues
Imperat educi, contráque diutiùs auſos
Stare ſuas acies vinclis poſt terga reuinctos
Pœnarum ſine more iubet durare laborem,
Hóſque trahas ſupra, verſatáque tribula volui,
Falcatóſque trahi (viſu miſerabile) currus:
Hóſque ſecurigeris dextris, ferríſque necauit:
Torruit atque horum partem calcaria fornax:
Per tormenta ſuis quos ſic virtutibus ornat:
Sola nec exſaturat Philadelphia principis iras,
Temperat aut odium confecta cæde iacentûm,
Suppliciíque pares expendunt cætera pœnas
Oppida, Moabidûm fuerant quæ ſubdita regi.
Necnon indigenæ iugulo mucrone petuntur,
Ex Ammone quibus fluxit natalis origo:
Atque vbi diripuit cæſis cultoribus vrbes,

Immanis

Immanis Solymas prædæ ſubit aggere onuſtus,
Detractis & ouat ſpoliis, quæ pendula fani
Poſtibus affigit monumentum inſigne trophæi,
Propter & ingentes victoria plauditur actus:
Finitimis adeò circùm ditione ſubactis
Cùm fuerant ciues Solymarum pace ſupini,
Et poſitis floret bellorum vrbs libera curis,
In Veneris ſuaues laxantur corpora luxus,
Capta voluptatum ſunt cùm fallacibus hamis,
Séque ad deſidiam, diſcinctáque ad otia vertunt,
Mollis & impuros vſurpat regia mores:
Proles præcipuè regalis amore ſororem
Deperit, elanguens & cæco exæſtuat igne
Senſim deficiens habitudine corporis ægri.
Sic, vbi cornipedes hinnitibus aëra pulſant
Peliade in ſylua, reparato vere per armos
Cum ludente iuba conſpectu animantur equarum,
Has ipſi Æmoniæ ſaltu, ſummíſque ſequuntur
Rupibus errantes, illæ ſed prima verentur
Connubia, atque auidis refugæ complexibus obſtant:
Haud ſecus accenſus curis vigilantibus Amnon
Carpitur, & vultus præcluſa Thamaris æſtu
Proſequitur flamma correptis oſſibus ardens:
Hunc decus egregium, viſæque innata venuſtas
Virginis accendit, cui tantùm cætera cedunt
Ora puellarum, quantùm premis æmula ſurgens
Lumina ſtellarum, plenos cum fratre rubores
Concipis, & totas effundis Cynthia vires:
Sic adeò vultus dilecta in virgine amator
Defigit iuuenis venis ardentibus amens,
Langueat vt ſtertens, victa & ceruice recumbat,

Dum ſibi deſpondet carpendi in virgine floris
Optatos aditus, quem ſic affatur amantem
Semmaades animi præſtans: quid ſaucius oris
Conficeris macie Regis generate parentis
Sanguine? ſollicita celatos mente dolores
Ne retice (ſi fortè leuem) taciturnus amico:
Cui ſponda recubans: Charæ mihi Thamaris ardor
Lentus in occiduo depaſcitur igne medullas.
Huic comes at contrà: Curarum pondere pone,
Optatæque tibi gremium promitte puellæ,
Conſilium ſi mente meum complecteris vltro:
Dormiſcens igitur morbum confinge cubili,
Sedulus vtque parens ſtratis aduenerit ægri,
Affatu inualidos morboſi vt leniat artus,
Thamaris, implora hunc, gnato commercia iungat
Corda leuaturæ forſan mærentia vultu,
Sermone & placido tantillùm vt gratior adſit,
Ac tibi prætendat ſuſceptas lance placentas.
Hunc pater inuiſens, vt nulla impendia vitet,
Non operæ quoque parcat vti medicata ferenti
Pocula adhortatur: gnatus quem morbidus orat,
Vt ſibi per veniam præſentia Thamaris adſtet,
Expediat quæ ſe feſtina ſuperſtite victum:
Nec pater id votum reprimit, damnátve repulſa,
At propria amittit digreſſam à ſede ſororem:
Ilicet illa gradus reſupini ad ſtragula ſiſtit,
Atque ſubacta manu Cerealis adorea coram
Dona laborauit frugis, vicitque propinquis
Ignibus, & demum coliphia frixa cotino
Explicuit: minimè verò fumantibus eſcis
Perditus aſpirat iuuenis, veſcique recuſat

Vocibus offenſus comitum ferientibus aures,
Nec facere ad ſtomachum ſtrepitus teſtatur obortos,
Hóſque aliquantiſper poſcit migrare cubili,
Scilicet vt fremitu paulùm ponente iocantûm
Compoſitos reparet ſenſus alimonia libans:
Iuſſáque vt excluſit comitatum ſola ſuperſtes,
Pulpamenta comeſt data non lautiſsima frater,
Hæc niſi in arcanum penitus conclaue ferantur:
Officioſa quidem paret, tectóque reponit
Interiore ſoror, non Amnon mattea verò
Appetit, aſt oculis depaſcitur ora puellæ,
Quam (ſcelus heu caſu nimis exitiabile amanti)
Vt ſibi tum faciat, germanus flagitat, haudque
Ignes ſuppuduit perfricta fronte fateri,
Et vitium pariter offerre proteruius æquo:
Illa reluctatu, vetitiſque amplexibus obſtat,
Vltricéſque monet tremebunda obſiſtere leges
Luxibus inceſtis, hos & ciuilia nuſquam
Iura pati, qui ſi conſumet rite nefaſta
Concubitus, ſemper naſo, populíſque futurum
Ludibrio, pœnáſque docet, mortémque morari,
Quam ſi poſcat amans ſibi per ſponſalia iungi,
Patrito referat nullas ſermone repulſas:
Talibus haud morbum confingens temperat ignes,
At furit efflictim correptus amore ſinúmque
Virginis oblimat ſtupro, fratérque ſororem
Comprimit, ac prædo eſt libato flore pudoris,
Víque repugnantem ſtrictis circumligat vlnis
Virginitatis habens ſpolium, Miletida Caunus
Non vt per Leleges properanter Biblida fugit,
Æolidos Canaces at ceu peccaſſe refertur

Frater: vbi motu fuit & confuſa voluptas,
Deliciáſque ſuas excuſsit ſemine fuſo,
Eſt ſubeunte odio pòſt aſpernatus amatam,
Conceptos & queſtus amor præceſſerat ignes,
Inuidiæ effœto tantus furor inguine gliſcit
Scilicet exoſæ genitalis originis omen,
Obſaturatus vbi eſt vetiti germanus amoris:
Atque is ſeu Venerem damnans, breuioráque luxus
Gaudia, delicium ſiue execratus, & acrem
Languidus ob motum iam de ſe crimina habentem
Demigrare iubet properè, greſsúſque referre:
Illa igitur labris ſic eluctata dolorem eſt
Irreligata comam cultus ſine lege fluentem:
Hæccine pube tua temeratæ dona rependis?
Próque pudicitia munus mihi tale reponis?
Hæccine promiſit lætæ indulgentia formæ?
Oris & expliciti riſus? non fixa repulſus
Oſcula ſpondebant, odiíque immania tanti
Semina, cùm primùm rapuiſti ſæue pudorem:
Idque fuit crimen leuius, dum noſtra ſupinas
Crura, tuis quæ mecum prodigis ædibus. hoc non
Ille magis verò mentem ſermone reflexit,
Fluctibus in vaſtis quà ſi ſcopuloſa recuſſo
Æquore tundatur rupes, reuomátque profundi
Excurſus pelagi, decuſsáque cærula frangat:
Ingrauat & facinus, facilíſque ſubinde miniſtri
Egerit hanc opera luctantem à limine tecti:
Illa nefas queritur tellurem cyclade verrens,
Puluere & inſperſo capiti, tunicáque regreſſa eſt
Verſicolore ſua lacerata mæſta, manúque
Impoſita capiti queribunda voce parentis

Clamat

Clamat opem laniata comas, effuſáque flauam
Cæſariem, fletúque ſinus madidata rigatos
Feſtinata dolet patris mandata, decúſque
Pollutura ſuum tetigiſſe cubilia fratris,
Quòd proprio illudens famam huic medicata dolore eſt:
Obuius vt forte eſt vterinus frater eunti,
Augurat inceſtus animo, ſtuprúmque gementis:
Parce, ait, ô lachrymis planctúſque exclude: quid angis
Pectora lamentis, & ſingultantia torques
Viſcera? virginei rapuit non floris honores
Barbarus, eſt fruitus quo non exoticus hoſtis
Sanguine degeneri, plebeia & origine cretus,
Obſcura geneſi, vel qui cunabula nactus
Inferiora tuis fuerit, ſit coniuge vel te
Qui minimè ob cenſus exiles dignus haberi:
Frater hic eſt, regíſque genus. ſic illa ferentis
Solamen lachrymis paulum ſermone remiſit,
Mæſta ſed extincti furtim memor vſque pudoris,
Mœrens inque domo fraterna tabuit æquè,
Atque fluens gummi ſudantis cortice rami
Solibus exuſtum guſtis ſiſtentibus aret.
Eſt audita ſimul quæ patri iniuria, dúmque
Impia regales violentia perculit aures,
Mente premit tacitum pro ſtupri labe dolorem,
Nec tamen eſt texens peccanti crimina gnato:
Diſſimulat verò figmento, & fronte ſerenat,
Ne prius exanimet prognatum coniuge pignus,
Illatáque diem properet mœrore ſupremum:
His vtcumque tamen labefacta eſt gratia patris:
Fert Abſolomus tacitis at ſenſibus ægrè
Thamaris amplexus violenta fraude potitum,

Occultámque odiis bilem gliſcentibus auget,
Verbáque commutat ſua per conuitia nuſquam,
Commentánſque dolos grauiorem exaggerat iram,
Multa diu ſimulans, neque fratrem voce laceſſit
Virginis aggreſſum ſubductæ excerpere florem,
Quem non alloquio viſum dignetur amico,
Aut grauis affatus per verba iniuria pulſet,
Spectat amabiliter neque verò, tuetur at hirquis:
In Boream iam bis pluuio conuerſus ab Auſtro,
Sol geminum gyris in terga reuoluerat annum,
Tempora lanicio fuerant cum danda: ſuáque
Opprobrium meditans etiamnum mente ſororis,
Propudiúmque mouens famoſi fratris inultum,
Affert terga ouium patri tondenda ſuarum,
Quem ſimul inuitat, velit vt prætoria adire
Ad ſua, & apricos agitabilis aëris hauſtus
Carpere, dignetúrque ſuo pecuaria viſu:
Qui, tanto nimios ne filius hoſpite ſumptus
Admittat, minuant & facta impendia cenſus,
Abnuit, at gnati permotus voce rogantis
Vult venia fratres illò concedere ſaltem:
Inde vbi tonſuram faciens circumflua luxu
Regifico à famulis metari mattea fecit
Præmiſſis epulis, compreſſæ flore potitum
Virginis accurat tolli, vigiléſque miniſtros
Obſeruare mero titubantem, ac nulla cauenti
ſupplicia vltrices iuſſit celare ſecures,
Authore & domino firmas contendere vires:
Ille ſuis comitatus iens mapalibus infert
Rege ſatos, ſcenæque locat ſub fronde virentis
Purpurei mutans trechedipnis coccina cultus.

Expediunt famuli menſas, & ſimplicis orbes
Argenti ſtatuunt, ſuper & mantilia ponunt
Léuia, commodulè quoque ſtrata hi floribus augent,
Limináque intendunt obtentu frondis odoræ,
Atque ferunt fontes feſtini in labra recentes,
Frigida quò Bromij ſpumoſi temperet æſtum:
Contextis pars liba ferunt Cerealia qualis,
Altera compoſitas infert ſpumantibus offas
Lancibus, & calidis pulpæ tolluntur ahenis:
Fulcra ferunt alij, quidam quoque aqualibus vndam
Offundunt manibus, Samióſque vndante trientes
Nyctelio complent, cryſtalla & lubrica portant:
Hi verubus pecudum toſtos ſtridentibus artus
Corripiunt, gabatáſque locant: quæ fumida hiantes
Faucibus vt patulis conuiuæ obſonia mandunt,
Haud procul accubitum carpuntur vellera ferro,
Arguta & minuunt tonſores voce laborem,
Paſtoréſque ſuos buxo modulantur amores,
Carmináque agreſtes dicunt inculta puellæ,
Atque incompoſito mulcent conuiuia cantu,
Dum leuibus thyaſis circum flectuntur in orbem,
Et celeres agitant gyros: victúque percſo
Eſt vbi pene fames ſtomachi compreſſa, locatur
Commoda cum libo menſis ſcriblita ſecundis,
Atque iterum ſorbent, iterúmque exhauſta Lyæi
Pocula conuiuæ: & deplet ſine more dictam,
Obruit ac Amnon ſe vino, lege nec vlla
Obſeruare modum victus, adhibere laborat
Et nil fræna ſiti: quem, dum ſe fumida taxant
Spiramenta mero, tollúntque tumente vaporem
Elatum ſtomacho, vincta eſt & lingua, poteſtque

Haud madidus ſtabilem titubando flectere calcem,
Fraudibus inuadunt exceptum ponè miniſtri,
Proſternúntque ſolo cum ſanguine vina vomentem:
Conſternata quidem pauitantûm cætera fratrum,
Non artem meditata mánus contendit opertis
Inſidiis turbata fugam, fugiénſque tumultus,
Nec vindex obitus trepidantia corpora mulis
Subiicit incerto camporum tramite palans:
Vix emenſa viam reduces in mœnia paſſus
Extulerat feſtina metu, cùm nuntius aures
Impulit Iſaidæ, pecudúmque attonſa prementem
Vellera compoſitò iugulis inhiantia fratrum
Vulnera molitum, cæſóſque ferocibus omnes
Inſidiis memorat villæ in tellure iacentes,
In qua vis adeò fuerit bacchata furoris,
Vt nulli è numero ſubducere ſaucia fatis
Colla repentinis dederint improuida caſus
Tempora, qui verſis turbati cuſpide menſis
Corruerint inter perculſi vina, dapéſque,
Intrepidi nullos pauitant dum comminus enſes:
Talibus attonitus genitor laniatus amictum
Regalem tunicam laceratam à vertice rupit,
Quem ſtipatorum manus eſt imitata querentem,
Ille ad humum poſtquam ſe cura abiecerat æger:
Atqui Semmaades ſolatia planctibus affert:
Parce metu, quoniam, ni ſum præpoſterus augur,
Euerſum eſt regale nihil genus omne ruina,
Et (ſi credibile eſt) ſolùm eſt demortuus Amnon
Hoſpite perculſus memori qua fraude ſorori
Obtulerit vitium, libarit & inguine florem,
Cum qua nactus erat communis viſcera matris,

Nec morti expediit cunctos demittere fratres,
Cum quibus haud odij fomes cruđeſceret vſque,
Vnus & occubuit, non quæ explorata frequentis
Eſt penitus cædis cunctorum à fratre facultas,
Decretum quòd erat Amnonem à tempore cædi,
Quo ſoror eſt Veneris per vim compreſſa nefandæ,
Expue mente metus igitur: quo flebilis eſt cùm
Principis aula dato plangore, ad ſidera tolli
Apparet volitans vndanti puluere fumus:
A tergo & iuuenis ſpeculator viderat alti
Cùm latere à montis numeroſum in limite cœtum,
Rege ſatos regi monſtrauit adeſſe, ſuúmque
Sammaades verbum ſucceſſu erumpere in actum,
Qui ſua ab euentu gaudet rata dicta probari:
Ac ſimulátque loqui præcluſo deſiit ore,
Ecce ſuperueniunt prognati ſanguine regis
Non ſecus exanimes, quàm ſi Gętulus ouile
Efferet os contra paſſus leo ventris orexim
Iampridem eſuriæ, promptos & rumpere poſſit
Ad caulas aditus, diſperſa ouiaria ruri
Caſu vnius ouis pauitans cum mollibus agnis
Diffugit, atque pedem contra vix figere paſtor
Apparat, & robur præfixum obtendere ferro:
Sic illi adueniunt tremuli, flatúque pauentes
Ilia ſuſpendunt, preſſis nec faucibus hiſcunt:
Atque aliquantillùm ſpiramina feſſa refecti
Amnonem inſidiis reſtinctum fratris iniqui
Percenſent, feriúntque ſimul laquearia tecti
Luctibus indignis, & crimen queſtibus augent:
Cum quibus illachrymat genitor, rursúmque gementes
Luctiſonos proceres inſtaurauere tumultus:

Illic dum querulis vlulatibus alta reſultant
Atria, commentus fraudem, bilémque paternam
Fratre cruentato metuens, legéſque ſeueras
Plectentes obitu pollutos cæde perempti
Legitimas vitat pœnas, irámque parentis:
Dúmque is rura fugæ quæ ſint tutiſſima pendit,
Sedit aui tellure tegi, tutóſque receſſus
(Quà regio exhibeat) Carnanos viſere fines,
Dum pater accenſus paulùm miteſcere diſcat
Immemor abſentis, refugúmque inſiſtere parcat:
Qua priùs haud fugitor ſeſe regione reflectit,
Solſtitium rediens quæ tertia redderet æſtas:
Hæc (vt priſca fides) in humo cùm bella moueret
Iſaides, captas & itans irrumperet vrbes,
Delicio exſortem regis, pugnáque receptam,
Martis & aſſertam collati à ſtrage cruenta,
Inſignem ſpecie vultus & honore puellam,
Vnguibus exciſis circùm, capitíſque reſecta
Cæſarie Maacham non ad commercia paſti
Indecorem (patriæ ſeruato more) iugauit
Tunc ſibi per nuptum, genẽſis nam regia ſponſæ
Virginis extiterat, placuit quæ præda tyranno,
Hinc pignus paritura ſui fatale futurum
Exitio fratris, poſt & lamenta parenti
Moturum, exanimis prognati & morte querelas:
Idque vbi permetuens pœnas, habitúmque dolenter,
Infenſúmque ſciens regem per deuia terræ
Effugium aſſequitur, gnati exequialia triſti
Iuſta parens ſoluit cineri, mittitque ſepulchro
Inferias, & humum congeſto marmore ſignat,
Singultúmque ciens ſupremo munere donat

Terreno exanimi compreſſos aggere manes:
Nec tamen abſiſtit profugi veſtigia in oris
Veſtigare ſuis, reuocet ſi calle fugacem,
Et graue ſupplicium facta pro cæde repoſcat:
Quem regni in ſpatiis errantem deſinit vſque
Iſcrutare ſui deſueta indagine demum,
Exuit ac bilem, ſe dato & pectore ponit
Exin diuidiam, poſtquam ſolamina obortis
Fletibus excepit, nec iam poſt funus humati
Effundit lachrymas, cum quo tellure ſepulto
Sopiuit pariter planctum, morſuſque doloris
Paulatim abijciens animo lamenta reponit:
Aſt odij ſuperat fomes, ſempérque recurrunt
Inſidiæ, tectúmque nefas: quæ mente recondi
Seruiades, multis quoque ſtare diutiùs annis,
Atque minùs cecidiſſe dolet: Thecuana ſubinde
Elicitur per eum mulier, cui pectoris artes,
Inſpirátque dolos, placent qui principis iram:
Atque ea confictum vultu mentita dolorem
Funeream membris imponit ſquallida pallam,
Intermiſſa & ab hac vnctura eſt dulcis oliui:
Erudit illa oculos, ſpectetur vt humida fletu,
Et multo ſimilis lugenti tempore mortem
Exanimati hominis: quæ venit regia aduſque
Limina, & auxilium curis regale, maliſque
Semireducta rogat, prolapſáque fœmina prona eſt
Suppliciter prudens ad terram, & talia fatur:
Oro tuam miſeranda fidem rex, dáque ſalutem.
Cui rex: ſi quid habes contortæ, ediſſere, litis,
Diſceptator enim reddam reſponſa petenti,
Méque authore tuis referes tutamina curis:

Litigioſa equidem rerum certamina ſiſtam:
Huicque rei ficta Thecuana inducere ſcenam
Exequitur mulier: cum noſtra cubilia coniux
Frigida deſtituit lachrymoſo funere merſus,
Exanimi amplexu viduatæ pignora liquit
Vtraque tantillum matri latura leuamen:
His vt rixa dedit forſan præpoſtera turbam,
Admouere manus capulis ductúmque minaci
Mutua ſtrinxerunt horrore in vulnera ferrum,
Et pede collato (prohibente hos nemine flictus,
Effudere minas hominum à conſpectibus vltro
Diſſita: ſic adeò ſtimulis impacta furores
Erupere ſuos, vt vulnere cuſpidis vnus
Conciderit gnatus fraternæ, altérque ſuperſit,
Adque necem hunc poſcunt cognato ſanguine iuncti,
Vt luat ille ſua fraternum morte cruorem,
Relliquiáſque mei prorſum reſtinguere certant
Nominis, vt nullus poſt buſta ſuprema parentis
Adueniens propior fortunis omnibus hæres
Per legem, aut tabulas delatum filius aſſem
Occupet, aſt illi ſortis mea partibus æquis
Quantulacúnque ſuo tranſcribant prædia iuri:
Quòd te, ſi qua ſalus meditata eſt commoda cædi,
Per caput obteſtor, minitantibus eripe natum:
Olli, pone metus, rex interfatur, & ægris
Deſine labentes curis demittere ſenſus,
Atque domus ſecura caput penetralibus inde:
Hos equidem luctus minuam, gnatúmque iubebo
Incolumen viduæ matri ſupereſſe leuamen:
Præſidiis quem nulla meis iniuria tutum
Opprimet, aut iugulum peraget mucrone cruentum:

In mea quòd ſi quis terrorem iuſſa retentet,
Perficiam, ne te pulſet, gnatúmve laceſſat,
Ad me vbi detuleris: ſolers tum fœmina regem
Implorat, ſubeant vt menti iuſſa, rogátque,
Arceat vt gnatum rex perdere morte paratos:
Immortale & ait numen teſtatus Olympi
Iſaides: crinem vel nolim in vertice tolli
Ipſe tuo gnato: tum fœmina talibus inſtat:
Pauca mihi liceat te rex apud optime fari:
Fara, ait ille, age ſis: mulier ſic deinde loquta eſt:
Eiectum in ſobolem quianam? profugúmque dolentem
Deſæuire diu placuit? nec filius oræ
Limite ab externæ reuocatur ad ora parentis?
Hunc neque condonas facinus, ſtuprúmque ſororis?
Quæ tua non culpa caruit ſententia rector,
Nam morimur certè, fuſa in tellure madenti
Ceu non vnda poteſt cogi, dum labitur ætas:
Non at Adonæus tales pro crimine pœnas
Exigit à nobis terrarum, ac ætheris author,
In mala procliues atqui, ſceleriſque potentes,
Colligit ad frugem, virtutum & ſemina, vt Orco
Deuotas animas non ſtirpitus obruat error:
Sic quoque deiectam prolem, patríſque verentem
Aſpectus reuoca, ponénſque remiſſior iram
Redde ſuæ domui, nec morti dede reductam,
Vt conſanguineos vetuiſti inſurgere fœtus
Precipites in colla mei, eſt & amabile viſum
Solamen viduæ in curas ſupereſſe parentis:
Hos non ingenium verò muliebre paratus,
Haudque ſuopte ratus exemplum inducere motu.
His ſic fœminea eſt reſequtus verba tyrannus:

Compoſito nónne has affinxit Ioabus author
Alloquijs fraudes? voces ac imbuit aſtu?
Fare age? conſilium clam me ne fœmina celes:
Illius inuentum eſt, mulier tum ſubijcit, íſque
Primitus exemplis monſtrauit talibus vti,
Comminuítque tuas oratu,& fletibus iras,
Vt me conficiat reditus authore cupitos,
Nam quid diſſimulo? tua cùm ſolertia rerum
Arcanos teneat ſenſus, commentáque ab arte
Verba perarguto ſcrutetur acumine mentis
Haúdque ambage dolos vlla prætexere poſſim:
Pluribus haud rector Thecua remoratus alumnam
Hinc fuit, at verò ſermonem,& colla reflectit
Seruiadem verſus: tua non ego dicta refello,
Abnuo nec votis, his autem flexus opertis
Obſequor, atque volens ſtimulos, irámque remitto,
Vltricéſque minas,& corda tumentia bile
Mitior effectus ſolerti voce repono,
Vade igitur, patriáque procul tellure vagantem
Ocyus huc gnatum placato ſiſte parenti:
Pronus adorato vultu cui talia reddit
Seruiades: fueris quàm vota amplexus amore,
Quódque preces habeant pondus, das certa roganti
Argumenta, animi ſimul indubitabile pignus,
Aſpernaris vbi Thecuana haud verba precantis,
Impulſore probas at me concepta, fugáſque
Fronte ſupercilium læta, natúmque reduci
Annuis: is tali regis lætatus honore
Gentis ad externam Carnana vertitur oram,
Enarrátque patrem profugo molleſcere gnato,
Ne trepidet patris veſtigia tendere ad arces:

Accitúm-

Accitúmque poteſt Geſſura ducere tractu,
Et demum Solymis progreſſum mœnibus infert,
Nec tamen aſpectus oculis obijſſe parentis,
Nec reduci licuit patrita degere in aula:
Is patris ad iuſſum non ſe regalibus indit
Porticibus, ſeptiſque ſuis inglorius annum
Tranſigit, & quamuis commercia rapta paternæ
Queſtus amicitiæ doleat, quod proditus aula
Affatu careat, iucundo ac ore ſuorum,
At quia ab exilio Solymam reuocatus in vrbem eſt
Exulis aſſertus à nomine, gaudia cepit:
In qua exegit agens is cum popularibus annum
Vertentem geminum patrio ſemotus ab vſu,
Nec patris infeſti licuit conſpectibus vti:
Ergo Seruiadæ reuerenter ſupplicat orans,
Vt ſe promoueat conductum patris aduſque
Aſpectus faciles, obſeruans mollia fandi
Tempora, paſsa iterum eſt & poſtquã miſsa repulſam
Littera, neglectus ſeruos iubet ire per agrum
Seruiadæ, & cunctis Vulcanum immittere culmis
Abſolomi adeò ſementem prædia iuxta
Qui faciens putri commiſerat hordea ſulco
Poſterius paſſim grauidis flauentia ariſtis:
Hi domino parent, ſpicisque trementibus ignes
Inducunt, & obuſta ruunt cinefactáque flammis,
Spem domini vanam multo ſata nata labore,
Aeráque immenſo luſtratum lumine clarant:
Ille vbi ſeruorum dictis laniata gerentum
Veſtimenta ſua nouit diſpendia meſsis,
Auſpice cum facti iacturam expoſtulat, iſque
Increpat authorem, ſed quod rationibus æquis

Prædicet id factum miſceri incendia curans,
Legitimóſque probet motus, ac eſſe reductum
A tractu Argobidum ſe fruſtra, viſibus vſque
Si patris orbus erit, malitque occumbere morti,
Exciderit cæſi ſi non iniuria fratris,
Conciliat gnato patrem, curáſque recenſet,
Quas gerat is propter conſpectus patris ademptos:
Quo demum potuit comi ſermone mereri
Filius acceſſus, auláque exceptus honorem
Præbuit is regi, pronis cum vultibus eſſet:
Cui reduci, accita necnon pater oſcula fixit:
Hunc roſei vultus nemo ſplendore decora,
Præſtitit Iſacidum quoque nullus frontis honore,
Ad caput à pedibus nullo quòd præditus eſſet
Is vitio, cuius propexa in vertice feſto
Cæſaries fuerat non infima gratia formæ,
Quàm certò fuerat cum tondens menſe quotannis
Excidi grauitate quidem cogente capilli,
Quinque ea adæquabat trutinata examine pondo,
Colla flagellabant nimiùm ſi candida cinni:
Talis erat, Nirei placuit qui vultus Homero:
Suſtulit ille ſua tres chara coniuge partus,
Huicque puerperio iam libera protulit vxor
Filiolam exponens ſuſceptam in lumina vitæ,
Thamaris inſignem forma quam nomine dixit,
Quæ Solomone ſato Roboamo tradita nupta eſt,
Huicque Abiam peperit capturum ſceptra parentis:
Abſolomus vbi meritis eſt redditus aulæ
Seruiadæ patrio amplexu tumefactus, & augens
Hinc animum bellis aptos acquirere currus
Delectóque viros ſortiri interritus audet

Te erga reluctantum domituros ardua equorum,
Et præcurſores denos ſibi comparat vnà
Is decies, partéque viam prope conſtituit vrbis,
Irrubuit quotiens roſeis Tithonia bigis,
A quoque viſuris ob iura petenda parentem
Scitatur, fuerint quæ facta negotia, vel quæ
His ſit cauſa viæ, pariterque pectoris vrat
Cura fatigatos, ſpecies quæ litis euntes
Suſpenſos habeat: nullos heu conqueror, inquit,
Rege magiſtratus populo reſponſa petenti
Conſtitui, expertes & inire Synedria legum
Iuridicos doleo patriis penetralibus, haudque
Conſultas fieri iuris, ſcitóſque, paternas
Qui minuant curas opera, tenuéntque laborem,
Is quoniam geſſus rixarum, & grandior æuo,
Ac ſenij propior tranquilli abeuntibus annis
Sufficit haud omnes æquato examine lites
Diſceptare ſimul bellorum pondera verſans.
Impacata, oculis cui non luſtrare libellos
Difficilis patitur, luſtriſque effecta ſenectus,
Aque foro abducens alienior aſpulit ætas,
Nec puteal rabulis permittit buccina raucum
Inſediſſe diu, ſed verò horrore ſonoro
Excitat, & mediæ cogit decedere liti:
Putida quin tandem præſcripta grauantur Hebræi?
En erit vnquam? aberit cum turba à fraude forenſi:
O mihi rixantis componere iurgia vulgi,
Atque imploranti liceat dare iura clienti:
En erit ille dies? quo poſſim hanc tangere curam:
O mihi diſcordes liceat mulcere colonos,
Dulcis & ob patriæ curam durare labores,

Ob genitalis humi quoque commoda ponere finem
Cauſarum ſtatui, curámque impendere: non me
Vſquam à iudicio peruerterit vlla ferendo
Aut auri maleſuada fames, aut blanda voluptas,
Deliciæ obliment non me, non ſcæna virecto
Abducat nemoris nidorum conſona cantu,
Quà volucres querulo glomerata gutture vernant:
Allectum reuocent non à ſtatione forenſi
Algentes ſcatebræ fontis, vel terga ferarum
Per lucos virides acri feriienda moloſſo:
Et ſi contigerit duros incurrere motis
Hoſtibus agreſtes, ſeſéque accendere bello,
Iuridicis operam malim conuentibus omnem
Ponere, & officio patriam iuuiſſe minori
Non rear: hæc iterans vlnis complexus obibat
Colla ſalutantûm Phœbææ in lampadis ortu,
Oſculáque admotis properabat figere labris,
Ambibátque animo tractare forenſis opellæ
Munia, vt ad regnum vulgi gratiſſimus aura
Aſpirare queat, gens & decernat honores
Iſacidum meritis moderari à iudice malens,
Accipiat melius cauſas qui patre tenendas,
Turba ſynedrorum quem circum eſt neſcia legum,
Et per quos fuerint perfracta repagula iuris;
Sic decus affectans ſolij noua mente volutat
Conſilia, & ficto mentitur pectore votum:
Póſtque quater denos luſtris labentibus annos
(A quibus addictas fruges, templóque dicatas
Manderat Iſaides Nobes delatus in vrbem)
Quò ſibi in Arbeados templis ſublimibus aræ
Reddere contingat pacalia vota parentis.

Pace rogat, refugus ſeſe quibus ante reuinxit
Obſtrinxitque fidem in Carnanis finibus olim,
Si ſemel adueniat natali redditus oræ,
Atque iterum viſu comitum, fructúque potiri
Affatus liceat, patriæ mulcedine & aulæ,
Inque ſatis fas ſit maturos cædere culmos:
Nec pater obſiſtit, ſimulatáque dicta refellit:
Qua venia lætus greßum molitur in vrbem
Hebronis facilem technis commentus opertis
Se fore facturum in templo fumantibus extis:
Cui populi occurrit captatis obuius ordo
Plauſibus, & matres feſtas egere choréas,
Cuſtodéſque adyti certant aptare lebetes,
Et ſimul altari componunt fiſſile robur
Perpetui votiua bouis torrenda ſub ignem
Membra rati, & miſtis adolendos matribus agnos:
Túmque haud ex animo, fallaciter immolat hoſpes.
At vero pecudes in flammam & viſcera libat,
Ac profecta litat, conceptæ & conſcia fraudis
Legat in Iſacidum diuerſos corpora tractus
Biſſenas motura tribus, ſeſéque tenentem
Vulgatura decus trabeæ, perhibenda ſepulchris
Vrbs quà nobilibus fuerat regnata parenti:
Signa ſubinde iubet proferri, buccina remo
Cùm dimota canet diſceſſum inflata propinquum,
Mœnibus è Solymis comites qui duxerat illò
Conſilij ignaros celeris, motúſque futuri
Bis centum numero ſecum: nil poſſe minaces
Et turmas meditans (incerta quòd alea belli,
Ac dubij euentus inito ſymplegmate nutent)
His ſi conſilij potior prudentia deſit,

Ancipiti in dubiis dantem conſulta parenti
Bethſabees ſic legit auum Gelmone creatum:
Cúmque renidentes torrerent viſcera flammæ,
Occipiunt magno miſceri templa tumultu,
Emicat & chalybis nitor in teſtudine fani,
Ac populi reſonant multis clamoribus aræ,
Aſpirátque duci rabies ciuilis, & auget
Acrior exiguas vires ſocialibus armis,
Incurſátque fremens ſpreti penetralia templi,
Coniuratum etiam ſenſim crebeſcere vulgus
Incipit, imperióque ducis ſua fata recentis
Deuouet, & crinem diadematis implicat auro:
Sic primùm exiguis incertus origine riui
Fontibus excreſcens errat per inhoſpita Nilus,
Liquitur & tenuis ſummo de vertice Lunæ,
Augmina tantiſper dum multa paludibus altis
Sumpſerit, & ſecum miſtos collegerit imbres:
Illi conciliant robur, lanoſa bidentum
Corpora qui paſcunt, Carmeli & monte iuuencos,
Indurata quibus pro pilis igne feruntur
Robora, & euulſas myrtas radice coruſcant:
His caput hirſutis operitur rictibus vrſæ:
Nebrides ex humero pendent: & culta ſerentes
Proxima in auxilium præſens venere Zypheni:
Omnibus armatur fundæ Balearis habena
Dextera torturæ lethalis verbera glandis:
Aſperat his apicem capitis detracta luporum
Corpore rauorum pellis, quos ponè leonum
Exuuiæ inſternunt: aduerberat vngula pectus:
Atque Denirææi à vicinis mœnibus adſunt:
Aptior his cultus: occludunt caſſide vultum,

Et

Et galeatorum nutant in vertice criſtæ,
Quos lorica ſuper conſerta amicuerat hamis:
Omnibus appenſos ſuſtentat balteus enſes,
Terribiléſque manu præfixa haſtilia criſpant:
Crura tegunt ocreæ: cunctiſque eſt flammeus vmbo,
Seſſoréſque lupis frænant armenta, domántque:
Huc & vomeribus concedunt rura colentes
Torrentis vicina toris, cui nomina fecit
Vua per Hebræos ſubſeſſas lata, remenſi
Calle per imperium ſunt Moſis mœnia poſtquam
Cum pagis Syriæ ſcrutati indagine fines:
Pars autem bifidis accingunt brachia furcis,
Et caput obducunt, vice caſsidis ora leænæ:
Tigridis induti ſpoliis horrentibus arctant
Spicula inexhauſtis pharetris acerrima plures:
Fama patris volitans extemplo verberat aures
In gnati Iſacidas partes tranſire, ducique
Optato ſocias turmatim adiungere vires:
Quo ſeſe exanimans ſermone, ſuóſque tyrannus
(Nulla repentinis conceſſa aſſultibus olim
Ne fuga præuento reſtet, cùm ſcilicet arces
Flexilibus quatiet contorta phalarica neruis,
Néque ſuos muris nutantibus opprimat hoſtis,
Ne quoque portarum factis commiſſa ruinis
Corpora præcipiti nequeant decedere cladi,
Sanguinis occumbant vero manantia riuos)
A Solyma fugitat, cuius conſulta retractant
Haud pauidi ciues, vltróque ſequuntur euntem:
Ille pedes graditur, deſolatóſque penates
Coniugibus denis commendat in arce relictis:
Inſcendit nec terga manus famularis equorum,

Ima ſed inflectit mota veſtigia calce:
Et fora,iuſtitio faciente ſilentia, Patres
Effugiunt, crurúmque viam ſudore ſenatus
Conficit,& refugi greſſum præcedere tentant
Quondam regis iter Anthedonis vrbe ſequuti
Sexcenti numero faciles.pugnáque parati
Concertare viri,ſoceri quos cedere iuſsus
A patria imperijs fugitans horrore coacto
Viribus inuictis habiles ſelegerat heros:
Huic ſeſe addiderat Gethæis cretus in oris
Ethæus comitem patriæ quem limina adire,
Maximáque inſtantis vitare pericula belli
Submonet Iſaides,& ſecum educere fratres,
Hoſpes ab externis Solymas quod adiuerit oris,
Conſtabilita quidem cui ciuica fœdera nondum
Iſacidas inter breuioris ſanxerit ætas
Temporis,& vixdum gentis,poſitúsque locorum
Notitiam faciat peregrina ſede profecto,
Hoſpitis eſt vltro quamuis parere volentis
Non ſuſpecta fides paucis ſpectata diebus,
Quæ velit acciſis rebus conferre leuamen,
Et ſtimulo innatæ pietatis adeſse tyranno:
Aſt vbi luctatur monitus diuertere paulum
Regis ab effugio,comitatum & principis ambit,
Nec diuerticulo ſubduci à Regis amore
Suſtinet (vſque latus ſtipet cui tramite greſſo,
Siue iter inuadat palans in montibus altis,
Scrupea inacceſsæ ſeu per faſtigia rupis,
Et nemorum horrentes obſcuris frondibus vmbras
Diſpalatus eat, ſeu præter pigra feratur
Frigora,ſiue Noto nimium vicina calenti

Rura

Rura adeat Phœbi propioris torrida ob æſtum,
Qui neque ob euentus demittat pectora cæcos,
Naufragio inque ſtatus ſemper reſtantibus æquè,
Ac fortunatis fatorum caſibus adſit,
Haúdque vices vllas metuat) iugulóque tyranni
Si ferrum admoneat regali barbarus hoſtis,
Auxilium ſpondet, fractis nec terga daturum
Viribus, hoc fidei commutat pignore mentem
Rex animaduerſo, comitémque accedere calli
Gethanum patitur, recipitque in caſtra ſuorum:
Qui Solymis & erant Anthedonis vrbe relicta,
Sunt vbi deſertis conducti à mœnibus omnes,
Poſſeſſóſque lares, & nota cubilia demum
Deſeruere fuga, tranſmittunt valle fluentum:
Eſt inter Solymi ſummámque verticis arcem,
Aduerſúmque iugum, quod pingui ſtirpe feraces
Vmbrabant oleæ: torrentis protinus autem
Præter aquas peditatus iens natale relictum
Ore ſolum queſtus in fletum lumina ſoluit,
Ac lachrymis maduere ſinus, cælique perinde
Clauſtra ferit profugus iactis illiſa querelis
Rex abitum indignans: cuius commercia nacti
Nunc horrent tremuli, nunc ſe formidine ſoluunt,
Conſumúntque metus, & aperta pericula nondum,
Sortis & incuſant flentes modò fata ſiniſtræ,
Poſt ſaturi & lachrymis ſenſim lamenta reponunt
Amiſſo terrore animi: queſtúque dolentum
Auia reſponſant: confines murmura valles
Triſte repercuſſo referunt miſeranda ſonore:
Hæc lamenta feris ſunt exaudita, fremúntque
Inuia ploratu ſpelea, gementibus antris.

Vocibus hiſque olea denſiſſima conſonat arbos;
Et reſonæ fauces ima in conualle reclamant:
Prodiit atque ſacra templi de ſede ſacerdos,
Aſſeris atque ſacri pondus venere gerentes
Leuigenæ Moſis ob captas nobile leges,
Idque petituri de cælo effata ſecundo
Depoſuere ſuis onerantes queſtibus æthram:
Et ſi quà precibus mœſtis placabile numen
Fiat, opémque ferat, rerum prædicere fines
Et velit, aereos tractus hi voce fatigant,
Dum meditata fugam, magnóque excuſſa tumultu
Mœnibus abſcedens Solymis conuenerit vnà
Errabunda manus, ſteteritque in vallibus imis,
Longus & ad ſocios populi conuenerit ordo:
Plauſus conſpiciens ob ſacram aſſurgere ciſtam,
Non & in aduerſos tanto prodire paratu,
Dux antro at meditans, nemorisve receſſibus abdi
Leuigenæ affatu ſic præſulis orſibus obſtat:
Hac me dedeceat triſtem procedere pompa;
Vtile ſit quamuis bello id certantibus omen:
Quin retro potiùs relegens iter vrbis ad ædes
Lignea ſacratis infer geſtamina templis,
Nam mihi deſerto haud ſubmotas æquore ſaltus
Quærere ſtat latebras, nec verò occurrere pugnæ,
Auſpice te furtim donec denuntiet index,
Quænam adyto, vel quæ fortuna receſſerit vrbi;
Inuidiæque animo proles quæ ſemina geſtet:
Interea gnatos repedantes vrbe recepta,
Qui vigiles aræ tecum donaria ſeruent;
Martis & excurſus ſacri in tutamine Aſyli
Excipiant, templíſque vetent auertere prædam

Suſceptos adytis hoſtes, reuocéntque rapinis,
Atque mihi curent celato exacta referri,
Conſiliis quibus & pugnas, quas bella per artes
Filius inſtituat, moneat quæ cauſa parentem
Infeſtare acie, Solymáſque inuadere turres,
Quémque modum bello ſtatuat, quo nomine turbas
Fecerit, & quonam lymphatos commouet æſtus:
Quos ſenij ad curas cumulant ſi fata labores,
Atque ea ſortitur, cæli qui temperat axem,
Quàm minimè incuſo, cuius ſi vindicis iram
Haud noxa peperi, ſummo neque bella mouentur
Numine, & id ſolij non me nutantis honore
Exigit, aſſuetas rurſum reuocatus in arces
Reſtituar trabea, ſacrique hac pondera ligni
Reddita ſuſpiciens thuris venerabor acerra:
Iámque ſacerdotes oneri ſubducta leuando
Brachia adornantes reuocatis greſſibus ibant
Suda fatigantes cantu, pacémque precantes
Ætheris, vt paulum gnati miteſceret æſtus
Patris in exilium robur fatale trahentis:
Súntque vbi veſtibulo ſuſcepti, & faucibus vrbis,
Deducunt manibus faſcem tentoria ſubter,
Introrſúmque locant, penitúſque ſub æde reponunt:
Illis parte alia dimiſſis valle relictus
Ingrediens pedibus nudis, & vertice operto
Scandit oliuarum cliuum rex fletibus vdus:
Quem circùm capitis faſtigia operta gerentes
Scandendo comites ſparſi ploratibus ibant:
Regis vbi defert rumuſculus ortus ad aures
Nunc nuper ſocium gnato Gelmonis alumnum:
Illius ô rector deprauas ætheris, inquit,

Conſilium nec vana ſuo ſtropha conferat vſquam
Artifici, ac tenues diſperſim effuſa per auras
Suductæ rationis egens, ac irrita voti
Ars minus amplificet gnati conamine vires,
Caſſáque reddatur, ſimul & dementiat, eſt ceu
Ob nimium titubans temulenti lingua Lyæum,
Et cerebri vt ſopit ſenſus vis fumida vini:
Talibus oranti niſu quoque ad ardua montis
Culmina tendenti (quo ſummo in vertice ductor
Pronus adorati placeret numinis iram)
Incidit occurrens lacero Chuſaus amictu,
Cuius humo fuerant inſperſi obſata capilli:
Rex placido affatu cuius commercia canit:
Si mecum metiris iter, ſociúſque laborum
Adderis, eruptura tuo diſpendia non ſunt
Nulla ſodalitio, mihi vero hoc vtile duco
Haud comitum refugo cætus adhibere frequentes,
Qui verear ſanè comitatus puluere prodi:
Nec iunctim liceat tantis impendere curam,
Molibus affectas demiſſi ob pectoris ægros,
Tótque annona viris non hæc tenuiſſima orexim
Exaturare poteſt, ſi ſe regalibus omnes
Addiderint caſtris ſocios, & ſigna ſequantur,
Te Solymis ergo repetitis mœnibus infer,
Sit gnatus variis ſubeundus vt artibus, húncque
Proſequere, vt multis hominum circundatus vrbem
Millibus adueniet, mollique ambire memento
Terrificum affatu, ſub cuius iure paratus
Sis tolerare iugum, paribuſque inuadere bellum
Auſpiciis, dum non caſtris ſuccêdere nolit
Seruitio addictum, veſcíque hoc annuat hauſtu

Aeris

Aeris, vſque tuam nulla mercede fidelem
Cui profitere operam præſens, vnáque ſalute
Authoratam animæ, te ſors oblata parentis
Cæca ſub imperium ſicut ſubiunxerat olim:
Cui non triſte duci, cui non parere pudendum
Nunc domino fuerit gnato, populariter omne
Quem ſibi ductorem vulgus communibus vnum
Plauſibus excipiat ſua per ſuffragia lectum,
Alitibúſque bonis quem ſceptrum in nobile regni
Fata vocent, populi cui rideat aura ſecundi,
Robora cui rerum cunctarum commodet author:
Noueris hunc autem poſtquam ſermone ſubiris,
Et minimè audaci diffidet filius arti,
Omnia colluſtra, curáque laboribus inſtans
Contemplator, init quibus arma potiſſima nixus
Conſiliis, quæ ſint delectæ robora pubis;
Expiſcare ſimul ſtructos in bella paratus;
Atque etiam, quò ſit regni progreſſa cupido,
Quatenus & ſoly tentet protendere fines.
Quid noſtro capiti intentet, quas ille bipennes
Mollitur profugo, ſit quantus in ore tumenti
Ambitus, arcendi, protelandíque parentis.
Sollicitet quæ cauſa animum; ſtimulóſne remittat
Hos aliquantiſper, poſitáque refrigerat ira,
Continui quis amor belli, ſaturare ſecures
An cæſi cupiat ſuffectas ſanguine patris:
Hæc vbi conſtabunt, atque illuſtrata ſubinde
Iudicio fient, & cuncta exacta fideli
Indice callebis, certandæ & tempora palmæ;
Arcanóſque ducis capies indagine ſenſus,
Explorata refer ſummæ cuſtodibus aræ;

Et mentis committe volens arcana profunda
Qui tecum vnanimes ſubmiſſim glottide muſſent,
Gnatorúmque mihi tandem ſermone ſuorum
Noſtra per excurſus taciturnos caſtra petentûm
Obuerſata oculis, atque exaudita reportant.
Paruit his ciuis Arachites, monte relicto
Is quoque oliuarum Solymam diuertitur vrbem:
Cúmque propinquaret portis, vrbémque ſubiret,
Abſolomus eò venit ſublimis in alto
Curriculo geſta conſiſtens horridus haſta,
Cui circum æriſoni ſtipabant tympana ephebi:
Te Chuſæe quibus ſocium comitatibus addis
Detorquens oleis fœcundo à vertice greſſum,
Aſſenteris vti mentis mox omnia falſo,
Quò dare & inuentum poſſis veterator eunti,
Hunc & odoreris deguſtans artis egentem,
Conſilia auferri poſſit ne aliena capeſſens.

REGVM LIBER QVARTVS.

EXuperans alea iuga calle feracia circum
Interea Iſaides montis iam terga tenebat,
Altera, vt è cliuo ſocios exponeret æquo:
Cui Siba cum geminis aduerſum occurrit aſellis,
Cum Bramij centum qui panes vire ferebat,
Et totidem palathas, biſcentúmque inſuper vuas,
Quæ paſſæ fuerant, regique opſonia confert:
Immemor haud meriti, fœlix ſubigenda tyrannus
Quo vineta ſibi domini concredidit vni,
Occandúmque ſolum mandato ſemine terræ,

Nec minus anguſtis ſolatia caſibus affert,
Diſcumbántque, rogat, viridanti in gramine cuncti,
Oblatóque hilares Cerealis munere frugis,
Ac dapibus reparent arentis robora ſici,
Admoueant ſiccis & paſſam faucibus vuam,
Tum pateris fumant ſpumantia vina, bibántque,
Senta per inculti non vt diuortia campi
Tramitis exhauſti nimio ſudore fatiſcant,
Et nil fonte ſitim paruo compeſcere poſſint,
Subſidio & Cereris flagrantem excludere orexim,
Cùm fuerint vires effecto errore viarum,
Dum procul incipient humiles rareſcere pagi,
Nulláque parebunt oculis mapalia euntûm,
Duros pérque rubos tandem, humiléſque geniſtas,
Et per iuniperi ſtirpes, nec quærere frugis,
Mœnibus auxilium dabitur, villave remotis
Attegijs, ſed nec miſerum vix arbuta victum
Sufficient, aberúntque auibus depaſta rubeti
Mora, nec aut baccas, lapidoſa aut ſtringere corna,
Ilice vel quernas continget carpere glandes:
Talibus inuitans accingi ad edilia, & orans
Hauriri laticem verſo cratere Lyæum
Scitanti Iſaida, cur non conuenerit æquè,
Et dominus fuerit non fata ſiniſtra ſequutus,
Vt regno incolumi fuerat conuiua ſuperſtes,
Hunc narrat Solyma reſidem conſidere in vrbe,
Et diadema ſibi ſpondere parentis humati,
Sceptráque ſucceſſu regni præſumere auiti,
Ambitionis vbi dementem abſorbuit æſtus:
Hac ſpe diuidiam capiens, rerúmque tumore,
Rexque dolens feſtis inhiantem plauſibus aulæ,

Dum fortuna fuit, caſu nunc omne ſiniſtro
Rumpere fas fidei, nec ſe committere caſtris,
At ſibi reddendos etiam promittere ſceptri
Nequicquam patrij titulos, capitíſque tiaram,
Omnia tranſmittit male grati prædia ſeruo,
Fortunáſque, iterum ſi regna erepta capeſſat:
Quas ſibi mancipium voluens reuolubile fatum
Vendicat haud quaquam diffiſum ſortis iniquæ
Blanditiis animos vana lactantibus aura,
Aſſignátve ſibi tantum, ſi læta recurrant
Tempora, & imperiis fugitans potiatur ademptis,
Aſpirare inhiat vultus ſibi regis amicos,
Submiſſe & meritas grates obdicta rependit:
Quæ laudata Sibæ cum ſerui munera cœpit,
Montibus abſcedens rector confinia venit
In loca, prognatus cui Sauli ſtirpe tyranni
Ad Bachoram greſſos Simhis tunc obuius iuit
Inuidiam nondum cohibens, ſempérque peroſus
In conſanguinei ſuffectum regna perempti,
Deterit ac nomen, ſaxorum & iactibus infert
Horrentem ſegetem, lapidúmque aduerſa crepantum
Verbera contendit, ſilicum & iaculata rotantum
Pondera cantorquet, quamuis latus omne frequentes
Principis inſtructi ſtipent comitatibus alæ:
Probráque ſic iecit: multo ſcelerate cadentum
Sanguine, & humani ſtillis perfuſe cruoris
Fas hominum violans, & iuris iuſſa refingens,
Ac parere iugo ſacrarum neſcio legum
Egredere, & ſcelerum pœnas expende tuorum:
En tibi lux vltrix, cœli qua ſidera flectens
Exitiale nefas regerit, verſúmque reuoluit

In caput artificis, per quod peccauerat olim
Dira manus generis Sauli polluta cruore,
Et gnatos patriis impubes ſedibus arcens:
Regna en iure tibi gnatus ſubducta fugato
Submouet, & ſolos ſceleratè parta per enſes,
Ac tibi non ſerie iunctim delata parentum,
Aetheris aut dextro placidi cedentia nutu
Abrogat: en meritò regnatis finibus ægrè
Exigeris, quem nunc diris aduerſa fatigat
Sollicitum fortuna malis, & digna reſeruat
Præmia, deiecit quem tot pro cladibus æquè
In te pro meritis exempla immanibus edens.
Sanguine quòd ſparſis, tabóque fluentibus atro
Vrſeris extremam diſtricta cuſpide lucem,
Et trabeam regni, vetitóque inuaſeris vrbes
Omine regnandas, impubi debita nato
Dum morientis aui raptas diademata prædo:
Liberius probra hæc male ſano ingeſta furore
Principis in mores Abiſaus pertulit ægrè,
Ac acie ferri preſſa indignatur inultum,
Ephraide & regis iniuria dedecus augens
Commouet huic ſtomachum, iuxtáque exaggerat iram,
Nec ſecus, ac habiti contemptim impune recidat
Colla canis (quem non maneat procede iacentis
Supplicium capitis truncati vertice cæſo)
Profligare ſatum Gera per vulnera tentet,
Inque viri ingulum ſtridentibus irruat armis,
Ni teneat cupidum moderatim opprobria paſſus,
Atque auido cædis irarum leniat ignes,
Inclementer vbi dicenti eſt æquior in ſe:
Impetus hic quorſum? furiaque, & cladis acerba

Irrequietus amor? non foſſus vt inguina furtim
Arbeade in porta cùm rurſus viſeret vrbem,
Proditus inſidiis in vulnera corruit olim
Nere ſatus, doluitque dolis exceptus iniquis,
Serniade appetitur ſic vobis effera cædes
Gereadæ? & mortis cupidos inſana cupido
Corripit? atque monet furias explere cadentis
Sanguine? ſollicitos animorum ponite motus,
Ponite crudelès ſtimulos, & parcite cladi:
Gereades in me vindicta vltrice ferocit
Forſitan ob noxam, ſuccenſo, & numine motus
Non bene tractantem regni res mobilis olim
Traducit, facinúſque manens iniuria noſtrum.
Pro male regnorum moderatis molibus inſtat,
Aduenit & leges propter vindicta refixas
Serior euentu mores vltura priores,
Cui nemo inferior concurrere viribus auſit,
Atque Dei culpet ſtimulati crimine motum,
Qui miſeri forſan infeſta voce labores
Aſperat, atque malis cumulat conuitia noſtrũ:
Quæ minùs externa miror conſurgere ab ira,
Cùm patris in vitam bello primænus alendo
Filius inſultet, cura & peruerſa rependat
Præmia, quàm ſubij, primum cùm lactis egenum
Sollicitè exhibui, donec pubeſceret æuo,
Is quoque dum validas vires attolleret annis
Haud altricis egens, proprio ſed robore nixus:
Qui mihi ſi ſtrages armis flagrantibus vrget,
Canitiémque meam concreto ſanguine dulce eſt
Polluere, & patrem Solymarum mœnibus actum
Proſequitur, mirer quid me per ſaxa potentem

Ephraidem

Ephraidem accinctum lapidoſis brachia telis?
Et miranda mihi cur ſint maledicta proterui?
Quòd ſi (mens veluti falſo non ſuggerit augur,
Infeſti quoniam eſt Adonai auerſa voluntas)
Caſibus excruciat preſſum, cælique fugacem
Nutibus incurſat, voces in probra ſolutas
Hoc leuiùs tolero, nec me commouerit æthram
Incuſare fremens ſaxis crepitantibus aër:
Forſitan vt grauibus pœnis, tantóque dolore
Moribus inceſtis partas ſatiauerit iras,
Mitius & tandem fiet placabile cælum,
Tempora ſucceſſu mutans aduerſa quieto:
Quò ſermone habito ſic corda furentia mulcens
Seruiadæ trepidus medio non calle reſiſtit,
At verò exequitur itionem tramite menſo,
Et cœptum decurrit iter, nimbúmque volantum
Spargentem lapidum iuxta veſtigia confert,
Cùm Sim his latere à montano iniurius eſſet,
Probráque trux iaceret, lapides quoque pulueres parſo:
A tantis lapidum ſeruatus iactibus heros
Illic incolumis tandem, neque miſſilis vltor
Conſtitit, & ſocios feſſos conſidere iuſſit,
Eſt quibus & panum partem largitus, & vuas,
Tradita pérque Sibam commiſſo cottona vino:
Ille vbi collectas vires, animúmque recepit,
Dum ſtrepitu, & nimio tremefactam horrore tubarum
Accedit veniens Solymarum filius vrbem,
Et latus armatum ſtipatus milite multo
Per biforem graditur portam, tenditque ſupernè
Bethſabees comitatus auo, ſtragémque minatur
Ciuibus, & pauidos lituorum murmure terret.

Quem ſemel, atque iterum regem ſermone ſalutat
Per data miſſus eò Chuſæus iuſſa parentis
Non minus exacti iuratus in arma tyranni:
Heccine, ait, verò condigna hoſtitur amico
Gratia? qui celeri prouectus ab axe curuli,
Cum populari Araches & eodem limite greſſus
Ingentem ediderat fremitum ſtridentibus armis
Ori cornipedum dans lora, & talibus inſtat:
Exequeris cur non refugi mutabile fatum?
Quærentem effugium cur non comitatus amicum es?
Temporáque exoſus fortunæ obnubila caſu
Mobilitate fugæ non es per inhoſpita raptim,
Perplexáſque vias præter ſectatus euntem?
Voce laceſſitus cui ſic obtrudere palpum
Inchoat: accito nutu rectoris Olympi.
Immò, ait, in ſolium, decora & ſublimia regni
Æquius inuicto fuerit parere tyranno,
Quo, ſupereſt aui quicquid, ſub principe ducam,
Iſacidæ cuius molli ditione volentes,
Frænarique iugo faſtum, nimióſque tumores
Sunt patris exoſi tumefactum arcere parati,
Arbitrióque regi gnati procliuius optant,
Nam mea ſubmitti cui colla decentius æquum
Erudit, & ratio, regis quàm ſemine creto?
Cùm patriæ clauus fuerit te rege tenendus,
In decus & ſolio decuſſi optere tyranni,
Inque fugacis opes ex æquo iure voceris:
Semper vt ex animo ſubij mandata parentis,
Sic tibi, cum populi potior ſors rideat aura,
Obſequar, & certo delectum numine regem
Complectar, caſúſque volens comitabor in omnes

Confictis

Confictis potuere dolis inflectere fraudes
Pignus amicitiæ, violatáque iura querentem:
Atque is iam ſocijs præda populantibus vrbem
Cum Gelmone ſato muſſans, & maxima ſcitans,
Conſilium ac de rebus habens, & pondere belli,
Arte tenenda ſibi qua ſit fortuna, requirit,
Et ſupereſt quidnam ſucceſſibus vtile tantis.
Non ſecus Hebræi cuius reſponſa colebant,
Exciperent quàm ſi præſaga oracula cælo,
Chaonias veluti glandes Epiros habebat
In pretio, Panóſque vmbras in monte Lycæo
Parrhaſii donis auxere: vt culta Camenis
Phocis adorabat ſortes à numine Phœbi
Vſque recollectas, Bœotáque vomere tellus
Cognita Agenoridæ Parnaſſi mentis hiatum,
Quà Themis in ſenuit vates, vittatáque canis
Phemonoe vaſto bacchata immugijt antro:
Aruncos venerata ſenes vt Romula quondam
Relligio fuerat, Druidáſque vt Gallia duxit
Altera mutatos in corpora vertere manes,
Vtque habitum numen Libyes eſt corniger Hammon:
Abſolomum adigens ergo is conſulta petentem
Impulit inceſto palantis amore parentis
Coniugibus iungi, coitúque has pubis inire,
Vt cum non patrias vires thalamúmque vereri
Iſacidæ cuncti reſciſcent, nulla paueſcant
Robora per gnatum neglecti innoxia patris,
Inceſtum excipiant & plauſus laude ſecundi,
Spémque ita concipiant renouandi rurſus amoris
Non patrij, in placida metuant neque pace rebelles
Tum fore plectendos: tentoria tenſa locantur

Sic illi properè, fuerat quà regia patris,
Subter & hæc lectus regali inſternitur oſtro:
Gnatus vbi patrias ſpurcauit ſemine pubes
Conſpectum ad populi compreſſas pendula ſubter
Carbaſa, & amplexus ſynodum laudante nefandi
Iſacidum cœtu coiit ſymplegmate penis:
Proh pudor: in morem coeuntum cæca ferarum
Non magis Arſacidæ ſacras venus impia leges
Polluit, & vetitis fertur ſcelerare ſorores
Luxibus, & minimè dubitat concumbere matri,
Quà ſacra conficiunt vrbes Perſeides igni:
Illic mille nurus vix inter tempora noctis
Multiplicis potuere mares laſſare, libido
Tanta quòd ardenter innata virilibus inſit:
Inconceſſa iniit cùm lege cubilia tandem,
Inceſtóque fuit compreſſu obſcænus adulter
Plebis ad aſpectus, ſuſcepti criminis author
Lectorum bis ſena virum coëuntibus armis
In refugi ſuaſit congreſſum millia mitti,
Atque heroa ſequi, dum nox accommoda fraudi
Inſidias vmbra, ac adeunda pericula celat,
Quem facilè incautum properans nigrantibus vmbris,
Déque via feſſum, lentóque ſopore ſolutum
Obruat, haud ſtragem placida cum mente veretur,
Feſſáque languenti laxantem lumina ſomno,
Ponentémque animi curas, & pectore omiſſo
Diſcinctum ſocia paſſim palante corona
Excipiat, coſtáſque adigat trans principis enſem,
Et populum rediens Solymarum in nota reducat
Limina regalis tremefactum vulnere caſus,
Vt ſolet ad ſponſam perduci ſponſa, trahátque,

Imbelles velut audita rectoris aguntur
Cuncta per arua fuga, veluti & paſtoria præ ſe
Tractim cura agitat tendentes rura bidentes:
E paſtu quoque ceu taurorum armenta bubulcus,
Et fluuio potas ſequitur clamore iuuencas:
Quò fuſo inſidiis, gelidáque in nocte perempto
Armorum ſtrepitus ponant, & fomite caſſo
Tandem compoſitum pax mulceat aurea vulgus,
Exciderit poſtquàm noxæ Coryphæus, eóque
Occidet ex animo belli communis Erynnis,
Perniciéſque ruet pugnæ depulſa futura,
Et manus effugio curſim iurata feretur:
Hæc omni potior ſententia viſa coronæ eſt,
Haúdque ſenatores cuncti conſulta retractant:
Idque eſt dulce duci viſum, ciuémque profectum
Conſulit Aedeſſa, deceat ne inſiſtere tergum
Dilati effugio gelida per tempora noctis:
Rettulit imprudens quæ poſtquàm arcana vocato
Conſilia, à blando ſic palpatore monetur:
Haud equidem conſulta probem, rear haúdque parentẽ
Ex facili validas vſque demittere vires,
Explorata diu cuius ſunt robora, nec te
Fallit, is aſſurgat vibratam quantus in haſtam,
Nixibus & quantis iactatum haſtile coruſcet,
Nec rudis eſt vſus belli, nec militat expers
Armorum ſtudij, qui planè haud noctis opacæ
Extrahit obſcuro commiſtus tempora vulgo,
Subtrahit at populi ſubmota cubilia cœtu,
Is neque degeneres animos in prælia legit,
Robore at inuictos, quos ſumma dolentia mentis
Pro patria ablata, raptiſque penatibus angent.

Proiectare animas, vltróque occurrere Marti
Suadeat, & pulchrum dictet ſuccumbere morti,
Quanta agit agreſtem, pullos quæ perdidit, vrſam,
Si tenero fœtu viduata cubilia ſpectet,
Algentémque locum, molli nec prole tepentem,
Cùm redit è paſtu campos prædata patentes:
Ah miſer, ardenti ſi quis deuotus orexi
Obuius occurſet forſan ſpelæa ſecundùm
Rapta recuruato quærenti pignora flexu,
Hos modò cùm gyros, hos nunc inſana retentat:
Eſt neque (ni fallor) profugi via prona domandi,
Quandoquidem exeſæ nunc forſan fornice cautis,
Et ferrugineo ſpecuum celatur in antro,
Sicubi vel regio eſt pigro ſecura ſopori:
Quem furtim in tenebris deprenſum finge reuelli,
Non tamen actutum motis victoria ſignis
Concedenda tibi eſt, nam proxima pila capeſſent
Excitæ excubijs circùm aduigilantibus alæ,
Ac dubio fiet fluitans examine belli
Alea, & euentus nutabit euntibus anceps,
Hæ quòd ſi inualeant, cuneis & robora forſan
Interuerſa tuis ſtrictos labefacta per enſes
Deijciant, rumor mirantibus omnibus aures
Aſſiliet, titulíſque tuis famæque minori
Detrahet ereptam detrito nomine laudem,
Et ceciniſſe canens collatis pluria peltis
Corpora, quam facta fuerint demortua ſtrage,
Fiet dedecori, necnon tua caſtra ſequuti
Indomito quondam fortes magis ore leonis
Hinc velut imbelles demittent pectora damæ
Attoniti læua conflictus cæde prioris,

Conuel-

Conuellétque animis robur pauitantibus horror:
At pater haud caſu pugnæ fortiſſimus vllo
Deijciendus erit fatis aſſuetus iniquis,
Triſte nec exitium victæ mirabile partes
Inducent animo, quando grauioribus olim
Caſibus erectum fortunæ aſſurgere patrem
Accepere acies domitas, robúrque nouantem,
Si vulgata ſolum percurrunt facta parentis
Inclyta, qui totum geſtis inſignibus orbem
Impleat, inſignes animos virtute virili
Qui ſibi præſtantis delecto examine pubis
Contrahat aſciſcens heroûm ex robore florem:
Quin mihi mens aliud dictat, ſuadétque futurum
Vtile, & exuſu, ſi nunc à Dane coactos
Elicis Hebræos *fines telluris adúſque,*
In quibus Iſacidûm regni eſt vrbs Berſiba ab Auſtro
Terminus: aggeſtos his tot cumulabis ab oris,
Quot pelago lambit ſuppreſſas fluctus arenas,
Aut quot verè nouo primùm ſe floribus ornant
Explicitis, librum rumpunt vbi in arbore gemmæ,
Cùm murmur penitus recubantia flamina ponunt,
Nec decus excutiunt ſurgenti imbellia flori:
Delectúſque tui medio ſtipabere gyro,
Inter & incedes ſpecie ſpectabilis omnes,
Securúſque metus belli vectabere curru,
Haúdque erit horrendum nodos impellere in hoſtem
Quàmlibet abrupti ſeruantem confraga montis,
Se vel in anguſta, & nemoroſa valle tenentem,
Denſiùs inuademus in hunc quoque rore frequente,
Terrarum fuerit quauis compertus in ora:
Quo numero adiutus vinces potiore ſubactum

Auſpicio, ſeſe nemo quo fulmine belli
Aſſeret incolumem: quòd ſi protexerit vrbe
Vitam aliqua, euadet noſtros haud mœnibus enſes
Euerremus eam ſic cinctam & funibus vſque
Ad fluuium, ſuperans vt ne ſit calculus vnus,
Nulláque reſtabunt muri monimenta ruentis:
Sic adeò aſtutè qua ſubdolus arte perorat,
Vt laudata duci, patribúſque accepta ſeueris
Mutet, agente Deo, patris conſulta ſequendi:
Veriùs arcanis cœli qua nutibus ibant,
Inconceſſa mouens ne filius arma paternas
Præcipitet longè maiori milite vires:
Inde ſacerdotes repetit rerúmque recenſet
Conſilij euerſor ſeriem, quò nocte quieta
Iſaidem incurſus nullo terrore ſubactum
A campi moneant ſubitò ſtatione moueri,
Caſtra repentinis ſua ne vaſtata ruinis,
Inuoluique ſuos manes cum plebe queratur:
Fortè ſacerdotum gnati pro margine fontis
Conſtiterant, qui non Solyma procul vrbe meantes
Explicat obuerſa Boreæ Rogellides vndas:
Serua quibus pernix obeunda negotia narrans
Ordine percenſet ſubituris mœnia greſſu
Haud reduci tandem, iuxta præcepta parentum,
Non per vt excubias deprenſi in fonte receſſim
Siſtantur, celeres ſua quò mandata reportent:
Olli iter intendunt, ſecuris protinus & ſe
Exceptos latebris, puteo celante latentes,
Obduxere diu, quondam quem fecerat hoſpes,
(Quà poſitura fuit Bocchura proxima vici)
Veſtibulum ad tecti, labrum velamine cuius

Inſtrauit

Inſtrauit mulier, poſita eſt quod granea ſupra:
Quos puero ſeruæ iuuenum prodente paratus
Hopplomachi adueniunt, fauces & denique opertas
Circumſtant putei, geminos vt calle reflectant
Veſtigántque oculis: illos at fœmina fingit
Hoſpita libata puteali aſpergine paulum
Ocyùs inceptos curſus egiſſe viarum.
Traieciſſe etiam paulo docet ante fluentum:
Fœminea eluſis tandem ſpeculantibus aſtu
Abſcedunt gemini è latebris, & munere pingui
Hoſpitis incolumes inſtaurauere viarum
Terrifico abruptos exploratore labores:
Túmque peragrati decurſo tramite ruris
Dauidi referunt, quanam pallentibus vmbris
E minus arma fremens optet conducere natus,
Ni caput hoſtili à capitali vindicet ira
Suffugio, atque minis longè ſubductus ob ortis
Traijciat facili Iordanem ponte receſſim:
Commonitus ſocios qua propter ſubmouet ortum
Ante data lucis, traducit & agmina flumen,
Ante ſuum referat quàm Delius æquore currum,
Ornantéque fugam radijs primoribus afflet:
Ædeſſæ popularis eo ſtratagemate verò
Ludificata dolens ſua Gelmoneus acerbè
Conſilia inſtrati dorſo conſedit aſelli
Vota dolis mærens Arachita prodita ciuis,
Nec minotauri perplexo errore latentis
Occultata modo conſulta monentis agentem
Bella ducem pugnæ motus celare futuros:
Gemonémque adiens patrio ſe limine ſiſtit,

Curarúmque domi ſtimulis immanibus æger
Cùm gnatis præcepta dedit, ſeruíſque ſuóque
Omnia digeſſit nutu, faciénſque ſynedrus
Hæredem tabulis legata relicta notauit,
Nexuit informem nodum, tortáque pependit
Reſte premens iugulum, & luctantem in faucibus aurã,
Conſuluit grauius qui de ſe luminis oſor:
Quem ſub funerea patrij teſtudine tymbi
Manibus in ferias dans miſſas condidit hæres:
Interea Iſaides ſocios Iordane relicto
Sede Macheruntis cunctos, ſeſeque recepit,
Quà reduci Iſacidæ, ſocero dum fœdera iunxit,
Penniger occurrit Stellata exercitus æthræ
Alludens patrij reuocato ad liminis oram,
Et pro coniugibus Galadeno à vertice ductis,
Et pro ſoſpitibus gnatis, plauſitque ſaluti
Pro læta pecudum, fratri cùm munera frater
Deſtinat irati forſan mulſura furorem:
Filius at cuneis diuerſa in parte coactis
Effundit Solymis bipatentibus agmina portis,
Confiſúmque fuga patrem ſectatur, & alis
Præficit aggeſtis Amaſam, pugnæque futuræ,
Committítque viro ſummam diſcriminis omnem,
Deſignátque ducem præconis voce canora:
Quò torquente acies, pondúſque volubile belli
Sollicito librante animo, cùm plebe, ſimúlque
Per multis ducibus circum fulgentibus auro
Tranſmiſſum exuperans Iordanis traijcit amnem,
Caſtráque metatur regionis in Hippidos æquo:
Quòd procul haud poſitas diuerſa vt parte phalanges
Continet Iſaides, mœſto lenimina regi

Læta ferens illò Philadelphi à mœnibus affert
Se Siphirus,profugi rexit quæ munere, poſtquam
Veſanus iuuenis poſt funera patris humati
Excidit à ſolio,potuítque inamabile ephebi
Ludibrium domini Solymarum inceſſere pectus:
Qui memor aduenit meriti,regémque ſequentes
Excitat afflictos,res atque aſſurgere feſſas
Sermone is peragit facili,ſocialia miſcet
Agmina cui Machir,quos Berzollæus euntes
Congrediens fuerat ſectatus limite eodem,
Stragula Dauidi qui tunc peluéſque ferebant,
Vaſáque fictilia,& frumentum,cúmque farina
Hordea,cúmque fabis lentes,frictámque polentam,
Ignibus & toſtas fruges,& rapta ſequacem
Florigeris apibus per fumum mella dederunt,
Cúmque ouibus ductis condonauere butyrum,
Donarunt bubula & venientes caſea regi,
Quæ tectis alimenta ſuis vexere verentes
Eſurie tenues regalia caſtra ſequutos,
Et ſimul elanguere ſiti,rapidiſque viarum
Motibus arentes factas ſicceſſere fauces,
Nulla per incultos cùm frugum copia campos,
Ac loca ſit deſerta,& aquas non flumina fundant,
Fontis & hinc gelidi ſcatebras,riuóſque meantes
Hi duxere procul ſummotos flectere curſus:
Denique amicitiam regni ſupereſſe ruinis,
Lætatúſque fidem laudatas excipit heros
Rite dapes,cunctis & vbi compreſſit orexim,
Atque famem victus, totum diſcriminat agmen
Ordine rex triplici, ſortiturósque laborem
Tres legit, imperiis ſumantur prælia quorum:

Serniadis gemina partes ceſſere priores,
Tertiáque Ethæo cura eſt iniuncta fideli,
Aque trium pendet belli fortuna labore,
Suppoſiti quorum ſubeunt ſub iure tribuni,
Præfectique viris centum concredita Martis
Munia; rex tali partitis ordine curis
Cætera diſponit, pariterque laceſſere pugnam
Degeneris miſtus vulgi legionibus ambit,
Primus & aduerſas contra procedere turmas,
Cúmque paludatis galeatus tendere ephebis.
Se quoque bellorum dubiis euentibus vnà
Credere, ſi proceres illi non vocibus obſtent
Hoplomachi, & doceant prorſus pendere tyranni
Omnia ab incolumis certamina geſta ſalute,
Corruerit qui ſi, toleretve exceptus ab hoſte
Seruitium, plebis ſecum ſpes obruat omnes
Summa ducum rebus, firmamentúmque ſuorum,
Nutantémque ſuo prorſus diſcrimine vertat.
Fortunam populi, ceu ſit ſi fulta columna
Regia præſidio mediana, & funditus æuo
Defeßum ruerit columen, carieque ſubeſum,
Inclinabit idem ſecum faſtigia tecti,
Proſternétque domus ruptis laquearia tignis;
Dant ſonitum veluti quoque fulta molibus arces
Aerea lapidum, ſi vis luctata cauernis
Venti ſubter humum reſolutam laxet hiatu,
Dum ſibi quærit iter fiſſum, rimáſque patentes:
Aut pelagi ſi fortè nouum ſub terre meatum
Aeſtus agat putri gremio telluris ad eſo:
Sic hercà vetant vrbis munimine tutum
Pignoris ad turmas per aperta pericula adire

Hoplomachi,

Hoplomachi, miſcere ſuis comitatibus & ſi,
Qui dederint victi ſi terga inſtantibus hoſtis
Enſibus, euadant leuiore incommoda caſu,
Et fore perſuadent regni reparabile robur,
Bellonæ furiis ſi pars exhauſta cruenta
Maxima corruerit, dum ſoſpite principe ab armis:
Collectos ſeruati animos, viréſque reſumant:
Talibus obſequitur monitis, neque prodit in æquum;
Stans apud eſt portam verò, turmáſque tuetur:
Aequatæ numero à turritis mœnibus ibant:
Ductorum pars mille rapit, pars altera centum
Egregios animi iuuenes, teliſque minaces:
Ethaúmque monet rex clara voce, duóſque
Seruiadas cunctis ſtanti dedentibus aures:
Parcite, conclamat, maleſano parcite nato,
Quem ſi fata dabunt eneruem reddere bello,
Seruate incolumem, faciléſque aduertite patri:
Veſtrum crimen erit gnati iactura caduci:
Omnis iam foribus paſſis proceſſerat ordo
Fumificam attollens immenſi pulueris vmbram,
Denſus & vmbroſæ deuenerat æquora ſyluæ,
Sæua vbi commiſſa eſt certamine pugna priore,
Quà ſata ab Ephræmo ſortita eſt oppida proles,
Pectoráque obuerſis crepuerunt obuia parmis:
Dat tellus gemitum, numero & tremefacta remugit:
Stat cælum iaculis, ſurſúmque volantia currunt
Spicula, & obſcurus telis obducitur aër,
Lunantúrque genu ſinuati flexibus arcus:
Iam pede pes premitur, concurrunt enſibus enſes,
Vmbones clypeis, haſtæ vibrantibus haſtis:
Nox ingens oritur ſcelerum, contraria poſtquam

Cornua diduxere duces,tum ſaxa,facéſque
Amentiſque volant miſſæ per inania glandes,
Admouet ira manus capulis,teliſque ſonantes
Ex humero vacuant pharetras:liuentia tabo
Aequora cornipedum bifida tum calce teruntur,
Hi ſua dum mandunt ſpumantia fræna feroces,
Et peditum incuſſis impingitur vngula nodis:
Dum furit & rabies etiamnum haud prodiga vitæ,
Nec bellona calet, non tota ferocia belli
Paret,in aurato ſed cono eſt magna comantum
Gloria criſtarum,necnon generoſa micantes
Conuectant equites armenta ſimúlque niteſcunt
Vmbonum chalybes,& fuluum caſſidis aurum,
Nec ſunt ſanguinea rubefacta aſpergine crates
Militis aratæ:ſed poſtquàm immiſit habenas,
Atque acies egit virtus concurrere ferro,
Olenio non plus manat ſub ſidere cælum
Stridentis pluuiæ,nigrans vbi Sole ſoluta eſt:
Faſcia, Hebræorum quã tunc cecidere,ſolúmque
Corpora planxerunt:currentia ſtridulus aër
Iam vix tela capit,lethalibus iſque videtur
Anguſtus iaculis hominum,ſudibúſque preuſtis:
Sic rigidæ glandes,ſic fundis ſaxa rotantur,
Inſternúntque ſolùm confractis arcubus horret,
Atque fremit peditum tellus adoperta ruinis,
Tránſque humeros abeunt directæ velitis haſtæ:
Fragmina ſparſa iacent thoracum,& trunca virorũ,
Brachia:pars moriens celeri protrita rotarum
Apſide calcatur, liuenti & ſqualida tabo
Corruit, exanimẽſque ſuperpremit orbita ſulcum

Feruida,

Feruida, ſemaniméſque terit procurſibus artus:
Pars enſe induitur punctim, vel verbere funda
Excutitur, plagas aut arcus vulnere perfert:
Tum ſoli ſuperant currus, haſtatáque longè
Agmina depereunt: lapſi tellure iugales,
Temonéſque ruunt, radijs & faginus axis
Soluĭtur effuſis: illic biſſena cadentum
Millia rareſcunt, & putrem ſanguine cam-
pum
Vndanti maculant: nec iam conſiſtere nati,
Et partes ſufferre valent examina patris:
Exanimauit vbi plures iniuria ſaltus,
Cuſpide quàm mucro vibrata noxius hauſit:
Palantes cuneos curſim tunc fortè ſequenti,
Victorique acies auerſas ponè fuganti
Obuius Abſolomus erat, cui ſeſſile tergum
Extiterat muli, qui dum calcaribus armos,
Cunctantiſque latus pulſatum calce fatigat,
Prouehitur ſubter frondentia brachia quercus,
Cuius is illiſus ramo eſt, pariter que pependit,
Prætergreſſus enim quadrupes, rapienſque morantẽ
Calle viam annexum frondoſo in robore ſurſum
Deſtituit, gaudétque oneris ſe faſce leuari:
Arboris appenſum ramo quem nuntiat index
Seruiadæ: hunc verò monitus ſic talibus ardens
Increpat: obiecto quianam deflexa pepercit
Dextera nec fœdo turpandum puluere corpus
Enſe cruentaſti rigido? bis quinque manebant
Argenti emeritum nummi, dationibus hiſque
Baltheus in laudem bullis accederet aſper;

Plenior officio merces, fructúſque laborum:
Mene igitur, cunctator ait, diſtringere ferrum
Collabefactatum pretio munuſcula propter,
Regis & inuitus pendentem euertere natum?
Quem pater edixit iugulari à milite nullo,
Excipiente palam mandata nouiſſima vulgo,
Quem ſi profligare forem certamine ad ortus,
Vel mihi mens eſſet etiamnum conſcia cædis,
Id neque celatum facinus, tectúmque parenti
Supplicia extincti pro morte repoſceret olim,
Tu neque me tegeres pœnas commiſſa morantem
Ob mea, obumbrares neque noxam criminis author:
Nec, ſi mille mihi velles appendere nummos,
Iniicienda manus in gnatum principis eſſet.
Dux ira immodicus contra: Eſt inamabile verò
Conſiliis parere tuis eneruibus, inquit,
Atque ita non cunctans à te ſpectante videbor:
Ille igitur tria tela manu correpta coruſcat,
Praualidè infigit quæ tum vitalibus imis
Pectoris: accepto lathali haud vulnere verò
Pendulus emoritur, ſed viuit in arbore pendens,
Palpitat & quaſſans vmbroſæ brachia quercus:
Hos tardos obitus miſerati, lenta dolentis
Et tormenta animi tardè eluctantia curas
Seruidæ armigeri tantos finire labores
Bis numero quini, ac extinguere morte rebellem
Accelerant, duróque animam luctamine ſoluunt:
In ſyluaque ab eis proiectum vaſta vorago
Exanimem cepit, fuit obrutus iſque ſubinde
Ingenti lapidum cumulo, cùm ſigna receptus

Abduxere

Abduxere tuba cuneos à cæde ſequaces,
Quò victi Iſacidæ patriam à fatalibus oris
Incolumes repetant: haud verò buſta iacentis
Surgunt inferijs toruum preſſura cadauer,
Nec rogus erigitur, reddat qui manibus ignem:
Conſtruitur ſolùm proiecto ſaxeus agger,
Digeſtique parum lapides tolluntur in altum:
Infabricata quidem congeſta, inodoráque moles
Contegit informis gremio telluris humatum:
Corpus in euerſi talis confertur aceruus,
Arceat à paſtu non vt ieiuna ferarum
Ora, auium longè vel roſtra famelica prodat;
Verùm vt miſſilibus (quæ pœna eſt debita viuis
Pignoribus patrum nimis ingenerantibus iram)
Obruat infamans in patria iuſſa rebellem
Nulláque tolluntur ſtructo manſura ſepulchro
Mauſolæa diu: ſupereſt à funere tantùm,
Quàm ſtatuit viuens in regis valle columnam,
Quæ ſtadiis Solyma eſt diſtermina ab vrbe duobus:
Quo nomen titulo ſeclis proferre futuris
Is commentus erat, venia victoris adepta,
Indignos meditans natos pro crimine forſan,
Qui morientis aui crinem diademate cingant,
Et virtute patris longum demittere in æuum,
Ac claris ſtudeant factis extendere famam,
Idve ſibi voluit monimentum nominis eſſe,
Fœtibus orbatus ſi fortè cadentibus eſſet:
Hæc euenta cupit Martis fœlicia regi
Percenſere Achimas, dextróque occumbere gnatum
Omine, at euerſor ardentem continet, idque

Non debere docet perferri à præſule nato,
Hoc cum præcipuè moueantur fomite fletus,
At legit haud mortem veriturum prodere Chuſim,
Quem vulgare iubet ſpatiis exacta diurnis,
Atque opus eſſe docet tranſcurſo itionis in vſum:
Pontificis gnatus verò non temperat inde
Greſſibus, affectum duce nec prohibente, viíſque
Eluctante poteſt motus cohibere precéſque
Ingeminans, veniámque rogans compendia ruris
Exauditus adit campeſtri tramite, itérque
Indicis anteuolans primi præuertitur: & tum
Tecta adiens portæ reſidénſque in vertice ſummo,
Et ſpeculator agros ſpectans veſtigia greſſum
Inter vtráſque fores regi hunc celerare ſedenti
Nuntiat, alterius præmiſſi & terga ſequentis
Aſpectare fugam, & primores flectere curſus
Huc Achimam: laudat properantem rector vtrúmque,
Et fortunatum decurſus conijcit omen:
Ilicet adueniens, ſpirante & pectore anhelans,
Pontificis gnatus, poſtquam præfatus ſalutem
Tranſegit labiis ſupplex exordia, monſtrat
Fuſa rebellantum viridante examina ſaltu
Aetheris auſpicio, patre & ſcitante, ſuperſtes
Filius an belli tanto à ſympiegmate reſtet,
Se veniſſe refert digreſſum protinus hoſte
Arripiente fugam, magno & clamore ſonoris
Militibus gnati partes ſectantibus olim:
Atque eadem Chuſis denarrat, & inſuper addit
Abſolomi obitum, parilémque rebellibus optat

Omnibus

Omnibus euentum fato pereuntibus æquo,
Impertitque malo patrem: tulit idque dolenter
In porta genitor tendens cænacula, ienſque
Laxat in effuſos lachrymantia lumina fletus:
O nimis effrana confidens gnate iuuenta,
Gnate breuis fructus, mihi ſuſpiranda voluptas,
Quem noua in extremas immerſit gloria clades,
Hæc ne affers ſenio ſolatia frigida noſtro
Dimidium, potiórque mei pars priſtina voti:
Hiſque leuas feſſi curas ætate ſenecta?
Quo mihi perſuaſi fama contingere olympum
Soſpite, fœlicéſque ſuis ſuperare parentes
Fœtibus: ecce iaces nullo decorate ſepulchro,
Nec bene digeſto ſaxorum pondere humaris:
O mihi ſeruato curis, tantóque dolori
Inuiſam liceat moribundo abrumpere lucem:
Num potui primos belli perferre tumultus?
Et gnato incolumi ſeros non vtilis annos
Morte mea, iugulóque tuos auertere caſus?
Seruiadæ tandem leſsus circumſonat aures
Patrius: & populi decuit quam plauſus ouantis,
Triſtis in infandos verſa eſt victoria luctus:
Nec funeſta gradu ſubiturum menia vulgus
Certatim ſonitu lætatum eſt vocis ob orto,
Haúdque triumphali redimiuit tempora lauru,
Quadriiugis nec aquis vectum eſt, duxitve triumphum,
Curribus exuuias laturum, ac vertice ſummo
Ereptas galeæ criſtas, à ſede ſed vrbis
Triſte Macheruntis fert greſſum, erránſque vagatur,

Non ſecus hoſtili quàm ſi terrore ſubactum
In loca prorumpat tuto ſecreta receſſu,
Effugioque vias ſcrutetur in antra faceſſens;
Vt ſe vel nemorum denſis haſtilibus indat,
Prœruptáve caput ſpelei caute recondat,
Excurrátque ſolo: nullóque per auia bacchans
Ordine in immenſis diſcriminat agmina campis:
Seruiades lamenta ferens quæ parcius æqua
Pectore ſe patrem eſt per luctus angere queſtus,
Inuidioſa ferat cùm non eà verba querentis,
Horreat & lachrymas impendens temporis ordo,
Nec ſit flebilibus curis, duróque dolori
Opportuna dies populi indicenda frementis
Plauſibus, & partis cunctis agitanda triumphi
Lætitia, ſibi quæ thyaſos & cruſmata poſcat
Exercenda choro ducto, & mulcedine cantus:
Gliſcentes hos ille volens abrumpere fletus
Aduenit exanimi generis pro funere mœſto,
Dum pater indignis mœrens ſingultibus inſtat,
Integrat & madido ploratus lumine obortos,
Planctúſque ingeminat vultum velamine opertus,
Acciet exanimi manes, & nomine clamat
Compreſſi gelidam ſaxoſis molibus vmbram,
Exauditurum nil patris ab aggere voces,
Expectatus erat licet, exoſúſque perempto:
Et prior abruptè grauiter lamenta dolentis
Increpat: exanimas quianam popularia luctu
Pectora? & oblimas victoris gaudia vulgi
Debita pro belli ſudore, & fortibus auſis?
Incolumem qui te gnati à crudelibus armis

Aſſerit,

Aſſerit, atque tuo iuxta deuota cubili
Corpora, profligánſque ſuo diſcrimine pugnam
Téque tuúmque genus miſerando à funere ſeruat:
Cui reduci decuit ridenti alludere vultu,
Floridulíſque domus intendere limina ſertis,
Atque triumphales attollere fornicis arcus,
Fœminea & pompa feſtam ſaltante per vrbem
Exercere diem, plenáſque apponere menſas:
Atqui coniugibus miſſis tua caſtra ſequutos
Faſtidis facie ſedata comis in hoſtem,
Immemorem quem nulla ducum reuerentia tangit
Mittentum intrepidè ſub aperta pericula vitam,
Qui ſi funeribus deiecti, & clade iacentes
Efflaſſent animas, gnatúſque à clade ſuperſtes
Degeret, id leuius ferres, obitúque tuorum
Commutare tua velles diſpendia prolis:
Quos niſi progreſſus placido ſermone remulces,
In tua & auerſos actutum caſtra reducis,
Aethereum teſtor mihi non violabile numen
Te fore ſolandum nullo comitante, priuſquam
Dirigat Arctoo currum temone Bootes,
A te deficient quoque cuncta examina, ſuntque
Dilapſura domum deductis agmina ſignis,
Ni ſint temporibus magis hæc diuiſa decenter.
Maximáque es primò quæ flore incommoda vitæ
Mobilibus curis id præſens paſſus ad æuum,
Aequabunt leuiora ſua non mole futuram
Diuidiam, grauiórque aderit fortuna, miſérque
Exitus, hunc rictum contractum iurè peroſos

Tum niſi demulces, feſtiuo ac ore ſalutas,
Et niſi mox prodis, ac ſparſos contrahis vrbe:
Talibus attonitus dictis atratus operto
Pullatum capiti demit mutatus amictum,
Ac ſpecies idem clementes induit oris,
Deterſóque genis fletu ad bipatentia portæ
Limina conceſſit, laxíſque in faucibus vrbis
Reſtitit exceptus ſtrata velamine ſella:
Affertur populo quæ nuntia fama vaganti,
Atque Macheruntis reuocat iactata ſub ædes
Pro gemitu inuerſo, mutata & mente querentis
Plaudentem, ſpoliiſque ſuper, prædáque recente,
Curribus & raptis, ſucceſſu & Martis ouantem:
Nec minus hæc omnes reſidum perlabitur aures
Iſacidum, reditúſque citos optare tyranni,
Viſendi & ſtudio biſſenas regis adegit
Decertare tribus, reducíſque expoſcere vultum:
Quem ſic quæque auido tabens abſentis amore
Deuocat: vſque adeò longè ducis orba remoti
Aſpectu caritura querar? nec lumina rurſus
Exoptata mea dabitur tellure tueri?
Nomine & officij patriis applaudere capto
Finibus, ac feſta remeanti occurrere pompa?
Hic vir, hic eſt, flictu pugnæ proſtrata frequenti
Hoſtica decertans qui ſæpè examina fregit,
Aque Philiſtæis patrias interritus vrbes
Aſſeruit, repulitque meis à ſedibus hoſtem:
Ah pudeat meriti labentem aboleſcere famam,
Ah pudeat tanti me non meminiſſe laboris,
Fortunæque iterum reuocati addicere mores,

Aſpernata

Aſpernata fuit quem pars Hebronis in vrbe,
Tholmaidos ſacro exuctum dum pignus oliuo
In ſolio poſuit pugnax in ſigna parentis,
Quòd ſibi cunctator domitum potioribus armis
Suppoſuit, primúmque fugam molitus (vt auxit
Præſidio robur fugitans diſcrimina primi
Congreſſus, reſtrénſque pedum veſtigia ab vrbe)
Poſteriùs ſyluæ ſub opaca contudit vmbra
Fortunæ reparans dilatis pondera bellis:
Quos is cùm rigidos pacauerit enſe furores
Vindice concilians quæſita fœdera pacis,
Claſſica & excutiens, noſtróque ex orbe tumultus,
Quid ſecura metus, aſſertáque Martis ab agro
Vſque animos ſegni patiar ſquallere veterno?
Et parta ſub pace reſes non obuia regis
Paſſibus occurro meritos auctura triumphos?
Nec reuoco gnati in regnum terrore fugacem
Productura ducem Solymarum mœnia adusque
Quadriiugo inuectum curru, ſpoliiſque ſuperbum?
Deſita ne meriti vileſcat gratia tanti,
Obliget impenſis cum me ſibi pace parata,
Incurſúſque meis hoſtiles arceat oris,
Omnia ſemotis conflictibus oppida amicans,
Et reuehens almæ redeuntia tempora pacis:
Et rex ſignificat ſcripto cuſtodibus aræ,
Exhortantur vti dictis, moneántque remiſſo
Ore ſenatores Iudæos, principe ne ſint
Deniquę poſtremi in reuocando, accedere quos ſit
Dedecus extremò cognatos ſanguine regi,
Et conſanguineos, cùm regis ad ora profecti

Iſacidum iam ſint legati ex omnibus oris:
Præſulibus mandant & regia iuſſa duobus
Accerſire Amaſam, cognatum & dicere regis,
Ac conſanguineum, quem ſit complexus amore
Accerſitor, & hinc præfectum fortibus armis
Quem pro Seruiade faciat, molimina pugnæ
Omnia cui credat, dirus cùm cernere ferro
Hoſtis aget: quæ ſi promiſſa ætate futura
Exuat, & mentem regis fallacia mutet,
Eſſe cupit ſibi ſic placidum, & placabile numen
Sic fecere quidem notum ſermonibus omnes
Iudæi Iſaidæ, vt Solymas remearet in arces
Omnibus ille ſuis conductis: hócque reuerſo
Iordanem ad fluuium venerunt Galgala adusque,
Traducunt vt eum Iordanem: ac ſemine Geræ
Editus eſſe comes properauit, vt obuius eſſet
Cùm ſocijs regi, qui ſecum mille trahebat
Beniamidas, cuncti vt comitentur ſigna tyranni,
Certatimque animis faueant, ſiſtáque frementes
Lætitia excipiant remeantem ex Hippide terra:
Et Siba cum gnatis venit ter quinque reuerſo
Occurſurus agens vicenos tramite ſeruos:
Atque per hos poſtquàm nauis tranſmiſſa tyranni
Eſt traducendis comitatibus, accidit amnem
Traiecto, qui patre ſatus Gera vrſerat olim
Dauidem profugum ſaxis, & crimine toto
Iam dat ſupplicium de ſe ſic ore loquutus,
Conſilium cùm non homines immobile flectat,
Noſtráque mens nutet venturæ neſcia ſortis,
Seque animis quondam flagrantibus inſerat ardor
Subductæ rationis egens, moueátque ferarum

Sæpius

Sæpius in morem ſtimulos, male ſana furorem
Quæ vis exagitat cæcum, prætérque regentem
Sidera conceſſum domitos ſit vincere nulli
Mobilis impulſus animi, ſempérque vagetur
Mens humana metus nunc exanimata labore,
Et nimio exiliat nunc capta libidinis æſtu,
Quæ modò lætitia geſtit, modò ſaucia curis
Acribus introrſum conſumitur ægra dolore,
Quæ vice letitiæ rarenter gaudia gaudet,
Huic ſit amabilior & cùm ratione libido,
Sit quoque ad audendum rabie proiecta repente,
Supplicium ob noſtram ne vindex exige noxam,
At miſerens, & lenis ades, pœnáſque remitte,
Condona & facinus, per quod non ſobrius iram
Deriuare tuam potui, cùm proditus ires
E ſolio quondam ſolymarum in deuia campi,
Militibúſque fores gnati vexatus iniqui,
Immemori quoque ſit contrita iniuria mente,
Excidat & ſenſu ſcelerata iniuria linguæ,
Debita nec iuſtè ſontem vindicta ſequatur
Si piget, atque libens commiſſa piacula damne,
Atque nefas odi, primúſque è gente vetuſta
Stirpis Ioſephi tibi nunc Iordanis ad amnem
Obuius occurſo victori, & lætus ouanti
Gratulor applaudens geſtis fœliciter armis:
Cuius Seruiades non fert à rege remitti
Supplicia, & ſuadet pœnas ob crimina poſci,
Is male cùm profugum verbis acceperit olim,
Atque ſubaduerſum caſum conuitia iactans
Dedecus intulerit, dum fata miſerrima naſo
Ludificatus erat, lapidúmque immenſa rotabat,

Pondera cum latere à montano iniurius eſſet:
Imò ait, abſiſtens tales impellere motus
Deſine Seruiade: non mens eſt regia planè
Inclinanda tuis acres inhiantibus vſque
Conſiliis cædes, verùm ſuprema remitto
Supplicia, & ſtimulos vltores mente repono:
Ergo ne certatim plauſu dignanda frequenti,
Et clamore dies feſti celebranda triumphi
Funeſtata hominis madefiet cæde cruenti?
Mæſtáque dilatos vertent ſpectacula plauſus?
Non ita, & abſurdum eſt ſcelerari ſanguine lucem,
Quæ ſit letitiæ geniali debita vulgi,
Tranſmittenda choris quoniam eſt, fremitúque ſecundo,
In ſolij qua me victorem ſceptra reponit,
Iſacidum videor qua regna capeſſere primum,
Et primo trabeæ duco ſuccedere honori:
Talibus incuſans ſtimulantem aduertitur ori
Supplicis: haud, inquit, triſti formidine mentem
Exanima, ſed verò metus amitte: quid horres?
Si facies haud noſtra minas latiſſima præfert,
Deſpondere animum neque ſuadet fronte ſerena,
At ſperare iubet, penitúſque horrore ſoluto
Immemor eſt ſceleris, nullóque vltura cadentem
Vulnere pœna manet, ſi debita fata remitto,
Largior & vitam: ſic rebus fidere iuſſit,
Et fidei obſtrinxit tum per deiuria pignus:
Atque ea commemorans luſtrat dum ſingula viſu,
Squallidus illotis pedibus, mentíque rigentis
Luxurie, & turpi veſtis pannoſus amictu
Se regis properans Mephiboſetus obtulit ori.

Qui

Se regis properans Mephiboſetus obtulit ori
Qui liquida haud veſtes nitidari fecerat vnda,
Ex qua luce cauens gnatum diuerterat vrbe:
Scitanti & reduci, quianam defecit amici
Tramite palantis, ſociúſque haud aſtitit æquè
Olim in diuidia, ac lætis ſucceſsibus aulæ,
Et regni ſolio delati, hæc ore profatur,
Inque Sibam exequitur tranſlatam impingere culpam:
Non dubitas, quàm ſit tarda mihi debile calcis
Officium, & pridem ſteriles areſcere neruos,
Difficiléſque pedum motus: quæ damna repenſô
Auxilio lentè callem radentis aſelli:
Hunc ego, cùm fugeres, iuſſi conſtringere, ſeruo,
Imperiique Siba paſſus luctante repulſam,
Attamen inſedi nixus producere iturum:
Me contra interea is te crimina texuit erga,
Cùm tibi eram meditans progreſſibus obuius ire:
Exequere at iuſſu, quicquid dictauerit æquum,
Vtere & arbitriis iuſtè regalibus in me,
Es quidam genius quaſi qui diuinus, ineſtque
Cui diuina animi gnaro prudentia quædam,
Deprecor exitium neque enim pro crimine auito,
Commeruit mortem quoniam genus omne paternum,
Infeſtauit enim ſalus tua ſigna feroci
Milite, perſequeris non me quo nomine pœnis,
Regali comitem ſed verò accumbere menſæ,
Mandere méque facis tuceta paropſide regis
Auxiliiſque tuis deſertum haud conquerar æquè,
Iuſta nec aſſurgit iaciendis cauſa querelis:
Deturſit minimè his ſuccenſi auerſa voluntas
Principis, ille Siba ſed quæ deuouerat olim

Prædia, cum domini fore vult communia ſeruo,
Et ſecta in geminos diſcerni partibus æquis:
Narrantique moras ſibi ituro tramite ſerui
Deſidia innexas nullum ſternentis aſellum.
Conſilium ſeſe nunc nuper mente renarrat
Obfirmaſſe tenax, & ineluctabile pandit:
Hæc ſauli neque dicta nepos immota ſubinde
Incuſat, queritúrque Siba patrimonia qui vel
Cuncta libens cedat, magis vt qui regis amico
Geſtiat exultim reditu, prouentibus agri
Quàm ſaturi aſpirans inhiet, fundóque feraci:
At qui diſſimulat, fictóque id pectore fatur
Dauidis tacitè ſic ſecum regna precatus
Maxima diſtingui: votúmque id contulit ad rem
Exitus, exigua eſt & pars tranſmiſſa nepoti
Regis: in aduentum cuius promouerat ordo
Is ſeſe populi: diues quoque prodijt agri
Berzellaus eò, vicenos clauſerat annos
Qui quater, & fluuium traiecit naue, cupitque
Vlterius regem ſenior deducere eundo:
Omnino Iſſaides, tentoria ſubter agenti
Is ſibi vectarit quòd victum, haud immemor orat,
Vt ſecum ad Solymas maturus commoet æui,
Et, ſupereſt quicquid vitæ, ſecurus in vrbe
Exigat immunis belli, cui digna rependat
Obſequia, accepit patria quæ pulſus acerbo
Pignoris aſſultu, dum caſtra merantia pugnæ
Conflictu ſuſpenſa fouet, ſeſeque tuetur
Præſidiis: clauo quae tanquàm fixa trabali
Sint merita: affatum cui tardus dirigit æuo:

Mené igitur Solymas pandum languente ſenecta
Ire cohortaris? fruar vt regalibus aulae
Delicijs, cùm iam fauces, & lingua palato
Non ſatis appoſitè poſſint cenſere ſapores,
Introrſúmque adeò vis eſt effaeta vigoris,
Vt me blanditiae nullo dulcedinis vſu
Allectum capiant, adeóque has obſtruit aures
Contractus ſenio ſitus, vt paeana, lyraéque
Vix ſonitum admittant: ſic obduxere meatus
Corporis annoſa concreti aetate vapores:
Conſpiret haúdque tibi ſenis oblectamina viſus
Nec faciet riſus effaeta, & ſerior aetas
Vel ſibi difficilis: ſat ſit, ſi fungar inani
Officio paulùm Iordane à flumine tecum
Digrediens: tum me patriae ſtat reddere dulci,
Vt ſenij feſſus noto ſuprema cubili
Fata ob eam exceptus, gnati cui lumina claudant
Exanimo: & iuſtis ſolennibus inde ſolutis
Rite ego ſub patrij tymbi teſtudine humabor
Ad matris cineres, frigentis & oſſa parentis,
Nam ſenis aeffeti cenſetur gratia vilis:
Quin potiùs viridi, crudáque aetate vigentem
Accipito addictum tua ſub commercia gnatum,
Conſtituat mores qui te ductore, tuiſque
Deſudans inhiet factis, Martiſque labori
Impiger aſſueſcat: Chamaamum ſuſcipit ergo
Iſaides, ſpondétque patri pro ſoſpite gnato
Se fore ſolicitum, quem patria vota capeſſens
Inſuper humanè tractet, precibúſque parentis
Nil renuat: cui iam digreſsus flumine fixit
Oſcula poſteriùs ſeniori & laeta precatus

Omina cùm fuerat iuſſit ſermone valere
Hunc placido:éſque domum tum Berzellae reuerſus.

REGVM LIBER QVINTVS.

GAlgala contingens adeò rex amne relicto
Excepit comitem Chamaamum itionis, & aulæ,
Is traductus ubi à Iudæis omnibus eſſet,
Dimidia Iſacidùm necnon à gente profecta:
Huncque apud Iſacidæ cuncti coiere frequentes,
Déque ſuis queſti Iudæis fratribus ægro
Sunt animo, clam ſe quia traduxère fluentum
Cùm famulis regem, nuptíſque, & fratribus vnà:
Reſpondere quibus Iudæi vocibus omnes
Eſſe ſibi regem propiorem pignore amoris,
Hi meritò & nobis, aiunt, debentur honores,
Quippe in Bethlehema vagitus edidit infans
Rex teneros, ſocerique minas vitauit in vmbra
Is noſtri nemoris, ſunt & faſtigia in vrbe
Exuncta Arbeadùm capitis regalis oliuo:
Id quoque non ægrè eſt vobis in mente ferendum,
Non à rege etenim ſumus alti, accepimus haudque
Munera: at Iſacidæ tunc obiecere deuncem
Seſe per fluuium deducto in principe habentes
Non debere ab eis contemni occurſibus, haud quod
Partes ad patriam reuocando in rege priores
Obtinuere, tribus bis ſint in quinque dirempti
Cùm tamen atque tribus ſit originis vnica tantùm

Iudaicæ,

Iudaicæ, cui ſint prælati in rege colendo:
Iſraele ſatos ſed cùm ſermone moleſto
Iudæi nimiùm ſuperarent, accidit, eſſet
Improbus innumeros vt Bochris filius inter
Hos populos illic Seba nomine, cúmque dediſſet
Signa tuba, intonuit: pars in Dauide relicta eſt.
Nobis nulla viri: repetamus tecta proinde
Iſraële ſati: Solymarum at mœnia adúſque
Regis adhæſerunt Iudæi greſsibus: eſtque
Redditus is poſtquàm Solymæ pòſt prælia ſedi,
Quas numero denas muliebres inguine pubes
Audierat gnati pollutas, inde remotas
Seruari voluit multo à cuſtode, ſúiſque
Pellicibus denis conferri alimonia iuſsit,
Poſteriùs coitu quibus haud ſe miſcuit heros,
Vixere & viduæ hæ concluſæ ob iuſſa reuerſi,
Curriculum tenuere ſuæ quo tempore vitæ:
Et reuocans animo, refricánſque nefaria iniqui
Facta Sibæ vulgus regni abducentia ſignis
Omne ferè grauibus curarum fluctibus aeger,
Iudaeas, Amaſae, raptas in bella cohortes
Comparet, edicit, delectum & gentis in aequo
Hinc habeat regni caligatos corpore cogens,
Tertia lux caelo poſtquàm dimouerit vmbram:
Paret Ietraides, cumulandae & tempora pubi
Plura quòd impendat, praeſcriptum principis eſt quàm
Imperio, ſe pro cunctante diutiùs angens,
Réxque morae impatiens vrbis praeſentius agmen
Seruiadae credit Solymarum, offundere campo
Et iubet, atque datis irae procedere velis.

Atque rebellantem ſectari calle Sabæum,
Vltimane iuguli fodiendi cæde morantem
Supplicia ob motos diuerſa plebe tumultus
Nequaquam liceat compeſcere iure ſeuero
Aggeribus munita ſuis, inſtructáque nactum
Oppida: ad imperium regis rapit ille cateruas,
Hiſque veredorum velocia terga prementes
Adijcit obſcuri commiſcens plurima vulgi
Corpora, quos Solymis foribus bipatentibus omnes
Explicat hoſtiles cuneos ſectatus euntes,
Titana occiduum tendens qui verſus adiuit,
Euæi quæ rura priùs vertere coloni:
Reſtitit vtque propè is vaſti ſublimia ſaxi
Pondera proiecti in ſpatio Gabaonis ab vrbe
Viginti ſtadijs Solyma, totidémque remoto,
Huic cunctator adeſt Amaſas pro mole manenti:
Obuius exceptum molli ſermone ſalutat,
Seruiades laxo non aduelatus amictu,
At ſagulo redimitus erat leuiore, nec vllos
Irrugante ſinus: illi religatus ab arctis
Cinctibus, & pendens læuatus ad ilia mucro
Vagina facilis poterat remanente rotari
Obſitus haud aëris morſu rubiginis vllo,
Hùncque data eſt opera delabi paſſus, humóque
Suſtulit erectum, ne credi ſtringere poſſet:
Sicut erat propior venienti, & pectore bilem
Pro ſibi prærepto contractam munere celans
Amplexans Amaſæ barbam velut oſcula amico
Mollia fixurus fictum eſt mentitus amorem:
Illi non animo vulnus lethale cauenti
Trans adigit lateris confixas cuſpide coſtas,

Haúdque iterat vulnus, ferro namprotinus alum
Hauſit Ietraidæ: commenta & fraude perempti
Non omenta ſolò retinent reuoluta cruento
Exta, ſed ex vtero confecti viſcera longo
Ordine procedunt: fuſu in tellure tuentur
Hebræi, ſimul & hac hauſtum cæde volutant,
Euerſoris erat quoniam venatus honorem:
Vnus quo numero legiones calle morantem
Conſpicienda ſuæ propter ſpectacula plagæ
Exanimum intuitus vicino tranſtulit agro,
Hiſcénſque occuluit paſſo velamine corpus:
Nulla viatores ſic iam ſufflamina tardant:
Seruiadæ & gemini veſtigia ponè ſequuntur,
Et contra properant concurrere ſigna Sabæi:
Iſacidum ille tribus vadens itione per omnes
Omnibus ingentis confingens crimina belli
Aduenit exhauſto vix tandem errore Mechanum
Auſus Abelmacheæ ſeptum ſe credere vallo:
Obſeſſæ excidium cui miſſi à rege minantur,
Seruiadem promota minis niſi fœmina ſolers
Temperet incurſus differri militis orans:
Tu quianam, dixit, fuerit cum lege receptum
Vrbis ab obſeſſæ ſcrutari ciuibus, optent
Fœderis an placitum, ſimul & ſua corpora dedi,
Obſidione diu malint an mœnia cingi,
Cúmque ſit eximij reſcindere principis hoſtes
Officium, atque ſuos placida ſub pace tenere,
Sic furis? his & me grandæuam perdere pugnas
Caſibus? & ſummi patrimonia numinis æthra
Cur populas? cui dux lenis ſolatia confert:
Haud tibi, vel clades obſeſſæ molior vrbi,

At caput Ephraidæ fatis depoſcitur vnum
Aggere cui veſtro latitantia ſigna tuenti
Principis eſt moto maieſtas læſa tumultu,
Qui ſi municipum conſenſu deditus vltro
Per iugulum cædis expleuerit vnus amorem,
Obſidium caſtris ſoluetur ab vrbe relatis:
Expetit actutum hæc muro libranda Sabaei
Colla trucidandi, rara ſimul arte perorat,
Impetrat & precibus pacem: tabóque Sabaei
Concretum iugulum ſupremo à vertice muri
Indigenae eiectant: ardor qua morte quieuit
Hoſticus: vtque dedit ſoluendae buccina ſignum
Obſidionis, eunt auerſi mœnibus omnes:
Dúxque hoſtile caput Solymarum ſedibus infert,
Acturíſque fuit bellum præfectus Apellis:
Publica geſta quidem res per quos regis in aula
Primitus extiterat, nunc æquè munia tractant,
In qua Suſa notat caeras, quaeſtórque tributo
Das Adurame operam: Sabathes fortiſſima mandat
Cùm ſocio literis regalia facta fuerunt
Quíque ſacerdotes, ydem ſacrata capeſſunt
Munia, priuatus eſt regis at ira ſacerdos,
Conſtituit mores & flamen principis idem:
Tum fortunatim belli conflictibus actis
Exanimi voto fœliciùs omnia cedunt,
Si non ieiuni confecerit ilia ventris
Impacata fames, quia tellus arida nullam
Progenerat Cererem, nec glaeblæ ceſpite glabro
Graniferae ſurgunt ſpicae, vaníſque coloni
Infœcundus ager votum fruſtratur auenis,
Agricolæ nec penſat humus proſciſſa laborem

Aeris

Aëris illuuiæ marcens, ac ſidere iniquo,
Dulcibus & pluuijs defecta, ac roſcida nuſquàm,
Annum dum nitidus ter ſol in terga reuoluat:
Ingratique ſoli haud prouentus horrea ditant:
Iamque fatiſcentes ſicco pulmone meatus
Iſacidum eſuries fibris arentibus angit,
Sicceſcunt pariter fauces, & torrida flammis
Viſcera deficiunt, ac morbida lingua cibatus
Quærit opem, languens etiam cutis omnibus aret
Vt violæ, quas fons prætermeat agmine leni,
Dum legit aſſuetos hortos, & ſuauibus vndis
Sufficit humorem bibulis radicibus almum,
Purpureas hæ flore comas, tollúntque nitentis
Luxuriem capitis, riuos quibus igne repreſſos
Deneget Icarij ſi torrens ſideris ardor,
Et Titan radians obducat puluere ſicco
Exilientis iter lymphæ, ſcatebráſque ſonantes
Punice ab extremo fontanæ exhauriat vndæ,
Palleat omnis honos, & iam non gloria caulem
Condecoret, nimio at tabeſcant cymata ſole:
Quæ nimiùm dum ſacra fames bacchata per vrbes
Anguſtat macie corpus miſerabile vulgi,
Conſulit Iſaides arcano oracula templo,
Vnde ſoli ariditas, tellúſque ingrata iuuencum,
Non & aratorum reſponderit ægra labori:
Cui reſponſa ruunt ſuſpenſo à numine cœli:
Hæ populum exercent tenuatis frugibus iræ,
Idque Nathinæi manes pro cæde repoſcunt
Supplicium, nondúmque citis pro mortibus vmbræ
Exangues poſito deflagrauere dolore,
Quæ modò vel propter deiuria iure queruntur

Per regis labefacta nefas, in mœnibus olim
Quas Nobes ſtomachans Saulus demiſerat orco
Per gladium Brochi miſtas ſeruantibus aram,
Ciuibus & mæſtis, ædes cùm paſcitur vrbis
Mulciber, & vertex flammarum fumidus vndat,
Ac rapidam eructans violentus in alta fauillam
Sydera flammeola cælum vertigine lambit:
Relliquias igitur, Heuæorúmque nepotes,
Vt conſanguineos placent, rex ilicet accit,
Cùm quibus adueniens Arabum tellure, tenénſque
Galgala Nune ſatus iurata fœdera ſanxit
Intemerata fide, popularem accedere in vſum
Robora mandauit, gelidíſque à fontibus hauſtam
Conuehere vrceolo lympham, ſe ſéque profectos
A longè poſita commentis ſede pepercit:
Elicit à quorum deductos ſtirpe minores
Rex Solymum, accitóſque rogat, ne prodere coram
Intrepidi metuant, quo ſint ponentibus vmbris
Cædis inexhauſtæ luſtranda piacula ſacro,
Quæ vel egeſtatem placatis manibus acrem
Decutiat ratio, magnúmque frugibus annum
Per ſegetes reuehat turgentes hubere limi:
Cuius Amorræi ſubeunt his dicta viciſſim:
Nimirum haud cineres orant ſibi præmia inulti,
Nec pretio, quòd re eſt malefactum, optabile ſolui eſt,
Argenti eſt neque fixus amor, cadéſque perinde
Iſacidum horremus: pœnas perſoluere Sauli
Sat prolem fuerit, generíſque aboleſcere nomen:
Hinc ſeptena volens nobis ſortire nepotum
Corpora, vt impuri fato violata parentis
Iuramenta luant ſic morte piantia mortes,

In robur Gabaaq́ue vulgò pendula agemus
Exequiale ſacrum tumulis, gratúmque tonanti:
Annuit is rector, ſæuire licentia verò eſt
In dominum Siba nulla tuum, cum patre tyrannus
Inualidi quoniam ſua per decuria iunxit
Conſtatura manus, pepigitque haud ſemina ferro,
Antea diuexare odijs, duxitque nefaſtum
Commutare fidem, gnatorum at Reſpha tuorum
His caput obiectat geminum, quinóſque nepotes
Accumulat Sauli, Meroba quos matre creatos
Inſtar adoptatos ſuſceperat Aegla parentis,
Hóſque Nathinais mortem ſitientibus offert:
Atque vbi vindictæ non eſt erepta facultas,
His facere extinctis cælo gratiſſima, & orco
Sacra rati, ac cineres miſſis placare iacentum
Inferiis obitu cæſorum explentibus iras
In crucis egerunt tormentum corpora ſeptem,
Quæ traiecta manus immanis acumine gomphi,
Atque pedes crucibus fixere in monte ſupremo,
Tempora dum meſſis formoſa reduceret æſtas,
Hordeáque in mollis flauentia cymate culmi
Exigerent curui maturrima pectinis vſum:
Principio à meſſis cuius denſiſſimus imber
Elueret donec miſeranda cadauera ſparſim,
Reſpha ſibi in petra centonem ſtrauit, & hæſit,
Ingluuiem ſaturent volucrum ne manſa diurnis
Morſibus, & nullo quò ſint adeunda volatu,
Néve feræ noceant, cùm nox à rure colonos
Oblitos abiget curarum, neque reuulſis
Diuulſas crucibus lanient, carpántque medullas,
Faucibus atque auidis, laceréntque immanibus artus

Rictibus abſtractos, nudatáque fragmina pello
Foſſea deturpent, omenta ac arida mandant:
Excipiens aegrum, miſerae & lamenta parentis
Adſtratae crucibus, ne corpora pacta ferinis
Dentibus, & volucrum lanientur pallida roſtris,
Condoluit Rheſphae Iſaides, dignúmque probauit
Maternae pietatis opus, ſocerique petiuit
Rex, gnati & cineres, quorum confixa verutis
Ante Philiſtaeis capita, & pendentia Nyſae
Mœnibus extulerant noctis furata per vmbras,
Atque Iabiſseni ſcrobibus mandata locarant
Brachia frondoſi nemoris viridantia ſubter:
Progerit haec foſſa nemorenſis tecta ſepulchri
Oſſa iubens propter cis patris buſta recondi
In patriae ſpatiis tranſlata ex Hippide terra:
Actos ínque cruces raptos à robore curat
Deuexa tumuli demùm teſtudine condi:
Vtque Nathinaeos explerunt ſanguine manes
Affixi crucibus, criménque immane parentis
Luſtrauit ſoboles februatum morte cruenta,
Regis ad imperium & ſolennia miſſa iacentum
Sunt tumulo, intumuit ſaxorum & molibus agger.
Protinus irati bilis deſaeuit olympi,
Suauibus & Zephyris ſpirat genitabilis aër,
Agricolam eludit neque vanis culmus auenis,
Meſſibus & laetis rediens exuberat annus,
Atque maritatur fœcundo glebula rore,
Matris Eleuſinae & capiunt vix horrea fruges:
His populus veſci, maciémque excludere partis:
Tum nihil humanis monſtrans immobile rebus,
Securúmque ſatis fatorum lubricus ordo

Luxuriata cibis genialibus otia rumpit,
Atque fame efflictim quondam graſſante ſepulta
Ille Philiſtæos bellis ſurgentibus excit:
Horum vir validus partes, aciémque fouebat,
Cui fuerat pendens tercentum lancea ſiclos,
Ac lorica hamis conſerta, incude politum
Nuper ei pariter religabat balteus enſem:
Delectum patria rapiens rex comminus agmen
Quem ſtetit obnixum contra, nec debilis æuo
Conſeruiſſe manum collatis horruit armis:
Illum mole gigas vaſta, & potioribus Acmon
Viribus excepit, laterúmque huic cuſpide crates
Efforet, obtenta defecti robore parma
Ni pugnæ in ſpatijs Abiſæus pectora obumbret,
Vulneráque obiectu ferri detorqueat vmbo,
Iſque Palæſtinum multauit morte ſubactum:
Euentu Iſacidæ pallent, & corde retuſo
Collectus ſtupefacta gelat præcordia terror,
Prærapida & regem ſubijſſe pericula queſti
Belli colla dolent obuerſæ opponere fronti,
Effectúmque vetant vltra ſuccedere pugnæ:
Ne gentile decus, luménque inſigne quietis
Vtile conſilijs forſan ruat omnia ſecum
Exanimans, iam ſpe nulla ſuperante ſuorum,
Pendeat à cuius fortuna ſecunda ſalute,
Exhauſtas ſed enim vires, neruóſque ſenectus
Tardat, & annoſo iuuenilia robora deſunt,
Ante quibus fidens Quercus in valle gigantem
Perculit: ad Nobam & ſublimem corpore preſſit
O Sobochæ Saphum tua dextra, & morte recepit:
Vicini ſenio cognate Nephane tyranni

Nec pugnæ poſtrema tuæ in certamina virtus
Extitit, humanæ ſupra ſe mole ferentem
Compagis quoniam ſpatium te fama nec aſſe eſt:
Filius & Samææ certans Authedonis æquo
Monſtrum Araphæ domitor prognatũ morte cecidit,
Cui ſenos monſtroſa pedum natura crearat,
Et totidem manuum digitos: aſſertus ab armis
Vix tandem ſoceri, necnon à clade gigantum,
Mirificè & columis poſtremò munere Olympi
Pendit Adonæo meritas ſic carmine grates
Intendens numeros neruis vocalibus heros:
Rerum ſummæ ſator parſit tua munera laude
Appoſitè augeri: feſſis fidiſſima rebus
Robora, tu cautes fortunæ fluctibus obſtas,
Securúmque mihi es tuto munimine aſilum:
Vt lapidi innixo, pectúſque vmbone tuenti.
Tu mihi certa ſalus, nec, tecum laudibus orno,
Hoſtis vt exaluar excurſibus, obſtruis aures,
Quem dum finitimi praſſere pericula belli,
Méque oſi proceres turbas ob noſtra dedere
Funera nigrantis iam proxima faucibus Orci,
Es minimè auerſus iacientem verba precatu,
Dexteras aſpiras praecibus per inania fuſis:
Suſpicienda quidem tua virtus temperat orbem,
Quae montana tuos terrae tremefacta per æſtus
Fundamenta quatit, pullóque incendia fumo
Excutit ardentes rapsim flammantia prunas.
Sic adeò caelos torques, & ab aethere lapſi
Nigreſcens geminas ſtat circùm faſcia calces,
Quem iuuenum caeli geniorum flaminis inſtar
Remigio vectat plauſis exercitus alis

Obſceptum

Obſeptum latebris tenebrarum, & nube nigranti
Imbribus aggeſtis fœta, volitantia cuius
Nubila procurrunt, atque eructantia fulgur
Dant crepitus, ignis cùm rumpit frigora nubis,
Grandinis ac imber media regione gelatus
Aëris erumpit, ſuprema & flammeus exit
Concipiens ſolis vicinos halitus ignes,
Clauſtra quoque ingenti tonitru quatis ardua inanis
Fulgura contorquens, vibrata & ſpicula iactans:
Quo tollente minas acres, ſtomachúmque mouente
Diſſiliunt fontes, vaſtæ & ſpiracula terræ:
Me qua diluuie, & de viribus eripis hoſtis,
Incolumem intutum necnon educis, & acri
Aſſeris exodio, contráque pericula firmas,
Præſidióque iuuas optatum in regna fideli
Præmia ſpectatis pro moribus æqua reponens,
Numinis obſeruata etenim mandata capeſſi,
His neque defeci proponens cuncta iubentis
Iura mihi, culpam caui ſimul integer erga
Hoc pietate mea, pro qua placitante rependis
Ardua ſceptra beans virtutem, crimina verò
Suppliciis damnans Erebi, faſtúmque domanti
Conſulis incolumi, tenebras & lumine dio
Illuſtras animi, cuneos quo præſide verto,
Mœniáque exupero: ſic es fidiſſimus vmbo
Omnibus, incubuere tuis qui viribus, haudque
Spe caſſa exanimas fiſos, promiſſa nec vllo
Oblita ſunt fuco puros tutantia mores:
Quàm te praeter opem diuorum conferat aethrae
Nullus, humo ſolus quoniam das iura, poloque,
Robur adornati & pulchris virtutibus auges,

Meque fuga ceruis æquas, animúmque reflectis
Prorſum à blandicijs, ſordentibus appetat athram
Is quò delicijs, & curet coſmica nuſquam,
Accinctáſque manus in pugnam,& brachia ſancis,
Effractis minuant vt ahenum cornibus arcum,
Me quoque propugnans clypeo,dextráque tueris,
Affatu amplificans & me dignaris amico,
Perplexámque viam mollis,ne ſcrupeus agger
Officiat talis, facili dum conſequor hoſtem
Calle,nec abſiſto palatum inſiſtere tergum,
Dum cadat is fugitor,nec vitam attollere caſu,
Et queat ingentis belli ſupereſſe ruinis,
Nil reliquum & faciens ad cædem,ac fata ſupini
Huic iugulum incuſſa collido calce iacenti:
Sufficis has verò tendenti in prælia vires,
Quem mihi militiæ ſubigis virtute potenti,
Haud tua & exaudis clamantem numina voce
Hunc lachrymabundum, ſed dura auerteris auræ,
Et minus adiutas, is dum contunditur inſtar
Pulueris, inflexum torto quem vortice voluit
Suſpenſum Boreas,nullóque humore tenacem,
Mobilis vt cumulum voluit fluuialis arena,
Nec ſecus hunc pauio, quàm cœnum in tramite calcat
Obtuſum plateæ compreſſa fæce viator:
Seditionis vbi & concitur turba flabello,
Colluuieſque hominum gliſcit, ſeruata meorum
Eruis infeſto preſſes mea colla tumultu,
Aſtruis ac regnum perpes, ſpe gentibus & me
Præficis, atque meas exotica corpora leges,
Externique ferunt populi mea iura volentes,
Indigenæ Hebræi quæ verò odere proterue:

Illa quidem parto laus eſt poſt bella triumpho
Adſcribenda tibi, noſtræ ſpiramina mentis
Qui vegetas ſupero procurrens omnia motu,
Qui ſpatia & ſpectans illuſtras infima mundi
Fida mihi ſtatio, domus vt ſubnixa recumbit
In lapidum moles exædificata vetuſtè:
Nomine quo peragens tua ſum præconia muſis,
Indubitata ſalus quando es; pœnáſque repoſcam
Poſt acies initas vt victor ab hoſte ſubacto,
Perficis; & gentes mea tu ſub iura frequentes
Mittis, & infeſtis illæſum proripis armis
Eneruáſque meo capiti minitantia cladem
Agmina, & immenſos mulces, molliſque labores;
Quæ me quòd meritis deuinxit gratia, iure
Conſilium ad vulgi noſtro celebrabere cantu,
Atque tuas gratus laudes; noménque ſonabo
Concentu citharæ arguto; quòd regia curæ eſt
Suſtentata ſalus, & quòd victoria regi
Conciliata tuo tanta eſt, quódque vnguine ſacro
Nimbatum officiis cumulas, ſobolémque perinde,
Hanc quoque ſtat meritis per ſecula ſera tueri:
Hæc quoque ſubiecit numeris, dum carminis ordo
Iam contextus erat, ſicque eſt hæc verba loquutus,
Oſus & Hetheo raptos à milite amores,
Atque ſoli ſpernax vates, quò geſtiat æthræ
Plauſibus aſpirans, dio ſic numine plenus
Inſonat: omnis Iò ſtimulis agitatus Olympi
Exilio, faucéſque meas afflatus ab alto
Spiritus ingreditur præpandens lumina menti,
Illuſtránſque animum, terras vt luce colorat
In roſeo haud ortu nebulis Titonia pallens:

Os mihi ſic etiam fœcundas vbere linguæ
Luxuriant vt per pluuios cerealia rores
Semina, & increſcunt infuſo roſcida nimbo:
Quod potui nuſquam munus pietate mereri,
Aetheris vt ſummi nimirum ſpondeat author
Perpetuò in ſeries tranſmittere noſtra nepotum
Imperia, & ſeris manſura minoribus olim:
Nec peperi titulis, aut ſanguine clarus auorum
Aeternùm geſtanda mea diademata prolis:
Vertice, ab æthereo ni quòd mea nixa voluntas
Arbitrio pendet: quæ ſpes ſecura ſalutis,
Et mihi certa manet, quoniam his pulcherrima virtus
Pullulat auſpicijs hominum primordia tollens,
Sic ſua & excreſcens, vt fuſa aſpergine tellus
Vbertim pluuia roreſcens gramine odoro
Luxuriat, velut explicitis & brachia gemmis
Arborea exudant: non ſic dignanda malorum
Vita eſt laude, ſed h. vulſa à radicibus inſtar
Sentis adurentur, quæ cruda vt comparet igni.
Pabula frondator, accingit bina bipenni
Brachia, & extrema caſo à radice rubeto
Vepribus admotis crepitantes aſperat ignes,
Relliquiáſque foci flammis alimenta reponit,
In tenuem ſentis dum ſit mutata fauillam:
Id canit & numeris bonus, & flagrantibus armis,
Plurima quem celebrem facit experientia veri,
Magnanimúſque animus, quem faſtus nulla tumore
Arrigit audacter geſtarum gloria rerum:
Et decus eximium generoſi principis augent
Egregij virtute duces, quos educat aula
Deliciùm optatos ſocia in commercia regis:

Triginta

Triginta numero heroes primarius inter,
Atque octo nituit Iſſamus fracta ſequutus
Caſtra Philiſtæa, is nongentos cederet hoſtes
Donec terga premens, quo (diffugientibus alis)
Depugnante, ſalus Verporum eſt parta maniplis,
Inque fugam verſi redierunt denique in æquum,
Atque reſumpſerunt animos, & mente refecti
Exuuias rapuere alacres, prædámque iacentûm:
Dodeis hinc ſequitur gnatus: fugitantibus hærens
Vnicus Hebræis contra ſtetit arma, feróſque
Suſtinuit pugnax inflicto vulnere multo
Ille Philiſtæos pellentes æquore Apellas
Hoſtibus obnitens in lentis rure feraci:
Eximia inde Sebas laudem virtute meretur
Mota Philiſtææ contra certamina gentis
(Omnibus emotis) audens occurrere ſolus:
Vos tres (vt perhibent) olim ſub tempora meſſis
Celatum Iſaidem ſpelæo rupis opaco,
Præſidio & tutum (quà vallis dicta gigantum eſt
Nomine) viſiſtis lenimen dulce ferentes,
Caſtra philiſtæa ſua cum metata Phalanges
Tuta in Bethlehema quondam ſtatione locarunt,
Huicque ſitibundo, veſtróſque expendere neruos
Veriùs optanti ſunt veſtro expleta labore
Vota, viam medios vt qui tenuiſtis in hoſtes,
Ciſternæque loco poſitæ vicina ſecundùm
Limina portarum ſuccos hauſiſtis inertes,
Sed quorum abſtinuit nec munera protulit ori
Ancipitis vitæ dubio quæſita labore,
Haud etiam quòd ſe bibiturum vouerat ante,
Quàm domito hæc Verpis victoribus hoſte referret,

Quin ea Adonæo potiùs libata dicauit:
Poſt tres conſequitur torquenda nobilis haſta
Ter centena ferox Abiſæus corpora cædens:
Non tamen Iſaide tecum certauerit æquè
Fortibus ille animis, faſtúmque domantibus acrem:
Atque decus Benia poſtremum haud laude paraſti,
Temporibúſque tuum manet in delebile nomen,
Sublatum ſed enim Lybicorum more leonum
Moabidem interimis fratrem certamine vtrumque,
Moabidis merita cum rector clade ſubactis
Euaſtare parat Sobanos ſtrage cruenta,
Ingenti & ſpatiis membrorum diceris haſtam
Extorſiſſe viro terra in Nilotide nato,
Húncque extantem humeris contra contentus inermis
Exanimum ereptis necuiſti cominus armis,
In puteum & lapſum, ac rugitus voce leonem
Obruis exceptum, nodoſo & fuſte coerces
In puteale nihil veritus deſcendere fundum,
Bruma vbi ſpiraret, & ningeret aere toto:
Tu quoque ſeruiadem longo poſt tempore caſum
Principis ob iuſsum ferris iugulaſſe tenentem
Suppliciter ſacram complexis cornibus aram.
Atque tua Simbis alioqui corruit haſta
Regis ad imperium crudeli funere dignus,
Probra Aegyptiaci iuuenis de more vomentis
In regem ſuperum qui per conuitia quondam
Appetiit profugum Salomonis dira parentem
Scilicet Aegypti referens natalibus ortum,
Exoſúmque deo ſua per maledicta, peremit
Quem Moſes authore deo per inhoſpita euntem,
Contudit & ſaxis ſic planè criminis vltor

Commerita à Geræ gnato, præſcriptáque ſumis
Supplicia in Solymas redeunte, ac vrbe recepto,
Tum quòd is Iſaidæ refugo conuitia quondam
Plurima congeſſit per ſaxa rotata petito,
Tum quoniam ripas vltra, finéſque fluenti
Non aliquos regis monitus procedere iuſſu
Vlteriore via mandata refigere adortus
Deuius in patriæ progreſſu aduenerat oras,
Vt Solymæ ſeruos ſubter penetrale fugaces,
Et domino infidos Anthedonis vrbe referret:
His tibi ſit quamuis decus immortale paratum
O Benia, te non geſtis regalibus æquas:
Excipiens gracili te rex gratiſſimus aure
Arcanos animi ſenſus partitur aperti,
Inter & heroas fama celeberrimè Hebræos
Nomen habes: alij porrò virtute ſequuntur
Illuſtres numero terdeni, tréſque minores
Militiæ haud ſtudio, pugnæ & præſtantibus auſis:
Rex quorum oppoſitus bella redintegret hoſtis,
Auxilio fretus ſecura in pace quieſcit
Rugoſi proprior ſenij fugientibus annis,
Nec tamen inuiſus cælo eſt, nam fraude perempti
Militis Hetthæi piguit, raptæque virili
Coniugis amplexu, febru auit furta iuuencum
Sanguine qui multo, & pingui fumantibus aris,
Diuinas etiam lachrymis cohibentibus iras
Crimine adulterij mentis metanœa piauit:
At non id facinus furtorum conſcia plebes
Eluerat, decuit primos quàm vertere motus,
Et contra vetitos feſtinam occurrere luxus,
Cùm liceat, ſupra eſt quando plebeia poteſtas

Principis imperium,cuius ſolenne tyrannus
Hoc habuit punctis, & per ſuffragia vulgi,
Interceſſit vbi regis luctata voluntas
Cælicolûm Saulo regi auerſata creando:
Et quoniam facili ſe plebs ditione,iugóque
Præſidis abduxit conſenſum præter Olympi
Diſſenſus tonitru vibrato ſigna ferentis,
Inſanæ eſt facinus etiamnum gentis inultum,
Culpantique minùs dimotam à coniuge mœcham,
Vindicta æthereà diuinitus ingruit ira,
Atque ea cenſendi ſubiturum nomine vulgi
Supplicia Iſaidem mouit,popularia vt idem
Quæque recenſeri committat corpora, & agros
In cenſum referat:medium mortalia ſiclum
In capita haud verò ſolùm decuiſſe repoſci
Succurrit,populo vt præſcripſit publica Meſes:
Cura quidem cenſus Verporum credita agendi eſt
Saruiada, in vaſto populi qui nomina regno
Cuncta recognoſcat tabulæque hæc omnia caris
Annumerata notet, quamuis qui multa retractet
Hinc memorans tum poſſe nihil coaleſcere cenſus,
Plurimaque exoptans ſuccreſcere ſemina vulgi,
At cenſum properanter agit, ducibúſque ſequutis,
Arbitrio quorum belli componitur ordo,
Pergit iter iuſſum vadens: primumque propinquas
Exuperat Iordanis aquas,quà ſtagna ſubire
Deproperat craſſo perfuſa bitumine flumen:
Principiò tractus habitatos ſorte Rubeni,
Agmina Sehonis cum debellata fuere,
Aduenit,ac intrat de nomine dicta myrica
Mœnia,& Aſerem migrat Sabamámque, feriſque

Intrepidam

Intrepidam Mediam feriendis quærere victum,
Quam ſentis fuerant ſpinæ,& glabreta ſecundùm,
Nullàque eam propter ſe pomis induit arbos:
Atque Heſebone petit Redimotū,adit ádque Betonim:
Poſt quoque Belmonem,& Maſphā, Diuonis & vrbē,
Atque Sarataſaram,& Cartanem, ac vidit Ieſſam,
Bethphegorémque via progreſſus commeat vltra
Et ſubit Aſdotum,Phaſgámque,& mœnia nondum
Illuſtrata dato Philadelphi nomine regis:
Rura etiam Gadi poſſeſſa minoribus intrat,
Quæ non monte procul fuerant diſtermina ab Hippo,
Incola quæ ſeruat poßeſſor in vrbe Deuiris,
Et quæ ruricolæ Succhoti vomere vertunt:
Itque ad Beſeridas: Iordanis curſibus amnis
Finitima eſt AEnon poſitu,contermina planè eſt
Maſpha quibus ſpatiis,Iabiſſæ & rura coluntur
Proxima ab agricolis, Ephenorúmque iuuencis
Adiacet his Phanuel,necnon famoſa Ramothi
Cultibus ara deum,& geniorum nota volatu
Terra Macheruntis: illic Bethnemra, Saphónque,
Betharánque viris habitantur: regna Manaſſei
Hinc Carnana legit, quæ rex poſſederat Ogus:
Oppida bis tricena regens Galilæa ſecundùm
Cerula: cui ſpatio Pellæ, Gèraraque propinqua eſt,
Et Gadaræ poſitura, fuit quæ nota calentum
Alueolo molli thermarum: diſſita Gaulon
Haud procul eſt poſitum pollutis ſanguine aſylum:
Atque Adara ad populos, tecta & diuertitur Argæ:
Protendens ſpatium tribus hæc immane locorum
Obtinuit Dorcam, progreßa & fluminis vltra eſt
Finitimum litus Pyrgon quæ,& ſorte Catonem,

Poſſeditque Subæ ſedes, vrbémque Sechemam
Atque Mageddonem, & Nyſam cùm mœnibus Ephræ:
Hac itione quidem luſtrabitur ora ſubinde
Saruiadæ, Iſſacharis poſtquam percurrerit vrbes:
Vix tandem geminis Paneas circunflua riuis
Viſitur, in patria cum Cedaris vrbe Naphæos,
Sobanos domitos & quodam à principe vidit:
Linquenti & Phialæ fontem eſt ventoſa Damaſcus
Præterita: Athſorémque petit, Chabalónque, domóſque,
Nephtalides mumerans Dothanis fertur in vrbem,
Is quoque procedit Cidiſſum, & viſa Naaſſon
Conditur, vrbs etiã eſt cenſenda intracta Chorazin:
Et cùm Bethſaida, tumque Tybereia dicta eſt,
Rareſcit pariter iam viſa Betulia: aditque
Inde Capharnaides, retróque antiqua relinquit
Regna Tyri, populos Phœniſſa & iugera arantes
Sidonios, opera conchytæ opulenta frequentis
Quà regio eſt, totúmque oſtro celebrata per orbem:
Atque adit Aſeris terras, ſunt Axapha cuius,
Ambadáque, & Chali, Meſſálque, ac Helchatha, & inter
Illins Elmelech fines, Beténque fuere,
Oppida cui bis erant ſortitò dena, duóque:
Atque adyta Zabulonis adit Ptolomaide tractus,
Quàm iuga Carmeli ſuper intumuere minantis:
Traiecítque, vitri fœcunda Belus arena,
Quà fluit, & nigri claratur Memnonis vrna,
Ac patitur reflui violentos æquoris æſtus:
Corſides per aquas & Epham cenſitor iniuit,

Cùm

Cùm Sepphore adita eſt quoque Ruma, Thabórque ſubinde
Præteritus, volucrum multa quem plauſibus alæ
Inſiſtunt poſitas pedicas, viſcique pauentum
Inſidias: inde Iſſacharis perlabitur agros,
Cui Saba, & Caymon, ac Meſra, & Suna videntur,
Illius aduentus & conſcia facta Naema eſt:
Viſitur ac Endor, per eum nec Apheca relicta eſt,
Viſus & eſt Hermon, in quo ſub frondibus vuæ
Accumulantur apum, ſtipántque aluearia rore,
Quàm variæ lachrymam ſugunt in floribus Hyblæ,
Cuius equi indigenæ in ſcopuloſis rupibus errant,
Sub noctem & ſtabulant antro, latebríſque recepti:
Iſque apicem Sauli vulgatum cæde capeſſit:
Ruráque tranſiuit poſtquam Chananæa, ſolúmque
Decurrit Taphuæ nemoris per opaca maligni,
Quæ cæco latebras præſtant prædonibus antro,
Danis adit pergens Syluarum errore nepotes,
Et maris ad litus poſitam contendit Ioppem,
Hoſpita quæ ratibus ſupremo ex vertice montis
Dat Solymam ſpectare oculis obeuntibus arcem:
Hinc Lyddam ingreditur, Ramathámque Anthedone viſa,
Is quoque Abelmacheã, monumento & clara pererrat.
Mœnia tondentis promiſſam in vertice nunquam
Cæſariem intonſo, cui vincla iugalia nuptus
Tamnata præſtiterat: poſt quæ peragranda petuntur
Rura per Ephræmi quondam poſſeſſa minores:
Atque Sarona adita eſt, perhibendi & Tamna recondens
Nunc ſati cineres, Gazérque propinqua petita eſt,

Quæque ſuo Gelmon eſt infamata ſynedro:
Et quà Therſa iacet, & quà tenuere Sebaſtem
Tranſmiſſi à patria Chuteni ſede metœci,
Hac iter eſt cenſus confectum nomine habendi:
Hinc adit ad Sechemam, & Bethoron viſitur, iſque
Progrediēs Luzā, Machmámque, & Galgala adiuit:
Silluntémque ſubit, Maſpham qui paſſibus intrat,
Poſt quoq; Makkedā properat, Labinámq;, Lachímq;,
Modinem & ſuperat, tranſacta indagine & vrbis
Azechæ penitus Sochonis mœnia tranſit:
Atque Sycellanos, Nobanáque nomina rimans,
Et Rumam, Arbeadáſque videt, montémque Zyphaū,
Atque Deuirais poſſeſſas ciuibus ædes:
Berſabémque tribum cenſens Simeonis adiuit,
Bethlehemaéque domos, necnon opobalſama profert
Engaddi quod lenta, ſolum, pyrgóſque vocatos
Nomine palmarum, Thecuámque: haud Zoaca terræ
Chaſmate ſaepe ruens putri compage ſaluta,
Nec Bethogla vacat acceſſu: quique propinqui
Hexagalimenſes pigrae ſunt fluminis vndae,
Inde recenſentur penſuri publica regi:
At non Beniamidas cenſet, quà laeta receptat
Balſaminum Ierichus ſuccum, quà pinguibus eſtque
Conſita palmetis, nec Ainam contigit, haúdque
Inde Labauriadas Gabaonem nónque, petitque
Haud Gabaam, & Rumam, nō eſt hoc tēpore perquem
Dammus viſa, etenim regis manſurus in aula
Aduehitur Solymas non his in mœnibus vllos
Indigenas numerans, luſtrato Dauide ab vnda
Regno ad Berſabees muros, Hippóque profundi
Caerula adúſque maris, procuruam & Tethyos actam:

Beniami-

Beniamidum haud planè qui cenſum in finibus egit,
Is neque Leuigenas, ſacraeque recenſuit arae
Pontifices, quoniam regem metanaea ſubibat,
Plúſquam praeſtituit Moſes, conquirere adortum
Theraidae & quòd erat genus innumerabile habendũ:
Cynthia iam nouies cornu depreſſerat ignem,
Et nouies mundo plenum flammauerat orbem,
Biſque rotas decies Titan prolatus ab Euro
Merſerat in Zephyros, & Iapyga pronus anhelum
Aequore Iberiaco currum temone recellens,
Ille peragrata condens vbi limite, quicquid
Sufficit in regnum, facili & ditione tenetur
Iſaidae, ſparſum deſcripti nomina vulgi
Cuncta recognouit, viſum & ſubducere ſummam eſt:
Octingenta adeò generatim millia plaebis
Iſacidum fuerant, dederat quibus arma lacertis
Vis gerere, & rigidos diſtringere fuſtibus enſes:
Bis vicena etiam ceris mandata, decémque
Annumerata docet Iudaei millia tractus,
In rabiem quae ſint inſtantis idonea belli
Oppoſitáſque hoſti paueant non tendere parmas:
Plura quidem in vaſtis exactor obiuerat agris,
Agminis at numero plebeij attollere tanto
Regalem refugit faſtum, nec munere prorſum
Fungi intercepto potuit temeraria quando
Auſa poli rigidus ſunt interuerſa per iras,
Summa nec arcanis digeſta eſt ordine faſtis
Venturo ſeriem rerum prodentibus aeuo,
Interruptus enim eſt Adonaei nutibus ordo:
Nec ſunt Leuigena cenſi, neque ſanguine aborti
Beniamidum, piguit nam regem criminis: iſque

Inuidiam poſtquam ſignis collegerat Aethræ
Hos miſerè exoſos intercepiſſe paratus,
Arguit incœptum, facinúſque ita pectore damnat,
Cùm tenebras reuehens aliena à rebus agendis
Pulla ſoporatæ ſtrepitum non ſubmouet aulæ:
Aetheris o rector cum ſim tibi nomine multo
Deuinctus, decuit parere enixiùs, haúdque
Deriuare tuam numeratis gentibus iram,
Haúdque inhiaſſe adeò cumulādis cenſibus æquū eſt,
Et numero pugnas inituri fidere vulgi,
Cùm diuina magis defenſum dextera obumbret,
Semper & incolumem geſtis reuocarit ab armis,
Verùm mens hominis ſcelerum eſt obnoxia labi,
Atque effrana ruit, quò tendere prona libido,
Præcipitat cæcam, congeſtibus imminet æris
Quæ modò, & aggeribus cumulandis incubat auri,
Et modo ſæuitiam violenti Martis anhelans
Hoſtibus occurrit proiectæ prodiga vitæ,
Feraléſque ſitit funeſti ſanguinis hauſtus:
Affectúſque datur rapidos compeſcere nulli
Te præter, faciléſque ſuis imponere frenos
Motibus, & ſeſe iuſta ratione tenentem
Viuere: ſic equidem non exuperare ferocem
Pectoris impulſum potui, prorſúſque retracto
Amens conſilium, te qui mutatus adoro,
Vt quas, hac meritò meruere piacula pœnas,
Condones, penitúſque aboleſcat fama ſepulti
Flagitij, indulgens & noxæ affabilis adſis:
Hunc ſebarere penes quauis in parte reclamans
Atqui non precibus ſtomachum regalibus acre
Ponit adoratus ſpernens orata, palámque

Imperat hæc regi Gadum perferre cubilis
Linquenti pluteum roſeæ ad Pallantidis ortum.
Aut is egeſtatem regni gentilibus optet
Septeni populos hauſturam curſibus anni,
Se ligat aut reduci triplicis Titanidos ortu
Effugij palans allatos hoſte labores,
Ni malit facinus februari peſte coorta:
Vtque per eſuriem populares angere Hebræos
Noluit, annona cui non alimonia deſint,
Incurſus optare fuit nec amabile belli,
Auerſante parum motos quos hoſte veretur,
Cùm reſes eſſe domi, cuneóſque obtrudere poſſit,
Maluit in dubias incurrere Numinis iras,
Quod forte haud lachrymis victum miteſcere nolit,
Humanóque modo ſeſe non aggere cladis
Expleat: Eoo vix ſe Pallantias ortu
Extulerat, morbo cæli cùm ſacra repente
Tempeſtas oritur, concreta & tabe ſiniſtri
Acris excurſant miſeram contagia plebem,
Et collecta lues adductos digerit artus,
Prorſus & ad viuum ſubſidens corpora tentat,
Haúdque repentino præſens curantia morbo
Aduenit, at febris depaſcitur igne medullas
Arida, & ignoto contages fomite viuit,
Nec medicas afferre manus conceditur vlli:
Ac creſcens adeò tabes incanduit æſtu,
Inque ſuam ſaniem trahit oſſa dolentia tractim:
Plurima funduntur proſtrata cadauera tabo,
Singultántque animas dulces ſpiramina tandem:
Ora micans flammata rubor, vociſque meatum
Vrit, & infecto crudeſcunt ſanguine morbi:

Halitus extrèmae ſingultans ſoluitur aurae,
Luminis atque aciem laeſi ſtupor igneus vrget:
Sic paſſim rabies ſaeuit non aeris aequi,
Illuuiémque ſereni dat ſtragem, & funera denſat,
Funeſtámque trahens peſtem per inanis inertes
Lethiferi tractus abrumpit poplite euntum
Succiduos greſſus, & anhelat ab ore vaporem
AEſtifero pigrum, Boreae ceſſante volatu,
Nec ſegnes ſoluente ſuis impulſibus auras:
Contrahere ac vndae putore paratior humor
Tabificam ſaniem per virus morbida ſudat
Viſcera durauit, laxatáque lumina rupit
Flamma vorax, auxítque luem demortua miſcens
Membra cateruatim Verporum incondita buſtis:
Non hyemis tantum crebrae pluuialibus Hoedis
Perfurit, humentes neque tantum Pleiades imbris
Praecipitant, nec tot pluuias è nubibus altis
Eiaculatur aquas Orion, carbaſa cùm iam
Deprimit ingenti flatu decuſſa deorſum
Intendíque vetat manantia lintea nimbo,
Altitenans nec tot diffundit nubibus imbres,
Per telum tonitrus ſimul ac impulſa triſulcum
Dat ſonitum ruptis conuulſa rudentibus arbos:
Eſt graſſata lues ſpatijs quae lurida regni
Omnibus à Dani riuo naſcentis ad amnem,
Ad virides cuius ripas vineta vireſcunt,
Decerpſere quibus veſtitas frondibus vuas
Explorare ſitus Verporum à principe miſſi,
Nomine Maionam quem tum dixere minores:
Perculerátque ſolum peſtis bacchata per omne
Iſacidum primo Phœbi naſcentis ab ortu

Myriades

Myriades ſeptem, donec ſua lumina veſper
Splendida conſpicuus praebens de more iuberet
Inſtaurare adytis ſacri ſolennia cultus,
Mos ſuſcepit vti primo facturus Eoo:
Et prope iam Solymis admouerat aëra laeuum
Spiritus, & pigrum vitiandis faucibus hauſtum,
Vicinámque dabant cladem nocitura ſiniſtro
Dextra pologeni, quà pluribus arca Oronne
Plena fuit paleis ſupremi in vertice montis,
Hanc intemperiem cœli, iuuenémque volantem
Hàc niſi contineat rubra miſeratus ab AEthra,
Qui ſola, qui pelagi fluctus, qui ſidera torquet,
Contrahat iſque manus imbuti caede iacentum,
Exhauſtúmque ſatis pœnarum vulnere monſtret:
Stabat Oronna quidem tritura brachia frugis
Praeualida exercens, cui gnati quattuor intra
Diuertere domum, ſeque occuluere volatu
Exanimos genij miſeranda ſtrage rubentis:
Proxima cœlicolam iuuenem tunc fata minantem
Suſpiciens nequijt tantos perferre labores
Plaebis, & excidium, tempeſtatiſque futurae
Immodicas caedes, & ſic rex cernuus orat:
In me promeritum conuerte decentius iram
O cœli, terraéque ſator: mea noxia, plebiſque
Nil potuit, nihil auſa: meos haec debita ad vmbras
Orci pœna adigat manes, peſtémque procuret,
Deprecor haud quoniam mea crimina fraude meorum:
Talibus orabat ſupplex, qui pronus ad aram
Congenulatus erat plebeium indutus amictum,
Coccinaque xcutiens humeris: mœſtúſque ſenatus
Principis immorem iactabat ab ore querelas:

His potuit noxa miteſcere vocibus author,
Aliger atque puer ſpirans contage venenum
Aëreum Iſacidis prorſum mutatus inertem
Aera dimouit, confuſa & ſtrage madentem
Fulmineum ponens vagina condidit enſem,
Imperat & vati, moneat libamina regem
Editiore loco ſpicas adolere terentis:
Gadus iuſſa refert, monſtrátque altaribus ignem
Subijcere, & ſacris imponere viſcera flammis,
Moria collis vbi eſt, & in hoc fuit arca Oronnæ
Seruati à varijs Iebuſæ cladibus olim
Regis amicitiam propter virtute paratam:
Rex autem monitus vatis præcepta faceſſit,
Auerruncet vti contagia ſacra litato,
Cui poſſeſſor adeſt chortis pro limine coram
Obuius, & viſum merito compellat honore
Suppliciter, ſectæque via eſt quæ cauſa, requirens
Nouit eò ventum, ſacros mercetur in vſus
Hoſpes vt altaris ſola glumis apta mouendis,
Hoc vt in extructo ducenda piacula ſoluat:
Nec ducis occurrit voto, fortéſque iuuencos,
Atque offert alimenta rogis huic tribula, necnon
Inſtrumenta boum, Cereríſque dicanda coquendæ
Semina liberiùs propter libamina confert,
Atque locum dura ſolidatum impertit amurca
Complacitura inhians Cælo ſolennia mitti:
Quòd ſublime ſuper operari Abrahamus auebat
Gnati cæde iugum, ni vepres ilicet inter
Illi aries viſus iuuenis ſermone volantis
Ignibus imponi iuſſus foret hoſtia gnati
Facta loco melior, necnon magè idonea flammis,

Iſaides

Iſaides verò pretio loca ritè redemit,
Tollere ne per vim poſſet plebeia videri,
Atque ea ſexentis ſiclis acceptus adærat,
Corpora qui decies mercatur quina iuuencum,
Vatis & imperio luſtrales excitat aras,
Viſceráque inflammat lignorum vrenda rubenti
Inſtrue: ſuppoſitis adoleſcit lignea moles
Ignibus: exquirítque dei placamine pacem
Hoſpes, & exorat, genius nam ſupprimit ales,
Vagináque premit iuſſu pacatus herili
Sanguine puniceo ſaturum mucronis acumen,
Dum rex exequitur diuini munera cultus:
Quo numen placare quidem venerabile mallet
Ad confecta opera Moſis tentoria quondam,
Altari pecudes necnon imponere aheno
Arrabias quod per rupes, nemorúmque vireta
Herbida conflari Moſes curauerat errans,
Tempore eo ſed habens hoc in Gabaone ſacellum eſt,
Conſpectum inque dei non rex exterribus illò
Ire poteſt, & ea ſcitari oracula in ora,
Attonitus gladio genij quòd numinis eſſet,
Tali & ſacra forent per eum properanda paratu,
Is quibus ætherei iuuenis compeſcuit enſem,
A populo & morbos ardentibus arcuit extis:
Progeritur regno quorum violentia ab omni,
Peſtis & abſcedit: ridet iam mitior aër,
Et molles Zephyri crepitant per inania flatus:
Poſt adeò multos belli, peſtíſque labores
Rex vbi in ætatis affecta vergeret annos,
Corporis introrſus ſenio tenuante calores
Contrahit algorem, ſeniorique obſitus æuo

Neruorum queritur gelidos langueſcere motus,
Secubitúque tori non inuitare tepores:
Cratibus haud vicinus adeps thoracis, et hepar
Primæuo ſtomachum ſuſtentauere vigore,
Atque ſenis in noctem ſtrato, ſpondáque iacenti
Non conferre queunt ſuper vllum paſſa teporem.
Gauſapa, vis illi ſed hebet torpore ſenili,
Puluerulenta ſequi neque prælia ſufficit ætas
Militiæ, motúque ignes excire iuuentæ:
Principis intuiti languentes frigore neruos,
Quos penes incubuit ſternendi cura cubilis,
Collegere ſimul tremebunda tepeſcere amictu
Nullo membra ſenis, veſtigauere puellam
Inſignem facie maris haud connubia paſſam,
Amplexum foueat vetulum quæ mollibus vlnis:
Par viſa eſt Abiſaga toro fotura iacentem,
Cui roſeum florem nondum, vultúſque decorem
Parthenicæ feſtum matura induxerat ætas,
Optatam patrio quam Suna à limine promunt,
Atque miniſterio deuotam regis in æde
Conſtituunt, thalamóque locant: tum culcitra frigens
Virginis incaluit tepefactis regia membris,
Atque ea complectens gremio ſenioris amico
Pectus, & appoſiti nudis effuſa lacertis
Artubus efflabat lentos iuuenilibus ignes
Pulchra oculis, dióque genæ pubentis honore,
Et ſimul in ſponda carpens ſopita quietem
Concubia ſemper proſtabat nocte ſoporem
Explicitura ſinu maſtos porrecta ſenectæ:
Nec pubem interea coeundo virginis heres,
Fœdauitve femur, vires tardante ſenecta,

Dedecus

Dedecus oblati & vitij virguncula nullum
Illibata ſubit, ſeruáſque illæſa pudorem,
Dum locet hanc paſto rector, nuptóque relinquat:
Tunc animaduertens veteraſcere Adonia patrem
Spem rapuit ſolij regalis honore fruendi
Aſciſcens equites: & currus iungere canthos
Inſtructos radijs audens, curuáque volantes
Apſide bis iuuenum legit vicena, decémque
Corpora, quæ fuerant precurſibus apta citatim,
Nec pater obnixè prohibet procedere pompam,
Aut bardum increpitat gnatum, cohibétque tumorem:
Ille à Tholmaidos nato exercente parentem
Ortus (vbi à querna moriturus fronde pependit)
Commendatus erat vultus, frontiſque decoræ
Dotibus, allectóque ſibi commercia iunxit
Sarniadæ, rerum & templi, è cuſtodibus vni,
Verborúmque fidem confert, muſſátque viciſſim,
Quò patrij excipiat primum diadematis aſtu
Imperium, ſolij & germanos faſcibus omnes
Præueniat, fuerit ſenior ſi raptus ad vmbras,
Multarúmque ſocors eſt rerum ea pectore fingens:
Nónque Sadochus eas partes, Beniáſque ſocillat,
Nec genitum AEgiſta Simhis dignatur honore,
Illius haúdque Nathan mantes deuinctus amore eſt.
Nónque Cerethæi pugnaces agmina iungunt,
Atque Phelethæi nil patris ad arma ſupini:
Hos is ſacra adolens ſaxum profecta ſecundùm,
Quod ſcatebras iuxta Rogellidos accubat vndæ,
Acciit haud epulis comites, adhibénſque citatos
His dapibus fratres idem ſolennibus omnes
Dempto Bethſabees gnatum aſpernatus honore eſt,

Contemptímque habitus Salomo conuiuia fratris
Non iniit: meritò monuit te Bethſeba vates
Voce Nathan vetitos AEgiſtæ inuadere honores
Iniuſſu patrio gnatum, regémque ſalutes,
Conſulit vt trabeam Salomoni, & iura tiaræ
Conferat, ac fidei iuratæ pignora promat,
Ilicet acceſſum cuius ſectetur euntis,
Sermoníque aditus rumpens ſubſeruiat idem:
Regales igitur thalamos à vate petiſti
Commonita, impubi vernans quos flore colebat
Virgo trahens ortum Sunanæ ab origine matris,
Tunc operam impendens omnem, regique miniſtrans:
Principe adorato conſiſtens Bethſeba tandem
Occipit effari facie teſtata dolorem:
Sis tua pollicitus quamuis à funere gnato
Regna meo, pactúmque fides iurata fidele
Sanxerit, AEgiſtæ ſolium modò filius ambit,
Aſpirátque tuis vel patre ſuperſtite ſceptris:
Ille etiam inſtituens conuiuia lauta ſaginis
Me, gnatúmque meum non ingeniale vocauit
Neglectos epulum, cui iam fiducia faſtum
Attollit ſolij, verùm tua iuſſa morantur
Ancipites in te defixi lumina Hebræi,
Nutantéſque viri muſſant, regémque requirunt,
Quem tua præficias patria pòſt funera clauo:
Hocce erat, enupſi quòd regi, in gloria quò ſim?
An defixa animo quondam ſententia nutat?
Et promiſſa fide ſic nos in ſceptra reponis?
Quòd niſi ades præſens, longè à diadémate pacto
Prodimur, & poſtquam fato conceſſeris, ádque
Oſſa eris extremò tumulatus humata parentum,

Nullus honos matri ſupereſt, gnatóque, toróque
Hunc velut illicito, vetitáque à pellice habebit
Improbus exortum frater, quem dedecus ingens,
Ridiculúmque manet: vix hæc finiuerat orans,
Interiora Nathan cùm tecti ad limina venit:
Admonito acceſſus et vatis principe cunctis
Regis adorato vultu, ſic incipit ore:
Filius Aegiſtæ regnis optabitur ergo?
Seſſuróque tuo tribuis diadema ſedili?
Auguror id verò, iam ſpe nam regna tumente
Concipit, atque ducum faſtoſus comparat auram,
Quos hodie exhibuit dapibus, pecudéſque litauit,
Imperijs hi quem poſci dixere paternis
Hæredem, dignati & eum ſunt nomine regis,
Sacratóque ſimul tituli regalis honore
Certarunt ſtrepitu feſto, plauſúque fauentes,
Me verò haud epulis accedere, nónque Sadochum,
Nónque dedit Beniam, & Salomonē accedere fratrem
Noluit: an verò condictas iuſſeris author
Has celebrare dapes, cedo? ſicque arrexeris ipſe
Gnati animum capitis donans inſigne ſuperbum?
Me ſimul hæredis nomen celare futuri,
Mentis & arcanos potuiſti obducere ſenſus?
Exoratus eo vatis ſermone loquuti
Bethſabeem affatur, cuius ſua regna decúſque
Deſtinat imperij gnato, ſeſéque mouentis,
Se vegetantis item non abiuranda Tonantis
Numina teſtatur, cuius diſcrimina ſoſpes
Munere vitarit, bellique, domíque labores
Vicerit, haúdque mora nectit ſufflamina pactis:
Cui demiſſa acies oculorum Bethſeba nomen

Optat adorato nuſquam delebile ſeclis,
Officiis & pro cumulata prole rependit
Ex animo grates: atque is mandiſſe querentes
Haud epulas gnati ſic eſt ſermone ſequutus:
Tollite ſeruiles catus,& terga prementem
Quadrupedis velata mea citò adúſque Gehonem
(Heſperium Solem verſus quà ſemita ducit)
Ducite Bethſabees gnatum,quem mollis oliui
Spargat odore Nathan vates,araéque ſacerdos,
Rex quoque dicetur Salomon clamore,ſonúmque
Buccina rauca dabit,Solimánque reuectus in vrbem,
Et patrij excipiens me ſceptra ſuperſtite regni
Iſacidûm curam fungens mea munia obibit,
Præcurrénſque alijs pàtrio ſuccreſcet honori.
Illi tunc Benias:faciat rata vota ſubinde,
Aſpirétque poli gnato ſator,vtque parenti
Adfuit adiuto,generis ſic regna ſecundet,
Et magè fortunet patrius extantia ſemper:
Regaliſque latus Salomonem calce mouentem
Cornipedis iuxta fontem ſtatuere Gehonem,
Rhinoceronte palam quem præſul contigit ara
Sumpto ex ad ſacra,fluidóque perunxit odore,
Actutum & ſonitu conciſo buccina clanxit,
Alludúntque nouo plauſu gentilia regi
Ora,ducémque via Solymas producit euntem
Pompa ad præcipites arces,quam tibi crebris
Saltibus exercet:diſſultant murmura circûm,
Offenſóſque ferunt valles ad ſidera cantus:
Audijt hos lautis epulatus Adonia menſis,
Et conuiua frequens, cum iam compreſſus edendi
Omnibus eſſet amor,ſtrepitum & mirante moueri

Sarniadæ,

Saruiadæ,& cunctis concha pauitantibus acri
Geſta ſacerdotis manifeſtò his filius edit
Iuſſus ab AEgiſtæ gnato procedere in ædes:
Vlteriùs proferre pedem non vtile duco,
Conuictórque tuis nolim decumbere menſis,
Euentiſque tibi non ſum fœlicibus index,
Nam pater aſtruxit Salomoni regna patriſque
Imperio hunc mulſit flamen,vateſque Gehonem
Greſſus apud fontem,redeuntéſque agmine pompæ,
Ac circumuenti comitantùm examine longo,
Lætitia necnon certatim ob fauſta frementes
Auſpicia in Solymum reuocarunt mœnia paſſum,
Inſuper ad feſtos plauſus accedere ciues
Effecere ſuos,vrbs & lætata ſonorem
Exceptum crepuit per te,Salomónque ſubinde
Inſedit ſolium,digni quoque regis amore
Aduenere patri fauſtè bona verba precati,
Ambiuere magis patrito & nomine ſeſe
In decus erectam Salomonis tollere famam,
Plus gnati & ſolium patris coaleſcere honore,
Molliculis quo rex in ſtratis nomine cœli
Numen adorauit,gratéſque ob dona rependit,
Quæ patris hæredem regno ſtatuere tuentis:
Quo ſociam abrumpunt cætus ſermone coronam
Conniuæ exanimes, curſim qui cæca requirunt
Præcipiti ſpelæa fuga,trepidántque citati,
Ceu cum Tyntarídos deuouit vela ruinæ
Ignis,Amyclæis nequicquam à pupe vocatis
Fratribus,obnixi deducunt lintea nautæ,
Sortitíque manu remos ad litora tendunt:
AEgiſtæ pariter migrauit filius,iſque

Effugio ſeſe ſacrata ad templa recepit,
Cornuáque amplexans luſtrali nititur ara,
Cæde cruentatus pœnas vt iudicis horrens
Herculis Actæo vitam defendit Aſylo:
Audijt id Salomon, fratrémque à ſede ſacrata
Non remeaturum, niſi per deiuria vitam
Spondeat incolumem: Salomon quæ ſuſcipit inde
Propter verba fidem facilis, recipitque ſalutem,
Diuerſo inſtituat ſi mores ordine frater,
Mollis & à ſacris pauitantem altaribus effert,
Se quoque adorantem fortunæ in iura prioris
Reſtituit, tu'óque domum concedere mandat,
Diminuat cui nulla caput violentia, ſi vir
Extiterit frugi: regalis honoribus aulæ
Exin præcipuos, & nobilitate ſuperbos
Euocat Iſaides, gnatóſque, ac talia fatur:
Templa mihi pridem viſum eſt pacalia tolli,
At mea polluta eſt quia dextera ſanguine facto,
Huic deus occurrit, quæ vult à prole nouari
Bethſabees, cui non æuo mutabile regnum eſt
Pollicitus: quare ſenſus arcana mouenti
Gnate libens pare, deeritque haud chara colenti
Numina, qui diris eadem in neglecta rebelles
Conſectatur agens odijs, & deſtinat Orco:
Nunc age, ducendos adyti molire penates,
Nec pauitans abſiſte: aderit deus vſque labori:
Ecce ſacerdotes deuoti in munia ſpondent
Sacra miniſterium: faciendis ſumptibus aurum,
Argentúmque, ſimul ferrum metatus, & æra,
Súmque ego ligna tibi, Pario & cum marmore preſens
Verſicolor non deſit onyx, indíque lapilli

Præſulis haud quaquam ſacris ornatibus abſunt,
Depictúmque adyti eſt ſpecimen: ſumptúſque miniſtrāt,
Muneráque Iſacidæ largiti ingentia promunt,
Inſtaurántque diem donis: neque vota, precéſque
Deſinit Iſaides: populares erudit idem
Numinis in feſtum certatim incumbere plauſum:
Atque per Hebræos iterum ſurgente litata eſt
Victima Sole, ſua & cum libamenta tulerunt,
Rurſus inunxerunt crinem Salomonis oliuo,
Atque adytis myſtam ſacris ſtatuere Sadochum,
Illum præterea ſacrarunt vnguine odoro,
Præſes vt optatus accurret munia templi:
Leuigenæ rex antedato diſcrimine gentis
Edicebat eam præſcriptis fana diebus
Obſeruare, quibus decurſis ilicet autem
Quæque deo claſſis octona luce miniſtret:
Poſteritas habita eſt in ſummo Moſis honore,
Theſauris voluit quam templi intendere curas,
Aſſeruare etiam ſtatuit donaria regum:
Biſſenáſque ſuos in partes prouidus idem
Diſtribuit, ſtationem agerent Salomonis vt omnes
Excubijs pars & curſu Titanidis vno
Quæque miniſtraret, gnauos cultoribus vnà
Agrorum tribuit præfectos, regia necnon
Armenta, & pecudes molli curantibus herba.

REGVM LIBER
SEXTVS.

IN mortis ſenio ſeſe rex vergere punctum,
Corporis & tremulū pandi lāgueſcere motū,
Conſpiciénſque ſuas ſenſum vaneſcere vires

Bethſabees prolem affatur ſermone ſupremo:
En mea, gnate vides, vt tellus oſſa repoſcat,
Vnde ſuam geneſim traxere creata priorem
Corpora, duxerunt hauſtus quæcunque per orbem
Aereos, & hebent in noſtro ſanguine pulſus,
Vitatiſque vigor defectis defluit algens
Artubus, & ſtomacho primæuos abnegat ignes:
Multa igitur mittens patritam in ſecula famam,
Virtutémque tuam contra forteſce labores,
Magnanimumq; animũ gere noſtri haud degener vſquã
Nominis, & legi, legúmque inſiſte ſacrarum
Morigerus monitis, tabulæque Moſis vtrinque
Æternanda tenent, mores quò lege probatos
Conformes, tua non vt ſceptra minoribus olim
Abroget (vt pepigit) rerum certiſſimus author:
Haudque ſupinus obi, quæ nos mandata ſupremum
Teſtatura damus mentis poſtrema dolorem?
Ne reſatum incautè noſti prò limine portæ
Cæſum à Saruiadæ, mentito & figere labris
Oſcula Ietraidæ ferro confoſſa ruentis
Ilia, quæ nimium crudelia cædis inultæ
Non modicè commiſſa feres, occumbere fato
Et necis authorem nunquam patiere quieto,
Gratificare autem Chamaamo, & fratribus, hóſque
Officij ratione tuis dignabere menſis,
Nam mihi, Tholmaidos fugerem cum pignoris iras,
Proceſſere dapes in victum, & dona ferentes,
Atque ſato Gera leuiores exige pœnas,
Sum quia pollicitus probrum crudele vomenti
Huic non ante diem ſummos arceſſere manes,
Cum mihi Iordanis tranantí prodijt amnem

Conſiliis tractanda tuis hæc ſingula mitto
Inque diem verſura habeat ſoluenda ſupremum,
Canitiémque ſines placidè haud ſuccedere tymbo:
His pater immoriens monitis hortatur ephebum,
Nigreſcúntque ferè lethi propioribus vmbris
Pallentes oculi vicina in morte natantes:
Atque hæc excutiens mortalis nubila mentis,
Erectúſque hominem ſupra,ſenſúſque receptans
Æthereos(vt erat vates)hortatibus addit,
Et memorat maneant quæ fata futura minores?
Monſtrat Iò nobis ſeries ſe quanta nepotum?
En nimiùm,heu nimiùm fidens Roboamus amicô
Cædendo ſaxis Aduramo *erepta dolenter*
Fert ſua ab Ægypto reuocatum regna per hoſtem,
In patria & limen redeuntem dulce,parátque
Aduerſas acies,*cælum niſi lcadibus obſtet,*
Aureáque à P*hario raptari ancilia rege,*
Scutatóſque docet geſtis procedere ahenis?
Chuſæos ſimul & Meſræos iure coërcens
Vrbibus in cuius domitor ſe dedere paſſis
Fœminea impreſſas inſculpta verenda columnas
Affigi voluit ſuperatis dedecus ingens,
Dedentes veluti ſeſe muliebre Seſoſtris
Ingenium eſſe dedit ea cippo inciſa relinquens:
Regna Nebatiades ſed non potiora fruetur,
Bis quinas licèt ille tribus iuga dura peroſas
Alterius frenet,per dirum vate leonem
Cædendo quoniam manus huic authore deorum
Thure vaporanti,necnon ſuffitibus aras
Arida ſoluetur,defunctóque Obime humando
Ingemet:ex Maacha hinc Abiamus ſanguine ſurgens

Millia miſſurus hominum quingenta ſub Orcum.
Progeniteo Serua te commouet æmulus armis,
Cui peragetur hyems potienti tertia regno:
Iure ſuo acceptum poſt Aſa iacentis obibit
Imperium in lucis exoſa culta parenti
Antra, nemúſque abolẽs, ſtatuáque vmbracula Panos:
Reddentémque abiget Meſrais iura Laraum.
Ducentem AEthiopas: poſt Aza à rege Damaſci
Auxilia implorans pretio conducta parabit,
Agmináque aſciſcet cõtra numeroſa Baſanem,
Obſidijs cùm iam Gabaothis in vrbe locatis
Seruæ exceptus erit gnatus, iuxtáque peremptus,
Inſtruet haúdque acies rurſus, demúmque ſeneſcens
Tarda pedum tendet lento veſtigia morbo:
Non erit & regis ſolium felicius Elæ,
Quem furtim Zamares temulentum cuſpide coſtas
Ozæ transadiget epulantem in ſedibus vrens.
Secum poſterius euerſa palatia, poſtquam
Obſidio inuadet Amerinus mœnia Therſæ,
Dimidij & vulgi contracto flore Tamanus
Concidet: Achabus regis de ſanguine cretæ
Ittobali gnatæ, video, connubia nactus
Sacratum inſtituit lucum, & donaria Belo:
Huic ſterilem Theſbæ vates ceſſantibus annum
Preſagit pluuijs, monitúſque à numine Eoum
Progreditur tractum verſus, cauet iſque tyrannum
Coruorum exhibitus ſtudio, veniétque Sareptam
Phœnices, fluuio nimirum arente Chariti:
Venit, & exorat victus, augétque, nec vnquam
Ad pluuiam viduæ vacuatur guttus oliuo,
Haúdque Ceres deſit, aſſertúmque hoſpita gnatum.

Hoſpitis

Hoſpitis obſequio Stygijs reuocabit ab vmbris:
Vix tandem Amriadæ congreſſu occurrere iuſſus
Nube reſoluendos ſudante vt nuntiet imbres
(Obedias virides vbi luſtrat lumine valles)
Regali Tamiæ vates ſubit obuius ergô
Cornipedum gratos rimanti pabula in vſus,
Acceſſúsque ſuos promo perferre neganti
(Qui cæli dominum veritus celauerit olim
Quinquagenâ ſpecu latebroſa corpora vatum)
Tollitur, Achabúmque petens regiſque patrúmque
Mores increpitat, Belo qui ſacra ferentes
Sidonijs deducta adytis Ptolomæida ſupra
Sacrificare monet elato in monte iuuencis:
Adueniunt myſtæ, prunis ſub viſcera verùm
Non poſitis flammas à Belo in membra requirunt
AEthereis adolenda rogis, & numine ſurdo
Pellibus acciſis fundunt de more cruorem:
Non patriæ verò Theſbæ cunctatur alumnus
Iam Phœbo medij promiſſo in cardine cœli,
Et lapſæ lapides biſſenos erigit aræ
Infindens geminos altaris margine ſulcos,
Et placans precibus non caſſis æthera curat
Tergelidam inuergi tauro, qui fultus acapnis
Inflammandus erat labentibus ignibus æthræ:
Haud mora: paſcuntur flammæ cinefacta ſequaces
Exta polo lapſæ, vatéſque hoc omine voti
Inde potens propter tum ripas immolat vndæ
Corſcidos viſi minimè igni potentis in ara
Beli ſacrificos, Carmeli in vertice nimbum
Nec minus exorat: Achabus funera vatum
Sidonidi memorat: authori hæc acrius vltrix

Supplicium intentat, cauit quod greſſibus intrans
Berſabees vrbem vates, fugitánſque minarum:
Is quóque, finis vbi eſt hæc regni à flatibus Auſtri,
Siſtet iter, minimè & tuta digreſſus ab vrbe,
Hinc et iunipero accliuis volet vltima vitæ
Fata ſua vrgeri figmentum corporis oſus,
Deficiétque iacens alimento, edormiet haúdque,
Nicali genius Cereris, lymphaéque liquentis
Munere languentem reparet, qua fruge nouabit
Tum ſolidas vires: triſtis ſine victibus idem
Per quater hinc denas faciet veſtigia luces,
Extremo adueniat dum montes calle Melanes
Spelæo latitans, donec ſit iuſſus Olympi
Optare Imperijs Haſaelem in regna Damaſci,
Atque Nemeſſæo Verpis à patre creatum,
Sanguine qui mantem genitoris inauguret ortum
Præclaro Saphati, quem tegmine veſtis inumbrans
Tunc iuga flectentem in ſulcos duodena iuuencum
Alliciet comitem, ſed primitus oſcula arator
Digrediens gemino figet libata parenti,
Mactatáque boum menſas ceruice duorum
Inſtituet: Syriam pauco poſt tempore frænans
Regibus accitis triginta, in caſtra duobus
Et ſua fidentes vallo, muríſque Sebaſtes
Intrepidos ciues obſeſſæ ad bella vocabit,
Perdomita Achabus quæ proteret arma pedeſtri
Agmine, quæ Veris ſpatio inſtaurata ſequentis
Deſtruet in campo, quem iuxta Corſeus errat?
Quódque triumphatu neglecto indulſerit hoſti,
Vates excidium huic Mareones preſcius vrbis
Proferet obſcura facti ſub imagine, quem rex

Aſpernatus

Aſpernatus erit poſtquam, veſtigia ad arces
Tendet, vbi ſpectans aula vineta Nabuti
Proxima, & expendens hortis fore commoda vitę
Commutare volet alia meliore, ſibíve
Mancipij parere hac pretio, paſſúſque repulſam
Mœrebit, caput & pluteo decliue reponens
Stertet eum verò curis ſolabitur ægrum
Ithobalis, votique virum dabit eſſe potentem
Teſtibus impuris mortem commenta Nabuto,
Hunc atque inſidijs tollet, quas ſubdola ponet:
Hinc ea ſe canibus Theſbano à vate futuram
Accipiet pro morte dapes, pœnáſque marito
Deberi has pariter, ſpatijs linxere cruorem
In quibus egeſtum catuli, & mandere cadauer,
Qui genus abſumant regis, quod in vrbe iacebit
Exanimum, ruri quod verò exangue repertum,
Et moriens volucres ſcelus ob crudele cibatum
Efficiant: Heuaa quidem ſimulamina in aris
Sidonis incenſo placabit thuris odore,
Tempore eis & eo ſacrata ſacella dicabit,
At lacero culpam vix deteſtatus amictu
Non immane luet metanæa nomine tandem
Supplicium at verò gnatum vindicta ſequetur:
Omnino ſub pace piger tricteride robur
Iudaicum Achabus coget, poſſeſſa Ramothi
Menia quò Syrys, neque iure erepta repoſcat,
Cum regis deder t coniuncti fœdere gnato
Natam in connubium, ac hymenæi iure dicarit:
Et quater haud centum vates ea bella vetabunt:
Impellétque minax, ac ferrea cornua geſtans:
Et bellare adiget Chanaana exortus Apellas.

Michæas & eos in pugnam hortabitur ire
Oratúſque iterum veras prædicere ſortes,
Verberáque in mala paſſus reuocabit ab armis
Militiam,& Philaca eſt frenandus agente ligari
Vinctibus hūc Achamone reum emnénſque repreſſum
Carcere perfundet Achabus ſanguine currum
Per commiſſuras, loricam & vulnere adacto
Taliſeri tumidum pulmonem ſaucius intrà
Veſte ratus quamuis mutata illudere vati,
Exurgente ruet quoque Veſpere vulnus Amano
Inflictum faciente,feret certamine ſoſpes
A quo ſeſe Abida natus,ſit opertus amictu
Is licet Achabi, vetitas ſi diruat aras,
Moribus inſignis aliòqui, opibúſque beatus,
Commoda congruerint cui regni,fragmina claſſis
Ni ſparſa audierit Phracas, Pon*túmque petentis:*
I*s placidus Solymis condetur ad oſſa parentum:*
Cladibus à tantis veneratus numina patrum
Achabo genitus pro vita futile numen
Conſulet Accronis,The*ſba lethalia vates*
Vulnera cui promet Adonai *oracula danda*
Conſulere indocili ad lignum venerabile ciſta:
Frater Ioramus cuius potietur honore:
Tum Saphrati *gnato vates comitatus, itérque*
Commutans adiénſque pari per Galgata greſſu
Iordanem,fluuiúmque ſecans velamine paſſo
I*gniflui tolletur equis in ſidera currus:*
Hoc comes erepto fontem ſalſedine miſcens
I*erichuntis aquas ſuaui dulcedine ſparget,*
A*tque inſultantes pueros,dum* Lu*za petetur,*
Proijciet prædam ſaltu manantibus vrſis:

Gnato

Gnato Abidæ hinc fretus à Meſa rege tributum
Poſcet Ioramus, gnati & præſente leuabit
Arte ſitim Saphati tandem bacchatus in hoſtem,
Dum rex Moabidum ſuper vrbis mœnia cæſi
Morte ſui generis hoſtiles temperet iras?
Atque ſub id tempus gutti ditabit oliuo
Hoſpes Eliſæus viduam, cui ſcilicet olim
Coniux Obedias fuerat coniunctus amore
Regalis tamias: vatéſque in meſſibus ægrum
Reſtituet gremio Sunanæ matris amico
Filiolum incolumem, & mulcebit polline amaras
Impoſitas vatum in victus colocyntidas ollæ.
Lætarúmque dabit coram ſuccreſcere frugum
Primitias, ſaturis ſupereſſe & fragmina centum
Multa viris, necnon curantem bella Syrorum
Principis à lepra lotum Iordane ſalubri
Soluet, & actutum ſeruum, ſeruique nepotes
Addicet maculis lepræ quòd dextra ſalutis
Polluat extentam ſeſe mercede recepta:
Attollétque natans ſupremo à gurgite ferrum,
Et regi Iſacidum Syrias manifeſtius edet
Obſidias, obtendet equos & ab aëre lapſos,
Flammiferáſque rotas inimico obſeſſus ab hoſte.
Greſſuróſque Syros ſecum, & caligine merſos
Circùm oculos orta Mereones ſiſtet in vrbe.
Lumináque inſtaurans iugulari à rege vetabit
Nimirum aut domitos pugna, victúque remittet
In patriam ſaturos, commoto principe quorum
Inde per obſidium Maraones ciuibus vrgens
Hoſtis vbi eſuriem longa producet orexi,
Spem dabit annonæ vates iam pignore paſtis

Matribus,euentúque fides rata dicta ſequetur,
Cum lepra papulis maculoſi caſtra fragore
Comagena quidem miſerè exanimata rotarum
Excepto referent,violento & murmure equorum
Gentis in horrorem cœli per inania lapſo:
Tum quoque Patricius calcabitur agmine vulgi:
Sunanam ille dehinc(cuius detraxerat Orco
Progeniem)quondam ventura ætate monebit
Trituram ob tenuem venturas ordine ſeptem
Eſuriem æſtates minitari,ac vtile adiri
Calle Philiſtæos:tenuis quos fœmina viſet,
Atque ſua ad regis referet patrimonia nutus,
Deſertúmque ſolum,deſolatóſque penates
Exorabit,vti ſineat nutrimine ſeſe,
Cui tunc fortè puer vatis ſubſeruiet vltro
Prædia poſcenti,præſens miracula gnati
Percenſebit vbi reuocati in lumina vitæ:
Munera tum vates Haſaeli exprompta ferenti
Spem dabit imperij, necnon pro ſtrage futura
Illachrymans facilem morbo ſperare ſalutem
Principis hortatus perimendum mole docebit,
Poſtquam erit is columis, cui nuntius ore meatus
Obſtruet inuadens extincti regis honores:
Inde colet quorum ſimulacra Damaſcus adorans
Oppreſſi meritis,euerſóriſque ſubinde
Amplificata,duo nám templa immania ponent:
Quis procul is?cuius Lobnani regna peroſi
Sunt,& Idumæi:noſco bellatur in hoſtem,
Belláque Ioramus collatis incutit armis
Robur Idumeum Seire per mœnia vaſtans:
Filius Achabi iuxta hunc certamina regem

Inferet

Inſiret in Syriam pugnax comes Hippide in ora,
Rex à quo Iſacidum remeabit vulnera queſtus:
Regia tranſmittet cuius diademata vates
Namſiadæ validis ſuſuro ſpicula neruis:
Omine quo rector Mareones ſaucius vrbis
Corruet immiſſa traiectus arundine tergum,
Atque iugum Gaberæ ſuperans epirhedia tinget
Gnatus Iorami refugus rubefacta cruore:
Victor & irrumpet denſis cum millibus vrbem,
Præcipitémque dari ſpeculari cernet adempto
Sidonidem fuco pictam, multiſſima equorum
Vngula quam planget, ſolúmque ſuperſtite calua
Ithobalis laniata canum ſaturabit orexim:
Namſiades illinc, ciues vbi colla ſuorum
Ter morti dederint acres vicena, decémque
Amriadæ, & tulerint contextis indita qualis,
Aduenıens horum digreſſu in mœnia tendet,
Pignus Iorami capitis qui denique perdet,
Tollet & in currum Rhecabo patre creatum,
Sacráque ferre deo tandem ſimulabit in vrbe,
Atque ſacerdotes demittet numinis Orco,
Effigiéſque dei cum tota exarſerit igne,
Dedecorabuntur humano altaria oletô,
Et ſacrata prius fani donaria Belo:
At colet euerſor vitulos, quos perditus author
Ante Nebatiades conflari fecerat auro,
Æthercam inſtigans cultus quo nomine bilem
Arua ſuo Argobiæ flebit decreſcere iuri,
Et Lothæa ſimul poſſeſſa à iure Damaſci,
Iacturam licèt hanc dequeſti quarta nepotum
Sit ſeries ſupra ſolium ſeſſura paternum:

Atque vbi Iorami ſatibus domitauerit ortum
Namſiades, mater cadet genus omne perempti,
At thaſiam verò ſeruabit Ioſabà coniux
Præſulis, in ſacra regem quem ſede ſacerdos
Conſtituet, matrémque decus regale querentem
Et coniuratos comitatus exiget aris,
Atque hac cornipedum contrita à calce penates
Seruantem exanimans Beli ſimulachra reuellet,
Et ſtipatores ſimul ad palatia ducens
Impubem puerum, cùm ſeptimus ingruet annus,
Imponet ſolio ductor ſe præſide rectum,
Sartáque tecta domus labentis is atria templi
Iam ſtipe adornata populi inſtaurata nouabit:
Tum rex in Solymos victorem Anthedone victa
Prælia deflectet minitantem munere multo
Inſidijs tumulandus humi ſeruilibus olim:
Is cùm iura dabit Solymis, à rege Damaſci
Namſiade exortus clades bellante ſubibit,
Diſcutiétque iugum ſupplex prece numen amicans,
Progeret haud verò lucis frondentibus hermas,
Deteret & nequam ſoboles veſtigia mores
Ad patria hinc cultus patris aſpernata deorum,
Quam lenta (in Syrios omen) torquere iubebit
Spicula Eliſæus tunc æger ſorte cubili
Poſt paucum exanimis tempus, morbóſque ſolutus,
Qui tumulandus erit, buſti & decoratus honore
Admotum referet ſibi vita ad lumina corpus:
Manibus haud vltis hinc patris Amaſia fuſos
Vincet Idumæa cuneos, fœdúſque nepotis
Namſiadæ affectans acies neglectus inibit,
Bethſamidúmque ſolo victus reuehetur in vrbem

Meren-

Marentem Solymam, cuius populabitur ædes
Victor, & hinc regem populares regna tueri
Non ſua præſentem Solymarum ex ſede fugatum,
Tendentémque Lachim ferient, cæſúmque ſepulchro
Mandabunt patrio, gnatúmque in regna vocabunt
Azariam, dum trans fluuium direpta Damaſco
Filius Athaſiæ reuocabit rura per enſes
A regione Amathes Nabathæi ad limitis oram:
Fauſtus Amaſiade nimium ſucceſſibus eſſes
Fortunæ placidis, papulæ ſi pelle faceſſant,
Lepráque miteſcat ſolis contracta minacis
Ora tibi radio feriente, vbi templa ſupernè
Fiſſa reſultabunt, verùm ſolatia gnatus
Quantulacúnque feret moderata palatia ſeruans,
Et dirimet index, diſceptatórque ſecabit
Lites iudicijs te longè à plebe remoto,
Pauca Damaſcenis dum iura Zecharia ponens
Impegiſſe gemet ſibi cruda, & vaſta Seleſmum
Vulnera cædendum Manaemi hoſtilibus armis?
Nec tua conditio fœlix Manaeme tiara
Aſſumpta fuerit, Tharſæ licèt obruta ſternas
Mœnia, nam penſis argenti mille talentis
Attenuabis opes Phullo, cenſúſque tuorum,
Atque erit in ſolium reſtincti filius hæres
Hinc ſolùm geminos fruiturus regna per annos:
Illum fatifero cùm planxerit enſe tribunus
Exceptum inſidijs, vicenis aſtruet annis
Sceptra ſibi: Aſſyrius qua rex ætate metœcos
Orbis in Aſſyrij traducet limina Hebræos:
Atque hinc Oziade regnum frænabit Achazes,
Et Solymas patre extincto, virtutibus iſque.

Non reſpondebit patrijs,frondéſque litabit
Tum ſubter nemorum ſtatuis profecta,ſuámque
Traijciet ſobolem populorum more per ignes
Vnius haud cultus venerantum numinis,iſque
Amriadum regem contra,Syriaéque tyrannum
Aſſyrij captabit opem,victaque Damaſci
Vria adequandam pones altaribus ædem,
Amriadum quo rex erit Ela tempore gnatus:
Poſt rex Aßyrius conductos pendere cenſus
Nolentem,& Pharij venantem fœdera furtim
Principis arcebit vinclis,gentémque ſubacti
Victor in Aßyrias captiuam tranſuehet oras
Vatibus infeſtam ſacris,& vana colentem
Auguria,atque dijs luci ſub fronde nigrantis
Thura perurentem poſitis pro rupibus antri,
Quorum ſubſtituet ſpatijs Babylone profectos,
Perſide & aduectos,quæ Chuto flumine læta eſt,
Atque viros Amathes, diróque hos ore leonum
Attonitos faciet Moſis florentibus idem
Legibus inſtitui, Luzæque in ſede ſacerdos
Miſſus agens vitam legalia ſcita docebit,
Atque ſacra Iſacidas omnes,morémque ſacrorum,
Ad quæ haud ſe dociles flecti peragenda negabunt
Proſpera Chutenti noxam domitura ferarum.
Scilicet,& nihilominùs hi ſimulachra deorum
Conſtituent adytis,excluſo horrore leonum,
Atque ea cum iuncto venerati numine Moſis
Secula tranſmittent in deteriora minorum:
Ezechia ſequeris venturus in ætheris auras:
Altiùs humano virtutem ô pectore tolles,
Templáque auaritia quondam ſpoliata parentis,

Obque

Obq́ue reſignandos cultus occluſa recludes,
Cui pietas virtute ducum ſe nullius æquet,
Thure vaporatum ſed enim remouebis ahenum
A templo colubrum,& lucis ſimulachra reciſis
Comminues,refugos & ages ad mœnia Gazæ
Inde Philiſtæos,deflecti at munere Sargon
Creditus haud cedet ad Hebræos Rapſace miſſo,
Et Tharata Anacharim iungens examina agentem,
Qui dedi Solymas vrgebit,ceſſerit etſi
Finibus à Syrijs AEgyptia vt oppida vaſtet
Rege Amathes victo, & Mareones principe primùm,
Atque AEthræ debere fidem ſperare negabit
Te Superum effigies luco à viridante mouentem,
Principis & Pharij te caſſis fidere tuto
Auxilijs,teneræ ſit cuius arundinis inſtar
Præſidium: Helchiades horrenda minantibus vrbi,
Aſaphidéſque aderunt,necnon Sobnæus,& acres
Deflectent aditus legati:hi veſte refracta
Dicta reportabunt, atque his laniabis amictum
Regalem exanimis, verùm confidere feſſis
Eſaias rebus,viréſque augere iubebit:
Denas myriades hominum Sargonis, & octo
Dans ſtragem genius,tunc idem millia quinque
Obruet:hæc poterat clades excluſa caueri,
Obſidium à Solymis ſoluens ſi bella mouenti
Obuius AEthiopum regi veniſſet in æquum,
Exceptum ſoboles quem fraudibus induet enſe
Inde cruentati ſubitura à morte parentis
Armeniam,in fano per quam iugulandus Araſci
Sit techna haud metuens geniter,qui Mariæ fatigans
Ante Paretonium regem confecta ferentem

Sacra ſacerdotem patris ignipotentis ad aras
Maxima perpeſſus fuerat diſpendia quondam,
Vindice Mulcibero, quod noctu à muribus arcus
Arroſi fuerint, pellǽque, vnáque bilices
Loricæ, clypeos & ſcorta pereſa per omnes,
Tharſice & AEthiopum rectore ferente labanti
Auxilium AEgypto turmis per inhoſpita ductis
In patriam eroſis diffidens fugerit armis:
Rex Solymum liber tandem obſidione ſoluta
In pluteum incumbes morbo labefactus, & ægro
Fata quieſcenti preſagiet vltima vates,
Aſt vbi adorato mœrentes numine fletus
Fuderis ante obitum queſtus ſuſcepta ſupremum
Pignora nulla tibi, fici medicamine tabem
Hulceris Eſaias putris, ſaniémque leuabit,
Legerit vt retro cœlum connexa remenſus,
Eoúmque rotis Titan reuolutus in ortum:
Inſtauratæ adeo moderans Babylona ſaluti
Proſpera Baladan applaudet fata precatus,
Donáque dimittet, legati cuius habendi
Sunt nimis humanè, miſſis laxabitur omnis
Quippe ſinu effuſo luxus, reſerabitur híſque
Omne domus aurum, quibus aurea pocula promes,
Finitimæ ac fragans congeſtum gentis amomum,
Et foliata, ſimul puris ardentia gemmis
Vaſa recludentur: quæ tum prolata grauatus,
Nónque ferens pompas, iactatam & nobilis aulæ
Lautitiem Eſaias vates diſpendia regnis
Euerſura canet faſtum, victóſque minores
Submiſſura iugo quondam Babylonis herili:
Denique ſandapilas propter tumulabere auorum:

Et

Et ſceptrum exanimis geſtans inſigne Manaſſes
Non vitæ inſtituet mores pietate paterna,
At Beli ſtatua venerandas eriget aras,
Panget item lucos cælorum numina adorans,
Et Phythona colens venerabitur oſcina inanis,
Traijciétque rogis gnatum, qui plauſibus alæ
Alitis inſtabit, Solymas & ſanguine multo
Imbuet, omnipotens quo rector concitus æthra
Vaſtitiem Solymis ceræ minitabitur inſtar
Delendæ in tabulis, & ceu deterſa patella
Vertitur in pronum, quarum terrore gelatis
Civibus impellat geminas tinnitibus aures,
Hoſtis & extorres plectat ditione ſuperba:
Scilicet idcirco dominatum, & iura tyranni
Rex fieret Aſſyrij Solymus, tum numine ſed qui
Reſtituendus erit pacato in regna, ſuóſque
Colliget in melius mores pro munere cæli,
Qui ſimul ac intra violaria humabitur Ozæ,
Tempora præcinget diademate filius Amon
Incumbens ſuperum ad cultus, criménque paternum:
Is geminum inſidijs regnans ſeruilibus annum
Occidet, ac frigens Ozæ tumulabitur horto,
Coniurata manus verum perfuſa iacentis
Cæde luet pœnas ob mortem vindice vulgo:
Excipies regnum tum cuius Ioſia humati
Ingrediens nil per patris veſtigia, auique,
Qui pietatis eris ſatagens, & cultor honeſti,
Aſliadæque iubens adyti ſarcire veterno
Tigna fatiſcentis librum venerabere ab aræ
Flamine prolatum, conſulta & ſortibus Holdæ
Fatidicæ explorans Solymæ intentata caterua

Supplicia excipies, quos non patiare labores,
At placidè ad patrum buſta exequialia pones,
Quòd librum veritus mentem deieceris vdo
Lumine, & euoluens ſacra ad delubra volumen.
Scita quidem populum præſcripta à Moſe docebis
Detorquens animum à vetitis, ſacratáque Belo
Vaſa foras prodens, effata & haruſpicis oſus,
Permittéſque rogum lucis altaria vertens
Vrbe à Berſabees Gabaæ ſacraria adúſque,
Necnon cornipedes Soli, currúſque ſacratos
Perſidis in morem (calamis componere quales
Affictos poterit) templorum à limine raptos
Ignibus abſumes, deturbabuntur & aræ
Prolis Iothami per te, geminaéque Manaſſei,
Has quoque Cedronis cinefactas gurgite merges,
Lotiadúmque deos, & quos Sidonia templis
Gens colit, in ſpatia & luci condenſa bipennes
Vibrari efficies, quondam & viridantia opacis
Frondibus oſcillis albeſcent cana, dabíſque
Exciſum cineri, quod Luzæ altare litantis
Gereadæ gnati libamina aduſta gerebat.
Aſſitáque id Tempe iuxta Syluatica adures,
Oſſa etiam ruptis vres egeſta ſepulchris,
Illibata viri verò, qui præſcius ignis
Limite ſuccumbet laniatus ab ore leonum,
Hoſpitis & vatis ſeruata à vortice flammæ
Deſtitues, cæſíſque adyti cuſtodibus arcem
Accedes Solymam reparans ſolennia Moſes
Inſtituit recoli frugum quæ menſe nouarum:
Tute vbi ſortilegos Clarij Pythona colentes,
Prorſus & excides ſcelerata arcana magorum,

His vt ſufficias, quæ præſulis ante volumen
Inuentum vigili ſenſu ſacra tradita Hebræis
Intulerit: ſanè hac meritorum laude parata
Officio tecum nemo certare priorum
Audeat, aut regum, quot ſecla nouitia prodent:
Ad cœli non ira cadet ſtimulata Manaſſis
Impietate deos luco in viridante colentis:
Et Peluſiaci cum regis curribus ibis
Obuius Aſſyriæ rectorem in bella petentis,
Hunc grauiter Menden vltra procedere queſtus
Fata Mageddonis ſpatio properata ſubibis
At tibi metato quondam tumulande ſepulchro,
Bellandi ſtudium vir poſtquam AEgyptius icto
Eximet, ac in te ſua ſpicula diriget arcu:
Poſt te rex Pharius diadema ſubinde tenentem
Arctatum manicis ad ripas ducet Orontis,
Quem Sabatha educet, vinctum & Nilotide in arce
Conſtituet, regnis ſuffecto fratre Zabuda
Matre orto, quem non AEgypti principe tutum
Concertans dominus ſubiget Babylonis, & anget
Lotiades rigido circumdatus agmine prædo
Fatiferi nondum februata cæde Manaſſis:
Rex Pharius ſed non Arabarchem curribus vltra
Impetet, Aßyrius quia regnum proferet vſque
Ad Peluſiacas Nili ſtagnantis arenas
Carchabeſam adiens Euphrate fluminis alueo
Finitimam, ac hoſtem collatis cedere ſignis,
AEgyptique adiget contentum finibus eſſe,
Parcet Iudaicis & ſolùm tractibus omni
Vaſtata Syria, qui poſt regale tributum
Exiget à Solymo ſuffecto principe fratri:

Rumore is nimiùm vano confiſus, & amens
AEgypti eſſe ratus reparatas milite vires
Abnuet Aſſyrio id regi quem barbarus hoſtis
Non eluctantem, Solymarum & mœnibus vltro
Digreſſum, Iſacidáſque vehet Babylonis in vrbem
Exuuijs templum populans, & matre creatum
Noſtra præficiet Verpis, veritúſque, parentis
Ne forſan ſubeat memoratu iniuria gnato,
Succurrátque animo, poſt huic diademata demet,
Edicétque ſibi geſtantem vincula ſiſti,
Et conſanguineos, regnóque faceſſere matrem,
Regis & amoti patruum diademate cinget:
Annos Aßyrij qui poſtquam principis octo
Gratus in officio fuerit contentus amanter,
Deficiet Pharium ad regem maleſanus in vrbem
Exin poſſe ratus Babylonis tendere victor
AEgypti auxilijs: rex non AEgyptius autem
Aßyrio obſeßum veniens examine ſoluet,
Aſt vno domitus Syriam certamine linquet:
Rex Solymus verò ſpatium natale petentem,
Vinculáque idcirco paßurum (hoſtilia tanquam
In loca diffugiat) cœnoſo & prorſus in alto
Arcendum puteo, ſerua ac miſerante trahendum
Audiet haud vatem ſuadentem mœnia dedi:
Obſidione igitur miles Babylonius vrbem
Per denas Solymam premet, & Titanidas octo
Peſte laborantem ſacri ob contagia inanis,
Atque famem paßam, palantéſque agmine fuſo
In campo Hoplomachos, dilabentéſque fugabit:
Comprenſúmque fuga curſum Ierichuntis in æquo
Vinciet hinc Amathes ducendum in mænia regem,

Pignoribúſque ſimul præſentis ad ora parentis
Ille cruentatos configet luminis orbes,
Quem Babylone ſua ſiſtens in regna reuincti
Tranſmittet deſerta ducem, cui munia belli
Credere conſuerit, ſternet qui regia flammis
Atria, plebeiáſque domos, & templa cremabit,
Transferet & reſtans à pugna vulgus herili,
Deſtituétque illic tenues, ſuſpenſa bidente
Qui vineta doment, incuruo & rura ligone,
Cuſtodémque adyti geminum ſub vincula mittet:
Atque equitum quoſdam conducet ad ora magiſter
Regia cum Sophre, ac aſſeclis quinque tyranni,
Hóſque ſuo feriet iugulandos principe coram:
AEráque diripient Chaldæi: ac thuris acerras
Conflatas ſolido ex auro, pondúſque reuellet
Simplicis argenti, & phialas præfectus equeſtri
Militia, atque lacum, gemináſque perinde columnas,
Factáſque à Salomone baſes ad numinis aram,
Nolentémque ſequi ſeſe in Babylonia vatem
Regna ſinet Maſphæ ciuem conſidere in vrbe,
Atque Abicame tuum genus ad regimenta vocabit
Enſe Nethaniade in Maſphana ſede necandum
Lotiade Solymas venturi à principe ad arces,
Hincque fuga arcendi: qua tum pro cæde verentes
Præfecti Aſſyrium regem à natalibus oris
Iſacidæ abſcedent AEgyptia ad oppida ituri:
Excæcata nepos fodientis lumina quondam
Hinc alio manicas regi Babylonius æuo
Exoluit Solymo, comitem quóque regia nactum
Fercula præcunctis ducibus cumulabit honore
Vltrò quòd Solymam Chaldæis dedidit vrbem,

Progeret haud verò patruum de carcere,ſed quem
Regali exanimem tumulo dignabitur olim
Quò raptas adeò feſſum? qui thura volentem
Impugnas adolere ducem trepidantibus aris
Mole flagellata montis, cliuóque tremente,
Et direpta ſacras reddentem vaſa per aras,
Vincula ſoluentem quoque Cyrum ſuggeris Eſdra
Vicenis, denisque quater prope millibus vrbem
Viſuris Solymam: Dario & principe Hebræi
Reddentur patriæ,& reuehentur Ioſua per te
Ad natale ſolum, poſt & ſubluſtribus vmbris
Frondibus inductis recolet ſolennia vulgus
Umbratum viridi ſcena, cultúque ſacrorum
Geſtiet exorto confundens gaudia fletu:
Adueniet cum quo Babylonis nomine dictus
A patre deſertor præſago,alienus & omnis
Opprobrij,pariter quod genti auertere poſſit
Iſacidum quondam toleratum,deſeret iſque
Aſſyriam hortorum nulla dulcedine motus,
Quos in delicias ſuſpendet Cyrus amicæ,
Séque tibi comitem,ac Hebreis omnibus addet:
Quorum hinc auſpicijs reuireſcent ſacra duorum
Leuigenas ſecum ducentum,& ſemina Iudæ
In patriæ fines,alijs Babylonis amore,
Fundorúmque nimis genuino fœnore captis:
Scilicet ille comes ſub Cyro mœnia rege
Adueniet Solymum, Dareij principis idem
Fretus amicitia rurſus Babylona reuiſet,
Atque iterum patriæ tecum repedabit in oras,
Aráque tolletur poſito fundamine templi,
Ordine tranſierint cùm centum luſtra,duóque,

Atque anni gemini, Salomon fundauerit ex quo,
Quæ delubra ſinunt per me non prælia poni:
Túque Nathinæos Eſdra *à Babylone reduces,*
Leuigenáſque, decus poſtquam trieride Xerxem
Iam ſolij, necnon geminis erexerit annis,
Ante quidem viuo ſub cuius Ioſua patre
Ingenitale *ſolum* Chaldæo *ex orbe profectam*
Ducet vtramque tribum: planè à Babylone relictâ
Implorans facilis tunc primùm à numine cœli
Fœlicem precibus pacem, ieiunia Hebrais
Et *ſimul indicens patria cum limina rurſus*
Contigeris, *grauiter ineuntes extera queſtus*
Connubia *Hebræos crinem, barbámque reuelles,*
Inſtaurare adytis vbi ſuaſerit Heſperus ignes:
Iſacidum haud adeò tectum certauerit vllus,
Siue procheirus erit, is legum ſiue peritus:
Ter quóque poſt ſenos, ex quo migraueris, annos
Ducendis aderit recidiuæ mœnibus vrbis
Pocula *præguſtans regis, prunáſque vetuſtas*
A *puteo altaris poſtquam celante iacentis*
Hauriri gelidæ ſuccos mandarit inerteis
Exta *pereſuros concepto luſtrica* Sole,
Adueniet, ſudánſque fores aſſurgere limen
Amraidis *claudet populis, addétque labori*
Artificum è muro ſparſuras tela cohortes
Xerxe *quidem gnato Dareij cepta probante,*
Seruitijque iugo dirimet venire volentes,
Inſtruet *Hebrais & largo adipata paratu,*
Edicétque *fores valuarum haud cardine verti,*
D*um rediens æſtu fuerit flagrantia Solis,*
P*oſtque recenſebit plebem, cogétque ſenatum:*

Aduenies præ quo,legiſque volumine lecto
Sedabis lachrymas vulgi,texiq́ue iubebis
Frugibus à meſſis conſerta vmbracula fronde:
Ieiuni Iſacidæ tunc ſparſo puluere crinis
Informes populos externæ marginis oſi
Crimina damnabunt,& bis,totiéſque volumen
Leuigenæ euoluent,numénque in vota vocabunt,
Blandis atque deum precibus cum fregeris Eſdra,
Is quibus officiis raptos deuinxerit olim
Aegypti regione Arabum per inhoſpita ducens
Moabidum ad ſpatium,Chananaáque regna ſubactis
Hoſtibus,expromes Adonai fœdere iuncto,
Se fore & hæſurum vulgo ſpondente receptis
Legibus,& victum mercari haud luce,laborum
Qua ſeptena dies curas tranquilla remittit,
Hinc Solymi tantùm populi pars dena, ducéſque
Septa colent,omnes atque in luſtranda citabunt
Mœnia Leuigenas moturos ſiſtra,lyráſque,
Cymbaláque,& templo luſtramina ſacra daturos
Conſtituent,prima qui ſacrent dragmata frugis:
Mnemoſyne verò qua luce ſubibit Hebreis,
Annales vt erunt reuoluti à lemmate primò,
Non ſibi nimirum Syriæ ſubeuntibus oram
Moabidas populos eſcas prompſiſſe precatos
Triſtia nolentis per voces omina vatis,
Iurè ſui arcuerint quos tunc à fœdere paſti,
Connubióque nurus hac nuſquam à gente petitas
In mentem veniet,non has quoque ritè locandas:
Externæ diriment ergo commercia turbæ,
Leuigenis decima & reddi pars debita frugum
Occipiet, Solymas neque membra oneraria aduſque

Impune

Impune aduenient deuota luce quieti:
Haúdque ſuas Tyrij vectas à litore merces
Conducent, pœnaéque manent lotæa petentes
Germina connubio, quæſitáque mœnibus Azes:
Tunc inſtauranda veniam quam ſcilicet vrbis
Deſertor pariet Babylonis nomine dictus
Regis ad aſpectus memorans concedere amori
Omnia fœmineo, quæ nos affectibus vrgent
Vota ſuis: equites rex Oebaris arcte creatus
Pignus amicitiæ propter ſociabit ituro
Hinc patriæ ad limen veteri coniunctus amore:
Iſque operi inſtabit, Siſinne haud vſque labore
Artificum infeſto, ſtructuræ incumbere poſtquam
Liberiùs poterunt literis à rege petitis:
Quo ventura ſuis vates popularibus æuo
Secula prædicet, effata Lecharia & edet
Aggæo comite: ad iuſſum tunc numinis Eſdras
Tempora prædicet vatum, fontéſque futuros
Biſſenos ſcatebris, totidem quoque palmite lætos
Stirpes arboreos, ſeptena & culmina montis
Purpureas fuſura roſas, & lilia ſurſum:
Et fore placandam reuocatis occinet æthram
Exulibus, Solymo inque iugo cùm viderit hermam
Extantem iuuenis, qui tempora multa coronis
Cœlicolum cingat, Babylone tuebitur idem
Incumbens pluteo Solymæ infortunia cladis,
Et Babylonis opes, ſed qui nimis ardua pendat,
Vt ſi quis ſpatium fluxi reuocare diei
Metirique velit flatum, vel pondera flammæ
Pendere concipiat ſtateræ examine bardus:
Et genio is recubans hortante monebitur axis,

AEquor vti Sylua tractus non obſidet, haúdque
Sylua tenet bibulam pelagi fluitantis arenam,
Sic homini vetitum rimar arcana, vicéſque
AEtheris: accipiet pariter teterrima primùm
Vtile conuelli, ſurgant generoſa priuſquam
Semina, nec tantum luſtris ſupereſſe futuris,
Tranſmiſſo ſpatij quantum defluxerit æuo,
Fornacíſque rogum cernet, fumóſque ſequaces,
Et fœtam plùuia nubem, guttáſque fluentes:
Neglectáque fide terris Aſtræa faceſſet:
Tertiáque vt ſonitum dederit tuba, nocte nitebit
Ter Titan, totiéſque die Titanis inerrans,
Lignáque ſudabunt roſeum tremefacta cruorem,
Effugiet petris & multa loquacibus ales,
Et chaos emerget deforme, bitumine piſces
Eructante vadis progeſtos nocte ſonoris,
Scintillaéque polo tranſcurrent igne frequentes,
Abſcedéntque feræ ſyluis, & menſtrua fundent
Horrida membra ſinu muliebri, ac vnda ſaporem
Contrahet ingratum, luxato pignore amoris:
Iſque vbi dimiſſo puluillo vt agalmata abhorrens
Ieiunus miſeris ſeptena luce querelis
Inſtiterit, diſcet lachrymando occluſa Tonantis
Conſilia, euentus vt nuſquam noſſe futuros,
Contrahere aut nubem licet in tellure fluentem,
Arentíque decus primæuum reddere flori,
Abſtruſóſque ſoli rimis aperire meatus,
Et latebris cæcos imis educere flatus,
Dicere vel, quæ ſit ſonitus vocalis imago:
Agnoſcétque ſimul non in rem corpora naſci
Omnia, cum gnatos vno materna tenore

Viſcera

Viſcera non gignant pariles, vernantibus vtque
Quos annis peperere, magis tum robore pollent,
Tardiùs occidua quàm quos geſſere ſenectæ,
Non ſecus immanes olim creuiſſe gigantes,
Núncque breues laterum ſpatio procreſcere fœtus,
Cunctáque ſortiri nutus voluentis Olympum,
Qui fatum ſerie digeſſerat omne, priuſquam
Arentem duraſſet humum, nubéſque priuſquam
Farta foret tonitru ſuſpenſa, ac fulgure, & eſſent
Ante noui quam per violaria pinguia flores,
Perniciéſque poli iuuenes per inane volarent:
Vóxque ſonis vndæ curſus imitata frequentes
Tempora monſtrabit lapſura, librísque ſolutis
Anniculos fœtus fuſuros ore loquelas,
Hauſturóſque diem, quos ſolùm geſſerit aluo
Menſe parens triplici, perituráque ſemina glebis:
Nulláque amicorum à vocali gratia concha
Stabit, & arentes fontis mirata meatus
Terra tremet: ſperent à quo terrore ſalutem
Incolumes facilem poſtremi in finibus æui
Deriuato habitu mentis meliore ſagacis:
Atque is cum lachrymis refricans ieiunia rurſus
Anguſtum virtutis iter ſub imagine Porthmi
Audiet hinc Mauros, illinc pulſantis Iberos,
Vrbis & introitus, necnon à funere Chriſti
Poſt genus extinctum mortale, & corpora luci
Reddita cenſendos homines, qui fingere mores
Eximios poſſint, ſceleríve addicere vitam,
Quorum cœlicolæ ſint pauci, rarius aurum
Eſt vt humo figlini operis, cœnóque ſequaci,
Semináque à ſulcis non omnia vt arida ſurgunt:

Suppliciúmque manet ſontes: & rurſus in æquo
Manderit vt ſeptem per Soles vnica florum
Pabula, lamentum mulubre exaudiet hauſto
Puluere triſte quidem vicina ob pignora tædis
Morte affecta, ſuos Solymarum more querentum
Exilio raptos ciues: mutatáque vultu
Fœmina concutiet ſonitu telluris hiatum
Aere vaneſcens: & rurſum credita duci
Mœnia parebunt dubitanti, an ſomnia verſet:
Altera cúmque dies rurſum diluxerit orto
Sole, trium capitum ſpectabit vertice fretam
Conductam flabris aquilam, vaſtíſque tegentem
Omne ſolum pennis, & terræ extrema domantem:
Edicet vigiles motis ea vocibus alæ
Per plauſum excubias, biſſenæ ex ordine pennæ
Cuius in imperium tendent, capitíſque vorabit
Dexter apex læuum, prorſus quam flamma tumultu
Atteret excito correptam voce leonis
Humanos imitante ſonos: qui primitus horror
Abdaidæ exanguis vati conſpectus inertes
Diſcutiet ſomnos: hinc Eſdram inſiſtere iuſſum
Florigero in campo ſeptenas ordine luces
Multi conuenient hunc cœtu abſcedere queſti
Iſacidæ, is patriæ ſe verò fundere narrans
Nomine velle preces tum cernet ſomnia rurſus
Scilicet exortum fluctus impellere flatum,
Immanémque virum multis cum millibus axis
Horriſonum, & rapidos iaculantem vocibus ignes,
In iuga qui montis pelagi prolatus ab acta
Fauce rebellantes flammantem efflante vaporem
Flammeus incendat, ſola reſtante fauilla:

Ille

Ille erit aſtrorum fictor, qui pace quieta
Leniat inſontes: vmbrato hinc palmite querno
Vox emiſſa dei iam ſecla ſeneſcere dicet
Deſolata fide, fucum & facientia verò:
Hinc ſociis campum conſertis quinque reuiſet,
Iuſſus & ignitum ſorbebit gutture ſuccum
Solertes animos auctorum, & plurima noctu
Charta notis tractim literarum impreſſa volumen
Conficiet, per quod præſagi oracula cæli
Denique noteſcent conſcripta minoribus olim:
Tranſmittenda ſacri eſt pars inde voluminis vſque
Patricios populi ad primores indita ciſtæ,
Atque authore ſuo pluteis obducta premetur:
Cætera in arrectas populi vulgabitur aures,
Seruitio à regum quem vindicet vltor iniquo
Terrarum, cælique opifex, Arabúmque dracones
Flammet in Aſſyrios, nubémque impellat ab Arcto,
Cardine & Eoo medij ſub inania cœli
Sidera moturam, quæ pulſu illiſa viciſſim
Inuehat infando rorántem ſanguine cædem,
Alterius qua vis potior ſub ſidera nimbo
Terrebit piceo, flammaéque tricuſpide telo
Infima terrarum, pluuiáque vndantibus agris
Mœnia proſternet, montéſque à ſede reuellet,
Stirpitus atque nemus, commiſſáque ſemina terræ
Candentémque dabit cineri Babylona, viróſque,
Eruet exoſæ conſortia priſca ſecutos:
Quæ Pharij ſe non poſſint à ſtrage tueri,
Nec Tyrij, curſum velut vſque arcere leonis,
Nec licet accenſas culmis auertere flammas,
Viribus aut validis tortum deflectere telum:

Sic mortale fame genus, & tenuabitur armis,
Inſtituens nec erit plantaria, & inſita curans,
Et nemo faciet ſementem ſemina iactans,
Nullus & exortos diſtringet ab arbore fœtus:
Squalida pro violis horrebunt rura rubeto,
Et pugnæ cuneis à ſtrage virilibus hauſtis
Deerunt, parthenicæ quibus olim nubere poſſint:
Finitimo inſtabunt quæ dira pericula motu,
Vicinos veluti fert Ilithya labores,
Poſtquam in ventre nouem concreuit menſibus infans:
Tunc ſegetem agricola multa ſudore paratam,
Atque repurgatam lolio prædabitur hoſtis,
Pignoráque eripiet: quam noxam haud æthra repellet
Non os oſſa ſecus, quibus eſt res aucta rapinis,
Quàm ſi qua ambigui non eſt matrona pudoris,
Quæ ſcortillum odio, conſectetúrve procacem
Iurè inimicitijs mœcham: mentíſque mouenti
Cuncta recludentur plexuro crimina flammis,
Qui ſcelus auerſos, & dira piacula tanto
Aſſeret à caſu, cùm ſcilicet ingruet horror,
Mactatu ſtatuis & erunt libanda profanis
Corpora: tum virtus rigidis exercita fatis,
Magnanimíque animi pietas ſpectanda labore eſt,
Vt non materies decreſcit fuſilis auri
Ignibus: inuoluent ſceleroſos crimina verò,
Ceu ſpinoſus ager incultis ſentibus horret,
Dum rogus ambuſtos aſſumpſerit vndique vepres:
Rareſcens quin vmbra mihi iam deficit Eſdræ:
Vaſtitiem & Solymarum aliam poſt multa reuoluo
Secula, & excidium vaſtanda conſpicor vrbis:
Atque vbi Pelleus commutans æquora claſſe:

Quà

Quà multa Ionio latrata eſt inſula fluctu,
Aegeóque mari, Medos, Perſáſque ruinis
Perculerit, ducibus, quos flore adamauerit æui,
Conferet is ſolium, naſcetur origine quorum
Antiochus genitore ſatus, qui mœnibus obſes
Romulidum infeſto Ptolomæi regna ſenatu,
Perſidáque inuadet, Solymíſque minabitur aris:
Deficient Verpi à Moſis tunc lege frequentes,
Externóque ſibi commercia more parantes
Barbara gymnaſium ſtatuent, nulláſque puellis
Pelliculas pupis in verpæ vertice cædent:
Tum poſtquam Antiochus pugnam terráque, ſalóque
Aegypto intulerit, grauidus Ptolomaide præda
Direpto Solymum templum populabitur auro
Ciuibus in miſeros fletus, gemitúmque ſolutis,
Poſt ſpatij & curſus reuolutos Sole biennis
Tranſmittet yſiam, populum qui fraude cruentans
Extinguet, miſeráſque premet cum ſemine matres
Seruitio, & muri ſurſum volitante fauilla,
Ac domibus rapido verſis ciuilibus igne
Præſidium montis ſecurus in arce locabit,
Turritóſque apices ducet: qua ſede morantes
Hopplomachi, & montis ſtationem in culmine agentes
Sic clade afficient Solymos, vt mœnia ſouant
Iſacidúmque tribus adiget tunc legibus omnes
Impurè Antiochus vbicunque hærere profanis,
Moribus atque ſuis Solymos inſiſtere ciues,
Et colere effigies Superum, pulpámque ſuillam
Manderé, & haud pelles exſcindere penibus vllas:
Iuppiter in ſacra & ſtatuetur Olympius æde
Exuſtis legum tabulis: ô clara merentes

Nomina, pro cultu quos numinis hauſerit enſis:
Tempore Modinis *hoc viſes triſtior arcem*
Mattalia, & gnatis comitatum quinque ſequutis
Te non efficiet thymiama adolere ſatelles
Regius allectum pretio, neque lege reflectet
Moſis ab antiqua tibi pectus, eúmque moleſtum
Ob ſcelus inuiſum feries, & ſacra ferentem,
Infandóque rues polluta altaria cultu
Vrbe gradus refugos montano in culmine ſiſtens
Ciuibus *huc tecum denſis coeuntibus vltro:*
Mille manus quorum demittet regia morti
Corpora *ducentum ſacrata luce quieti*
Decertare nefas: quorum cum fleueris vmbras,
Effigies *diuum reparato robore velles*
Præcidens *pueris verparum in vertice pelles:*
Et *iam finitimus fatis hortabere gnatos:*
Cuius ab exitio ſontes punitus Iudas
Nomen in extremum generoſus proferet orbem:
Huius Apolloni *vim vis,* Seronáque *virtus*
Obruet, & Lyſiæ fidei mandante ſalutem
Antiocho *gnatus moturo prælia* Perſis
Diripiet *ſpolijs te victum Gorgia ademptis*
Sub noctem obſidijs caſſis, Lyſiaque ſequenti
Verè aciem ad templum virgulta virentia ſtringens
Inferet, atque recens in fano altare nouabit,
Vaſáque viſceribus faciens, cantúque dicabit
Atria vocali, ductis & mœnibus aras
Eriget, *hæc circum reparata ferentibus ægrè*
Finitimis: exin Lotea examina vincet
Ille, & Idumæas *acies: poſt Hippide in ora*
Timotheum ſubigens Carnanam *arctabit ad aram*

Hoplo-

Hoplomachos domiti, partémque vltricibus vret
Occluſam facibus, cùm pars erit obruta ferro:
Tempore quo frater Galilæos aſſeret armis
Hoſtis ab edomiti caſu tria circiter enſe
Millia pugnantum fodiens, reſtantia verò
Vrgebit foribus recipi Ptolomaidos vrbis,
Victor at Argobidum *in ſpatiis* Ephrone *reciſa*
Ad Solymam Iſacidas ſiſtet luſtralia flammis
Viſcera ſubiiciens: non ſic memorabile nomen
Condet Ioſephus, quem pellet Iannia, cuique
Inſtruet aduerſas acies: temeraria necnon
Arma ſacerdotes nullo ductore mouentes
Cedentur gladiis, cùm debellabit Iudas
In Chebrone manus domitas, in mœnibus Azes
Præcipitanda rogis ſimulachra hinc eruet aris:
Interea infectis armorum in Perſide rebus
Audierit Lyſiæ ſimul vt certamina victi
Antiochus curis ingentibus æger, amico
Committet ſolij ſummam, gnatúmque Philippo,
Occidet & morbo, cùm te Babylonia adibit
Ora: ſibi exhibitum Lyſias & denique natum
Conſtituet regem poſt iuſta peracta parentis
Vindice Adonæo ſublati, & nomine dicet
Eupatorem: poſito qui poſtquam exceperit arcem
Præſidio Solymam, Nabathæo ex orbe reuectus
Bethſuram adueniet, ſed cui prodibit Iudas
Bethſacaram contra cuneos ſtatione mouenti,
Leucothoe irradiet dimota nocte priuſquam,
Aurane anguimanū & compreſſo pondere barri
Obſidium regis contra tutabitur arce
Se Solyma, tenuem obuictum qui fœdere iuncto

Non crimen præſtare fidem regale queretur,
Mœnia nam ſubiens rex muri à milite ſterni
Efficiet gyrum, ſoliȷque à ſede Philippum
Exiget, *hunc verò cædi, Lyſiamque necari*
Committet ſoboles hinc Tybridis amne Seleuci
Progrediens pelago primùm contermina frenans
Oppida, conflabit cui diras Alcimus *iras*
Mattatiæ ingnatum, dimiſſo Bacchide, eúmque
Prætento haud poterit ſubducere fœdere miſſus,
Tricenóſque dolo ciues, totidémque necabit,
Bacchide & in patriam manibus remigrante relictis,
Alcimus accedet Amathen, queſtúque tyranni
Implorabit opem longè potioris Iudæ
Viribus inferior propiora pericula promens,
Nicanórque aderit non celans fraudis opertæ
Conſilium: S*olymis qui poſtquam illuſerit aris,*
Ditabit ſpolijs hoſtem iugulandus in æquo
Vici Adaſi *tantùm à caligatis mille ſubactus:*
Victor at excipiens Romanæ inſignia gentis
Nomina, pugnatáſque acies, domitóſque tyrannos,
Regnáque patricio nulli affectata ſenatus
Eupolemum ad Tybrin, & Iaſona *claſſe iubebit*
Tendere: concipient qui fœdera iuncta Quiritum
Cum populo Solymo, túmque exorata recepti
Romulidis Verpi referent ſpondentia vires
In *bellum ſocias, Latiæ & commercia gentis:*
Iſque manus rurſum cum Bacchide conſeret, vtque
Contulerit dextrum cornu, potiore ſiniſtro
Saucius ad manes ponet defletus auorum,
Aris præfuerit poſtquam trieteride, & anno
Alcime ſuccedens tibi vindice numine rapto

Euita,

Euita, quòd eris muros euertere adortus
Antiquos adyti poſitos à vatibus olim:
At vice fraterna palantes colliget Apphus,
Terra magiſtratus tulerit cum Bacchide lectos,
Hic quoque fraterna Meduanos cæde cruentos
Lætitiæ intentos hymenæi proteret vltor,
Bacchide vt abſcedens longè haud Iordanis ab acta
Committet fluuio ſeſe, comitéſque natator,
Colla reflectentem cùm non iugulauerit hoſtem
Traijcere haud auſum ripas, & nare per vndam,
Et loca Iordani vicina paluſtria inibit,
Caſtráque ſub noctis aduentum Bacchidis intrans
Tum cædem faciet, tormentáque bellica aduret,
Atque exorabit migrante à Bacchide pacem
Fœdere captiuis percuſſo vtrinque receptis:
Ille igitur Machinam veniet, tunc ciuibus in qua
Iura dabit pœnis temnentes ſacra retundens:
Hunc flectet domita Ptolomaide coccina mittens
Sub ſua Alexander *tunc ſigna merere volentem,*
Atque eblandito retinebit fœdere amicum,
Cum donis licèt huic regimen Demetrius arcis
Spondeat, obſidibus oblatis vrbe reuinctis
In Solyma, occaſum qui pugnax Solis *adúſque*
Cedet Alexandro, *cœnum & Demetrius intra*
Exſternacis equi tergò delapſus, equeſtri
Agmine & oppreſſus vitam per vulnera foſſus
Finiet, exacto poſtquam poſſederit anno
Ius regni vndecimo: victor qua ſtrage ſuperbus
Connubij orabit Ptolomæum *in vincula natæ,*
Iſque tuum Cleopatra *ſinum potietur, &* Apphum
Munera purpurea velabit veſte ferentem,

Fibuláque addetur: veniet poſt Cretide ab ora
Filius in cœno Demetri cuſpide caſi,
Cuius in aduentu diſcrimina inire citatum
Queſtus Apolloni pro te haud certaminis Apphum,
Ciuibus & tremulis rumpentem mœnia Ioppes
Prælia militibus contra miſcere iubebis,
Apphus & Azotum ſectatus adúſque fugacem
Mœniáque irrumpet, ambuſtáque fana cremabit,
Et Solymas veniet, ſe paſſa vbi mœnia dedi
Prætervectus erit Hymenæi à nomine gnati
Dicta: ideo lætis belli ſucceſſibus actis
Motus Alexander ſimulabit gaudia honore
Victorem cumulans, mittetur fibula & Appho:
Tum maris inſtructus Ptolomæus claſſe mináxque
Agmine terreſtri genero laturus in arma
Ibit opem: tunc, quòd delubra deuſſerit Apphus,
Inſimulandus erit, ciuéſque ob cæde peremptos
Sanguinea, ſed non plectetur dragmata portans:
Rex adeò generi inſidiis ſtomachatus apertis
Eripiet gnatam, Demetri coniuga quò ſit
Connubio, & mortem ſocero molitus opertam
Deditus in tenebras fugitans Ammonius ibit
Fœmineo indutus comptu: ſed digna ſubibit
Supplicia: hinc Amathes Ptolomæus mœnia adúſque
Deueniens Aſiæ ſceptrum regale tenebit,
Vt regat Ægypti populos, ac Aſſidis oræ:
Hinc & Alexandro Syriam vaſtante rapinis,
Vaſtatorem Arabas Ptolomæus adúſque fugabit,
Præcipitandus erit quamuis horrente ſonorem
Barri cornipede, & telorum plurima bello
Vulnera paſſurus, ſed quem tamen aſſeret hoſte

A bel-

A bellante manus comitum, caput enſe reciſum
Rex Arabum mittet cum foſſi cuſpide acuta
Regis Alexandri: P*tolomæúſque ibit ad vmbras*
Non ita poſt multò, cuius non agmina habebit
Exanimi humanè, & fiet Demetrius excors
Immemor officij iunctæ P*tolomaidos olim,*
Sícque ea erunt patriam barris aditura relictis:
Aſſignans adeò dominatum huic vrbis Ioppes,
Ac Chutenorum, Galilææ gentis & vnà
Expugnanti apicem Solymum tractabilis Appho
Fiet, & huic regimen confirmans aſtruet aræ,
Accierit *poſtquam literis Ptolomaida adúſque*
Laturum trabeam, ſimul & munuſcula ſecum,
Vt per Mygdonios *hoſtes illata refellat*
C*rimina: rex ducens examina Creſſia ſolùm*
Auxiliis cuius procerum iurata ſuorum
Agmina deiiciet verſurus terga Triphoni
Antiochum *ſolij poſituro in ſede paterni:*
Redditus hic regno fœdus venabitur Apphi,
A*tque Philiſtæis domitis, Gazáque ſubacta*
Antiocho victor Apphus ſcrutatus amico
Auxilium *Romæ fœdus ſociale nouabit*
Cuncta hilaris iuxta mentis ſuccedere nutum,
S*partiatáſque ſibi iunget, nec ſigna pauebit*
Demetri ſtatuens Amathen *ſua caſtra ſecundùm*
Obuius, atque ſequens fugitantia in vrbe Damaſci
E*xponet ſpolia erepta venalia prædæ*
Vaſtatis obiter Nabathæis primitus oris,
Tendet & is lapſos Solymarum educere pyrgos:
I*lli fata Triphon moliri euentibus inde*
I*nducet dubijs animum, quò ſceptra perempti*

Occupet Antiochi, Nyſæque in ſede minacem
Molliet alloquio, ſed quem Ptolomaide ciues
Arctabunt, ſociósque prement, vinctóque reſoluet
Nuſquam vincla Thriphon, quamuis à fratre Simone
Regali accipiat pro cenſus iure tributum,
Spondeat argenti & centum licèt ille talentis
Soluere germanum penſis, quem ſubdolus orco
Oblitus fidei mittet: tum colliget Apphi
Membra Simon, tymbóque dabit, quem molibus ornet
Pyramidum ſeptem ſignans has nomine fratrum,
A Baſca & referet Medini exangue cadauer:
A qua cæde Triphon regis per vulnera ſternet
Progeniem, ducent numen cognomine bardi
Quem populi: patriámque Simon ditione Triphonis
Eximet, inque ducis vota haud Demetrius ibit
Arſace paſſurus fatum domitore ſupremum,
Belli ob ſuppetias Medorum vbi robora coget:
Hinc ſimulachra deûm Gazæ in penetralibus vrbis
Exturbata Simon temnet, ſimul exiget idem
Arce Philiſtæos Solyma res pace ſuorum
Amplificans: Apphi haud cædes celata Latinis,
Spartiatis nec erit auidis reſtare Simonem,
Fœderáque Oebalidæ primùm concepta nouabunt:
Is ſolido ex auro conflatum ancile Quiritum
Concilio mittet, æquato & gentis amore
Conſulis Auſonij Ptolomæum charta iubebit
Haud acies contra Solymos inferre minaces:
Octo cúmque Simon Verpos defenderit annis,
Inſidijs generi Ptolomæi corruet inter
Conuiuas epulans, vinclis artabitur vxor
Cuius, & arcebunt geminos immania gnatos

Vincula,

Vincula,& euadet Hyrcanus cæde Simonis
Filius in muros fugitans,fretúſque fauore
Ob patrem populi Ptolomæum prodiget vrbe
Fortiter inſectans tractum Ierichuntis adúſque
Muris finitimum,manibus quem deſinet autem
Oppugnare ſuis matrem miſeratus,& vnà
Publicitus fratres maſtige ad mœnia cæſos,
Impugnare parens hoſtem licèt vſque monebit:
Illam cum geminis Ptolomæus deinde necabit
Pignoribus fugitans exin Zenonis adúſque
Præſidium,qui tum Philadelphi mœnia inibit:
Antiochus vero pendens incommoda ſe cum,
Quæ perpeſſus erit per cladem accepta Simonis,
Mœnibus Hyrcanum tutis ſuccedere coget:
Ille pij verò pulchrè eſt cognomine habendus,
Per ſeptem celebrare dies ſolennia quando
Obſeſſis impune dabit donaria mittens,
Percuſſoque manus ſociales fœdere iunget:
Atque talentorum tria aperto millia tymbo
Egeret inde meo,regémque Hyrcanus in vrbe
Comiter excipiet,& Parthica regna petenti
Conferet auxilium,victus licèt agmine Partho
Antiochus tibi Demetri ſua ſceptra relinquat:
Hyrcanus Syriam repetens hinc mœnia victor
Innumera irrumpet,pellémque excidere verpæ
Edomitos belli Nabathæos iure iubebit
Inde Latinorum renouans optabile fœdus:
Quem tentet vaſtare licèt Demetrius armis,
Actum aget,is quòd non auerſa in corda ſuorum
Influet:hique ſibi regem de ſtirpe Seleuci
A Phiſcone dari Ptolomæo in ſceptra rogabunt:

Mittet Alexandrum quibus is: Ptolomaide téque
Excluſum, inque Tyro Demetri denique captum
Cadet Alexander: Hyrcani hinc fœdera nactus
Qui perimendus erit Demetri à pignore forti
Committente ſuo bellum cum fratre, manúſque:
Sic erit Hyrcanus belli ſecurus, & auri
Maxima congeſti tranquillus pondera coget,
Obque Mariſſenos Chutenis prælia laſos
Inferet, æquabítque ſolo cum turribus vrbem
Ad victa excidium geminis venientibus illò
Pignoribus, dabitur quam non exoluere diris
Cladibus Antiocho Tripolim concedere adacto:
Inde Phariſeos omnes illata peroſus
Dedecora ob generis, matrémque ſubinde vocatam
Hoſtilis domini ſeruam, pretióque redemptam
(Præſulis exuere is petalon quo nomine ſacrum
Deberet ſolij regis contentus honore)
Hyrcanus meritò concepta pectoris ira
Se Sadducæa volet omnem adiungere ſectæ:
Cuius regificè poſt mortem gnatus obibit
Munia, & in regni ſocium commercia fratrem
Optabit, triplici germano carcere preſſo,
Atque parente ſua ſub tecta nigerrima miſſa
Sollicita phylace, quòd erit tunc æmula regni:
Antigonum & cadi feſtorum in fine iubebit,
Cuius ob interitum metanœa affectus obibit
Illachrymans: coniux verò poſt funera humati
Nomine Alexandrum fratrem pro coniuge regem
Conſtituet, quem rex pugna Ptolomæus adortus
Vincet, & Eucerus fugitantem in culmina montis:
Denique Alexander morbi contagia ducens

Ebrie-

Ebrietate cadet vxori regna relinquens:
Mortua quæ poſtquam fuerit, diadema parentis
Omnino capiet gnatus, fratrémque iubebit
Cum populo Hyrcanum priuatam ducere vitam
Inter municipes gentis de pluribus vnum;
Reſtituet ſed cui regnum Pompeius, eúmque
Poſt Latij excludent ſolio conſulta ſenatus
Antipatris gnato Herodi tribuentia ſceptrum:
Adueniet primum quo rex exoticus auo,
Optati nec erunt Iudæo ex ſanguine reges:
Tuncque dei naſcens orietur origine Chriſtus,
Fons olei cùm trans Tybrin de ſede tabernæ
Fluxerit vbertim, circúmque Hyperionis orbem
Circulus aſpectus fuerit Titanidis inſtar,
Præſago ruerit Pacis quoque Apolline templum,
Bis duo tranſierint annorum vbi millia ab orbis
Terræ principiis, & luſtra quaterna, decémque,
Vnus & anfractus ſolari exiuerit annus,
Biſque dies octo, ſex & Titanidis ortus:
Ah vos ô Solymi neglecto carmine vatum
Funera quanta manent: video rorantia nimbo
Limina ſanguineo, ſolatáque ciuibus actis
Mœnia, & arbuteo ſqualentem vimine ſedem,
Deſertáſque domos, horrendáque monſtra ferarum
Inſediſſe locum, polluto & currere templo,
Marmoreúmque ſuem portæ pro fronte locatum:
Horreſco memorans, nec mens laſſata monendis
Sufficit euentis, quam circùm offunditur vmbræ
Fumida caligo, ſeriémque euoluere fati
Abnegat vlterius, animúmque à corpore ſoluit
Pallida mors tenebris obducta nigrantibus & me,

Languentem cíliis ſomnus iam ferreus vrget,
In vocem tenuis nec ſufficit halitus auræ:
Dixit,& extremum ſingultans pectore flatum
Languidus obticuit preſſo ſpiramine vitæ,
Laxatíſque genis pallens obmutuit ore.
Ergo lucti: ſonis immugiit aula querelis,
Et tecti ſonitus laquearia pulſa remittunt:
Pars labro calidos latices vndantis aheni
Expediunt,corpúſque lauant,pars vnguine mulcent,
Et cilicum nimbis,& nardi mollis ariſta,
Ac caſia,& myrrhæ lachrymanon deſit amomum,
Fœliciſque Arabum patriæ cumulantur odores:
Oſſáque vt vnguentis ſuccos perfuſa biberunt,
Velamenta ſinu texerunt linea corpus,
Idque ſub ingenti fletum concluditur auro,
Et pheretro ingeſtum à comitatus lumine cedit.
Iamque magis triſtes incendunt aera matres
Planctibus,& pulſa miſeris vlulatibus aura
Cæſariem effuſæ pugnis rorantia tundunt
Pectora,& euellunt raptos à vertice crines:
Præcipuè addictæ ſtratis regalibus olim
Luctibus immenſis obitum fleuere virilem
Frigida membra oculis mœſtæ ſublata ſequutæ:
Hinc gnati lachrymis plangorem triſtibus augent,
Cognatíque duces,& manes plangit heriles
Seruilis gemebunda manus,clamátque iacentem,
Atrata & loculo ſubmiſſos ſubiicit armos
Ditato nitidæ diſperſim lumine gemmæ:
Quem mœrens Salomon Solymæ ſpes altera gentis
Proſequitur,gnatíque alij comitantur honorem,
Collucéntque viæ facibus,leſſúque reſultant:

Conſequitur funus ſimul vrbica pompa, ſonóſque
Ingeminat gemitu regis miſſura ſepulchro
Inferias: ſpatiis & poſtquam reſtitit ordo,
Exceptura quibus frigentis flebile corpus
Regifico luxu ſurrexerat ardua moles,
Integrat ingentem luctum, rurſúſque reclamat
Arduus immenſis latè plangoribus aer:
Atque miniſtrorum pondus regale gerentum
Ex humeris poſitum veſpillo excepit, humóque,
Et teſtitudines ſuppreſſit fornice tymbi
Cinnama ſubiiciens, & fumum thuris odorum,
Cui tantas aggeſſit opes, vt mille, ſimúlque
Ordine poſt annos tercentum Sole volutos
Inde talentorum tulerit tria millia præſul
Hyrcanus, Solymas cùm circùm obſideret hoſtis,
Antiochóque pro partem numerauerit, vt ſe
Obſidione manus ceſſuri exolueret hoſtis:
Inſuper Herodes cellæ teſtudine aperta
Alterius ſurſum numeroſum ſuſtulit aurum,
Contigit at quorum regales neuter habentes
Sandapilas cineres, nam ſubterranea tantùm
In loca depreſſæ fuerant, indagine poſſent
Nullius vt prorſum deprendi, aſtúve ſagaci:
Cætera tum comitum præſens manus excitat ignes,
Multa quoque in flammam iugulat mactata iuuēcum
Corpora, pubentes agnos, atrique bidentes
Velleris inuergénſque fuſi libamina Bacchi,
Extinctique vocat manes clamore ſupremo:
Dúmque nigra in tenebras caligine conditur aer,
Increpat exequiis feralem tibia cantum,
Ingrauat atque magis ſonitu lamenta querentum,

EX LIBRO PRIMO ANNOTATA, ET explanata.

Sophene pro Soba à Ioſepho vſurpatur, apud quem, vt obiter dicam, vitioſè ſcribitur per co-nam. veteres claſsici poetæ primam ſyllabam corripuere.

Sabæus à Ioſepho lib. 7. antiq. cap. 10. qui Seba in bibliis dicitur.

Palma ſecundùm quietem Saulo regnum Iudaic. cum portēdit, quod traditionibus Hebraicis proditū ſcribit diuus Hieronymus in lib. Reg. 1.

Bethſan vrbs in tribu Manaſsis, nunc Scythopolis dicta, prius Nyſa teſte Plinio vocabatur.

Iabes Galaad oppidum in tribu Gadea à Ioſepho Iabiſſa, & populi Iabeſſeni appellantur.

Saruiades dicitur Ioabus de nomine matris Saruiæ, vt Chiron Philirides, & Romulus Iliades.

Merob Melcha eſt Ioſep. lib. 6. cap. 14.

Amalecitæ nominantur Thamnani à Thamnæ concubina Eliphaz filij Eſau.

Iſaides Dauid ab Iſai, qui noſtris Ieſſe, & Ioſepho Ieſſæus, & à Caſtalione Iſæus dicitur.

Theraides Abrahamus à Therali patre, qui & Thare in bibliis paſsim dicitur.

Huramus rex Tyri 2. Para. 2. qui Hiram 2. Reg. 5 dicitur.

Philiſtis, & Philiſtias patronymica fæminea à philiſtim populis. M detracto, vt in Philiſtæo ſummouetur.

Ephræmus à Ioſepho vocatur Ephrim, Nachor à Ioſepho 4. cap. antiq. lib. 1. Chidon dicitur.

Michol Sauli filia, Aeglæ etiam nomen habet. 2. Reg. 3. cap. Anthedon Agrippias dicta Ioſeph. anti. 13. cap. 21. quæ primò Geth eſt denominata.

Adar Ezer rex Sohæ Adrazarus Ioſepho eſt Amathe Epiphania à Macedonibus lib. 1. Ioſeph. cap. 6. Emath autem in bibliis dicitur, quæ Edeſſa eſt.

'Thou rex Emath,Ioſepho Thenus eſt,Ahillud à Caſtalione Achiludus denominatur,Sarias Hebræis. Seraía

Banaias,Hebraice Benia.

Hanan corruptè Hanon

Medua vrbs Syriæ in tribu Rubenis vulgo Medaba, Philadelphia in bibliis Reblatha,& Rabbathi.

Silo Silus ſiluntis a Ioſepho, vt Ierichus Ierichuntis apud Plinium.

Luza eſt Bethel.

Hippus nonnullis mons eſt Galaad, qui Galades à Ioſepho ſcribitur.

EX LIBR. II.

Huria pro Vrias, teſte diuo Hieronymo ad 1.par.11 cap.

Bethſeba quæ Berſabee.

Dammus Hebraicæ Damim, nomen regionis, quæ vulgo Domim.

Acchron & Ecchron melius quàm Accaron.

Remptis Hieronymo Ramatha eſt in locis Hebraicis Ceilla dicitur à Ioſepho, Cilla, vnde Cillani, qui & Charmiadæ à Charmio, Abigail à Ioſepho Abigea.

Siceleg,Sicella Ioſepho.

Corſeus fluuius,qui & torrẽs Ciſſon, vnde Corſeis.

Beſor torrens.Ioſepho Baſelus.

Achis rex,Ioſepho Anchus

Hieronymus in 3,cap.lib.1. Rex derelictos ad Baſelum ducentos non videtur æſtimare laſſos,ſed iuſſos Eraſmus autem cum nõ vult traditionem eſſe Hieronymi, ſed alterius,cui accedo,cùm Ioſephus eos delaſſatos lib.6.antiq.16.cap.velit,& à bibliis Dauidem ſequi nõ potuiſſe præ laſſitudine referantur.

EX LIBRO III.

Solymæ Solymarum Hieruſalẽ eſt,quæ Solyma à Ioſepho 1.Antiq. 10.& 3.lib.7.quam eãdem Salem caſtalio exiſtimauit ductus Ioſephi auctoritate ex eodem 10. cap.libr.1.antiq.Et ſi Solymas pro Salem verterit Pſal.76.

Thecua produci,& corripi poteſt in penul.licèt Græcè per ω ſcribatur.

Gilo Ioſepho Gelmo, vbi natus Achitophel auus Bethſabees,vt vult diuus Hieronymus in Reg.lit.Deuirgi habitatores Deuiris,quæ vulgo Dabire.

Chuſſai & Ethai Ioſepho Chuſæus,& Ethæus: Authore Ioſepho Abſalon octauo quoque menſe cæſariem quinque pondo pendentem totondit: Quem nolui ſequi, id enim diſſimile veri videtur, neque Hieronymi aſſenſi traditiói in 2. Reg. tam. vltimo epiſtolarũ, hanc enim eius eſſe negat Eraſmus, bibliis immo acceſsi, quæ propius fidem videbantur.

EX LIBR. IIII.

Bahurim Ioſepho Bachora.

Simhis Semei vulgo, dicitur autem Ephraides quòd ex tribu eſſet Ephraim, poterat quidẽ Ephramides dici, ſed patronymicum ſuauius eſt, ſi auferatur mem, vt Iudi. 12. Ephratæus dicitur de eo qui eſt Ephramita.

Sic Hieronymus. Vida Beniamides à Beniamin deſecto Nũ dixit, patronymica enimuerò quædam formãtur vltimis ſyllabis relictis, vt Philyrides, & Scipiades à Scipione formatur, & Cinarades à Cinara 18. lib. Taciti. & Achilleides.

Bocchura apud Ioſephum non eadem, quæ ſupra Bachora, aut Bahurim.

Macherus Macheruntis, & Mahanaim idem.

Galaad per contractiunculam Galades à Ioſepho dicitur, vnde regio Galadena.

Sobi à Ioſepho dicitur Siphirus.

Achimaas per contractionem Achimas, vt Iſacus pro Iſaac à Ioſepho dicitur, vnde Iſaidæ dicti.

E LIBRO V.

Abel à Ioſepho Abelmachea.

Ioſaphatus Achiludi filius à cõmẽtariis, erat, Ioſephus habet, Sabathes, & Achiludus erant à commentariis, Kedimoth, quæ Rhedemoth.

Diuon Hebraice quæ vulgo Dibon.

Baalmeon in Græcis bibliis Belmon, vt diuus Hieronymus Baalem, & Belem eundem eſſe ſcribit.

Aſedoth Hebraicè Aſdoth.

Boſor veriùs Beſeri, vnde Beſeride dicti, Naphæi à Hieronymo dicuntur Iſmahelitæ.

Taphua, & Suba, licèt Græcè producuntur, Hebreis tamen corripi poſſunt.

Aſor Hebreis Atſor.

Aderſa IoſephoAdaſus,& Adaſa Caſtalioni, quò Iudas prodiit cum mille militibus aduerſus Nicanorem Ioſepho auctore, licet in bibliis tradatur tribus millibus inſtructus fuiſſe, népe duo millia poſt acceſſere, aut tantùm mille in acié ex toto exercitu eduxit, Chebron eademHebron, vt vult Ioſephus lib. 5.cap.7.bell.Iudaici ſcribítque antiquioré vrbem eſſe Nemphi, Abrahamóque domicilium fuiſſe.

CHRONOLOGIA

Quoniã de téporũ ſubductione ab orbe cõdito, principéq; ætate Adami à Deo, procreati, ad Ieſu Chriſti domini noſtri diem natalitiũ pleriq; auctores in Chronographiæ cõmentatione variis repugnãtiis non in eandé conſenſionem cõuenere, Hebræíque annos tantum 3760. menſes 4. reputauerunt, diuus verò Hieronymus 4943. Auguſtinus 3351. Beda 5200. Metheodorus 5000. Iſidorus 6606 Euſebius,& Oroſius 5190. Theophilus autem Antiochenus 5476. Talmudici 3784 Mihi operæpretium facturus eſſe videar, ſi poſt exquiſitiſſimam D. Gilberti Genebrardi peruestigationem, veríque perſpicientiam repetita altius ratione ad bibliorum hiſtoriam anteactas ætates generatim perſequar, confirmatiorémque eius reputationem, nónque pęnitendam obſeruationem, neutiquã diſſimulatione, ſilentiove tranſmittam, qui diuinæ,& humanę philoſophiæ, linguæq; Hebraicæ, acGræcæ, Latinæque peritiſſimus librum Eldadi ab Hebræo in Latinum ſermonem conuerſi in meo nomine apparentem diuulgari fecit, annóſque ſuperiores habendos ſolares voluit, etſi Bibliorum méſes lunares ſint, quòdHebræi tertio quoque anno menſem vnum lunarem intercalent, neque in modum cæterarum gentium, vicinarumque ſuos annos reputent, qui Aegyptiis lunares habentur, vt Marſilius Ficinus in Platonis Critiam ex auctoritate Eudoxi confirmat. Nam eorũ ſummam apud Platonem in Atlantico Hermocrati nouem millium fuiſſe narrat, ex quo bellum inter eos profligatum eſt, qui vltra, eóſque, qui citra columnas Herculis incolunt, apudque eundem Platonem 32. lib. in Timeo ex ſacerdotibus Aegyptiis non nemo ætatis ingraueſcétis Soloni dicebat ante Saim nobiliſsimam,& ampliſsimã Aegypti ciuitatem, Athenas præſtructas annos mille extitiſſe, vrbiſque Aegyptiæ res octo annorum millibus geſtas ſacris literis mandatas eſſe: Quos aliter determinabant Arcades, au-

ctore

ctore Plinio lib.7.cap.48.quibus trimeſtres eſſent, nonnulliſque æſtate vnus annus, alterque hyeme exiret, quoſque idem Plinius eodem cap.lunæ ſilentis ſenio apud Aegyptios ſcripſit finiri.

Prima ætas.

Diebus quidem ſex, Deus cœlum, & elementa, ac ex his, quæ ſub ſenſum cadunt, cætera creauit, qui ad extremũ diei ſexti, quod erat initium diei ſeptimi Adamum ex limo fermẽtato finxit, eíque mentem infudit.

Adamus genuit Sethum anno ætatis ſuæ 130. Geneſ. 5.

Sethus Enoſſum ætatis ſuæ 105. Geneſ. 5.

Enoſſus Cainanem anno 90. Geneſ. 5.

Cainam Malaelem anno 70. Geneſ. 5.

Malaleel Iaredum anno 65. Geneſ. 5.

Iaredus Enochum anno 162. Geneſ. 5.

Enochus Mathuſalemum anno 65. Geneſ. 5.

Mathuſalemus Lamechum 187. Geneſ. 5.

Lamechus Noam anno 182. Geneſ. 6.

Noa diluuio ineunte annorum erat 600.

Summa, anni 1656. dies ſex.

Secunda aetas,

Diluuios vno anno, diebúſque decem vniuerſum orbem terrarum complexa eſt Geneſ. 8.

Semus Noe filius Arphaxatum genuit ab eluuione anno ſecundo Geneſ. 11.

Arphaxatus genuit Salem, vitæ ſuæ anno 35. Geneſ. 11.

Sale Heberem anno 30. Geneſ. 11.
Heber Phalechum anno 34. Geneſ. 11.
Phalechus Rehuſem anno 30. Geneſ. 11.
Rehus Saruchum anno 32. Geneſ. 11.
Saruchus Nachorem anno 30. Geneſ. 11.
Nachor Theram anno 29. Geneſ. 11.
Thera Abramum anno 70. Geneſ. 11.

Summa 293. anni dies 10.

TERTIA AETAS.

Abrahamus Iſaacum genuit, anno ſuæ ætatis 100. Geneſ. 21.
Iſaacus Iacobum anno 60. Geneſ. 25.
Iacobus in Aegyptum emigrauit natus annos 130. Geneſ. 47.
Iacobæi in Aegypto cõmorati ſunt annis 430. Exod. 12. & epiſtolæ Pauli ad Galat. cap. 3.

Summa 720.

QVARTA AETAS

Moſes rempublicam Iſraeliticam ex Aegypto eductam geſſit annos 40. actum 7.
Ioſua, Iudas, & Othoniel annis 4. Iudic. 3.
Aiodus cum interregno annis 8. Iudic. 3.
Debora & Baracus annos 40. Iudic. 5.
Gedeon annis 40. Iudic. 8.
Abimelechus eius filius annis 3. Iud. 9.

Amazias annis 29.	4. Reg. 14.
Ozias annis 52.	4. Reg. 15.
Iothamus annis 16.	4. Reg. 15.
Achazes annis 16.	4. Reg. 16.
Ezechias annis 29.	4. Reg. 18.
Manaſſes annis 55.	4. Reg. 21.
Amon annos duos	4. Reg. 21.
Ioſias annis 31.	4. Reg. 22.
Ioachas menſibus 3.	4. Reg. 23.
Ioachimus Eliachimus annos 11.	4. Reg. 23.
Ioachimus Iechonias menſibus 3.	4. Reg. 24.

Summa annorum, 4191. *menſes 6.*

A Iechonia abducto in Babylonem captiuitatis ſeruitus non exoleuit ante annos 70. vt teſtatur Hieremias cap. 25. & Ioſephus 11. libr. Antiq. primo capite, quo tempore fuit ſexta ætas.

A ſeptuageſimo captiuitatis anno ad Chriſtum hebdomades 69. computantur ſcilicet anni 483. hebdomades enim verò 69. hunc reddunt numerum, Daniel. 9. pręſertim cùm hebdomas vna cõtineat annos ſeptem, Leuiti. 23. & 25. proinde ab orbe condito ad Ieſum Chriſtum, anni 4121. menſes 6. diéſque 16. numerantur, & ſi credimus Ioſepho 4060. anni, menſes 6. dies 16. libro 10. capitulo 10.

GILBERTI FILLOLII ABBATIS NEALPHAE VETERIS,

Regum Lib. ſeptimus.

IN ferijs cineri ſacratis cuncta per vrbẽ
Ciuibus atratis poſtquã lamẽta quierũt
Deſumpſit Salomon patrij geſtamina ſceptri.
Ante apud Arbeadas quod ſeptem geſſerat annos,
Et genitor Solyma ter denos tutus in aula,
Treſque recenſuerat per tres Titanidis ortus
Iliceo vitans retinendum palmite gnatum.
Nónque illo poſito, montiſque in vertice humato
Nutauit generis ſuffecti immobile regnum,
Seditione potens idve interuertere pugna
Aemulus eualuit, moturi aut prælia fratres
Collabefactarunt vſquam terroribus vllis.
At ſtetit immotum nullo mutabile bello,
Quo ſibi prærepto quamuis preſſere dolorem.
Pectore germani, curas at fronte ſerenant,
Et condigna ſubeſt animis reuerentia fratris:
Bethſabees quorum è numero ſub limina venit
Filius Aegiſtæ, ſeſe teſtatus iniquos
Non tentare dolos, eblandirique fauorem
Fraudibus, inſidias aut ſe diſponere cautim,
Commentóſque dolos moliri, aut rumpere pacem,
Exorata fuit regina vbi copia fandi

Munere, ſic cepit: Regni mihi debita noſti
Munia non dubiè gentili iure vocato
Communi Iſacidum, & conſenſu in regis honorem,
Ambitione mea neque, ſed virtute paratum.
Quem minus at nihilo rex fratri contulit axis,
Sed te pauca meis vnam lenimina curis
Hanc poſco veniam (neque enim tibi filius vſquam
Abnuit, optatique tui non redderis impos)
Vt mihi committas Abiſagam iure dicatam
Connubij gnatum exorans, quò virgine amorem
Expleat is noſtrum non aſpernatus amantem,
Talibus orantis precibus permota recepit
Se contaturam generis quæ mente recurſent
Conſilia: actutum verò quam regia cæpit:
Obuius eſt poſtquam præfatus & ore ſalutem
Gnatus adorata, dextrâque in parte locauit
Exceptam ſolio, & fuſuram haud futile verbum eſt
Pollicitus, quem ſit charæ damnare parentis,
Eiurare preces neque fas, ſic Bethſeba fatur,
Debeat in iuſto cui gnato haud gratia claudi,
Cum decus Aegiſtæ ſoboli regale tenendi
Imperij Solyma delati à plebe parentis
Arbitrio potiore geras, ſoliúmque ſecundum
Ereptum in miſeras diffuſius area curas,
Et luctum pateat, miſero ſolatia ſaltem
Connubium, atque ſinus Abiſagæ haud abnue fratri:
Dicta ſed obnitens Salomon materna refellit
Hanc, minimè agnoſcis, quorſum ſibi fraude locari
Appetat, vtque ſtropha hæc aliorſum ſubdola tendat,
Scilicet vt noſtrum tali diadema retentet
Fœdere deuinctáſque manus potioris amore

Virginis

Virginis in noſtra iuratas damna ruina
Conciliet ſenſim, cuſtos cui maximus ara,
Saruiadéſque fauent, & conſpirantia dudum
In caput hoc noſtrum clam me commercia iungunt,
Quin animi teſtor torquentem nutibus axem,
Qui mihi condecorat patrio diademate crinem,
Atque id conſtituit nullis immobile ſeclis,
Et rata ſucceſſu ſanxit promiſſa fideli,
Supplicium Aegiſtæ luiturum funere gnatum,
Inſtruere hoc optet nuptus quòd fœdere vires,
Pollentes igitur Erebi mittatur ad vmbras
Ante repercuſſos radios quam cynthius alto
Frangat Iberiaco, terris & lumina demat.
Nec mora: tunc Beniæ iubet hunc expellere vitas
Principis extemplo iuſſus mandata faceſſit,
Et iugulum fratris ſæuo tranſuerberat enſe
Reſtinctúmque alios ad manes quærere amores
Efficit: haud verò ſubeunt obliuia regem,
Qui ſtudio fratris partes fouere iacentis:
Iuratósque viros Solymarum euellere ſeptis,
Molitúrque ſua properanter prodere ab aula,
Hos inter ſubiit ſeruans ſacraria templi,
Frugiferas glebas Anatoti in rure tenentem
Quem iubet emotum pagi prætoria adire,
Atque à flaminio, & pacalibus exigit aris.
Hunc merito doceat quamuis occumbere letho,
Et læſi ſtomachum iugulo ſatiare tyranni,
Curricula is quoniam iuxta Rogellidos vndæ
Infeſti vnanimis conniuia fratris inuit,
Et congeſſit opem nequicquam in regna vocato
Conſilij adiutum ſuſtentans arte nefanda:

At quia ſolatium curarum in mole parentem
Sæpe humeris leges arctantem geſſerat arcam,
Ponderáque is flamen exhauſerat æqua laborum,
Rex iras animi lenti, pœnáſque remittit,
Singula Adonai eſt quæ tunc ſortita voluntas
Pauperiem Eleanæ generi minitata ſacratis
Arcendo ex adytis, legum præſcripta quòd Ophnis
Sordibus euictus cum fratre infregerat, haudque
Aequè reddiderat populo reſponſa petenti.
Poſt grauis aſſiliit Salomonis nuntius aures
Aegiſtæ generis pro parte hæſiſſe minacem
Saruiadem, nunc & pauitantem ob crimina pendi
Supplicium templi vitam defendere a ſylo
Se quoque tutari complexis cornibus aræ,
Conſcius hunc animus culpæ tremefecerat augur:
Scilicet interitus, non regis adhæſibus olim
Tam quòd amicitiam coluit, quàm fratris humati
Quondam connubiis Abiſagæ ardentis amatæ
Quem Salomo Beniæ mandat configere telo
Immemor haud horum, quæ verba nouiſſima quondam
Fuderat Iſaides: Amaſæque inuiſa recurſat
Mors animo, Arbeadum& redeuntem limine ab vrbis
Nere ſatum inſidiis cæſum Rex mente reuoluit.
Non ergo cunctanter agit properata iubentis
Imperia, in Stygias qui nuper miſerat vmbras
Virginis ardentem Sunanæ paſtada fratrem,
Irrumpénſque aditus ſacrata in ſede latentem
Submonet arcano fani decedere tecto,
Nec minus ad regis propiorem accedere vultus.
Túmque refutatu greſſus efferre negantem
Nuntiatè foribus, ſpatiiſque occumbere ſacris

Malle,

Malle, ſuo quam ſtrata palam maculare viarum
Sanguine, & ad vulgi popularia lumina labi,
Relligione loci et non moto rege, necémque
Edicente iterum ſacra ad delubra iacenti
Protinus vrgeri, pheretróque à cæde recondi,
Vtráque & herois extincti fata piari,
Vt qui polluerit conſultò mortibus aulam,
Cùm ratio erudiat, legúmque æterna poteſtas
In caput artificis condigna cruore mandentis
Fata retorqueri non ſectatura nepotum
Progeniem haud meritam pœnas expendere auorum,
Exequitur vindex ſtimulati iuſſa tyranni,
Cornuáque amplexum præfixa, aráſque tenentem
Immolat & laterum texturam cuſpide punctim
Traiicit accurans mandari membra ſepulchro
Frigida, quà Phœbi in violentum æſtiua calorem
In villa extulerat poſitas demortuus ædes.
Saruiadæ hic finis, cuius ſub iure minaci
Lotiadæ tremuere duces, & quicquid ad vſque
Sulphurei ripas Typhonis ſubiacet Hippo,
Quem per Idumæi populi ſtupuere, feríque
Thamnaadæ littúſque Philis quodcumque propinquũ,
Ad mare Phœnicum vaſta protenditur ora,
Non merita in regnum proſunt impenſa tuendum,
Sudor & exhauſtus bellis, vſuſque laborum,
Templorúmve metus potuit ſecludere mortem,
Nequitia eſt adeo commiſſi tetra nefandi:
Compoſitò effectæ nimirum nomine cædis
Fani à præſidio, & tutamine proditur auctor
Sanguinis effuſi: nec verò criminis vltor
Regis ad imperium celebri ſuccedere corpus

Sarcophago patitur, patrúmque fremente corona.
Et populo quaſſante faces non ſuſtinet vſquam
Produci in tumulum denſis funalibus vmbra
Exanimi aggeſtis ſuffitu & thuris odoro:
Hæc tamen ad manes deſer ſolamina tecum
Saruiada, quod non ſub aperto menbra iacentis
Axe iacent glebis incondita putribus agri,
Expoſita haudque patent morſu lanianda ferarum,
Aerea roſtro laſceranda aut oſcinis vnco,
Grata per æſtatem verò quæ villa recepto
Ante frequentata eſt, gremio conplectitur artus,
Tute vbi tectus humo iacuiſti in fluctibus errans
Nil pelagi, quem non tibi rex ſubmouit honorem,
Poſteritatis apud ſeriem peccata manerent
Vt tua, mnemoſynon ſit quorum ſtante ſepulchro:
Munia dux Benias tua belliger induit inde
Armorum ſubiens commiſſo milite curam:
Factus & antiſtes in ſacra eſt æde Sadochus
In pagum ex adytis alio iam flamine pulſo:
Sic Salomon templi ſacris intentus, & armis
Saruiade extincto patris ſuprema capeſsit
Imperia, haud Geræ & gnati conuitia mente,
Et male dicta cadunt, tortique iniuria quondam
Miſsilis, in ſumma vt iuſſit meminiſſe recombens
Morte parens, facinus neque omitti ſontis inultum:
Quem trepidum rector ſic occupat ore minaci:
Probra meo ſcis te dudum cumulaſſe parenti,
Is vitaret vbi morituri claſsica fratris,
Sed tunc quem decuit mulceri in rebus egenis,
Et molli alloquio reſtante in ſorte leuari
Omnibus errantem campis, dum nexibus olim

Exutis à calce pedum veſtigia ferret,
Iſte præcipuè cum numinis auſpice cultus,
Et leges edoctus erat fœlicibus vt quem
In fatis aulæ comitaras pignore amoris
Par fuit illæſo ſic poſt haſiſſe ruinis,
Et lenire fugam,ſociáſque adiungere vires,
Hunc verò opprobriis,proſcindens,ſaxa rotatu
Et fera coniiciens curas ægreſcere agebas,
At non ille tibi pro factis digna rependit
Supplicia in regni primos reuocatus honores,
Pendula cùm gnati ceruix in fronde pependit,
Quod reduci in ripa ſubiiſſes obuius amnis,
At tamen is lethi propior nigrantibus vmbris,
Teſtatúſque animi curam ſermone ſupremo
Edixit meminiſſe tui,ſceleriſque ſubinde
Nomine me dignas à fonte repoſcere pœnas:
Quin ego non iugulum tibi molior enſe recludi,
Eſt ceu Saruiades mediam mactatus ad aram
Conſilio facta pollutus morte duorum,
Mollieras quoniam fando per ſaxa petitum
Plurima procurrens reuocato ad fluminis aram:
Verum,quòd verear,ne prodas noſtra per hoſtes
Conſilia,aut odiis Solymam iuratus in vrbem
Huius in excidium iuratam cogere pubem
Attentes,iubeo,moliri habitabile tectum,
Hic age & extremi curſum populariter aui,
Haudq́ue pedem longè à celebrandis mœnibus effer.
Nam ſimul ac latis ſpatians diffuſius agris
Cedronis rapidi paſſu tranſmiſeris alueum,
Imperiique mei reſoluto fœdere iuſſum
Ruperis exolues ſupremo funere pœnas,

Et inguli egeſto luſtrabis ſanguine culpam:
Principis hac autem Simhis non iuſſa retractat,
Se quoque non vltra greſſurum calce fluentum
Promota recipit, bacchaturúmque per vrbes
Supplicia ob noxas hilaris ſibi ſumma remitto
Qua meruit, profugum cùm probro inceſſerat vrgens
Iſaidem aduerſo iaculatus ſaxa lacertis,
Largitóque ſibi vita lætatur honore,
Tum neque ſeruitio damnatus tempora condit,
Atque agit in culta Solymarum inglorius vrbe,
Mancipiíque ſui eſt domino haud obnoxius vlli,
Nec metas graditur præſcriptas paſſibus vltra,
Dum fuga ſeruilis ſubiens Anthedonis vrbem
Dementem, victúmque animi procedere longè
Imperij oblitum ſtimulet, ſeruósque fugaces
Calle ſequi in patria reuocandos limina ab vrbis
Sede Philiſtææ, cùm iam trieteride ſeſe
Finitimi fines tenuiſſet fluminis inter,
Calce fatigantem coſtas hinc ſegnis aſelli.
Atque reducentem regione Philiſti de ſeruos
Nyctimenes latebras inſtar, tenebráſque petentes
Occupat obtutu vultus ſic proximus heros,
Nónne tibi Simhi fines veſane viarum
Præſtitui, & certis iuſſi conſidere tectis
Extrema imperium temnenti fata minatus?
Pollicitus fueras quod non illudere iuſſum.
Quod fuerat propter deiuria ſancta capeſſi,
Et par eſſe tenax, decuit te iuſtius ergo
Continuiſſe gradum penetrali in ſede, nec vnquam
Vlteriore ſolo vaſtiſque excurrere campis,
Non ſeruata igitur quid ſunt præcepta iubentis?

Ludificata fides verò eſt? haud crimina primùm
Nunc tua clareſcunt, mentiſque inſania conſtat.
Indomitique animi ſpretis parere tyrannis
Neſcia durities: manifeſta ferocia iam tunc
Paruit, ínque ducum pariter mandata rebellis
Pectoris affectus patrem in ludibria vertens
Inconceſſa meum, cum ſaxa excuſſa rotares,
Subiicit vltrices cuius mens conſcia Diras
Criminis, & capitis ſcelus exitiale retorquet
Aetheris ira tuo vindex, qui noſtra ſecundat
Sceptra, nec exſcindi patitur technisve ruinam
Conſilij ſentire tui, vel dedecus vllum
Inferri ſermone tuo, qui vindicat acri
Regnum ex inuidia, ſempérque immobile ſancit.
Quo ſcelere immani ſontem, neque noſtra verentem
Imperia, externos & adortum inuadere fines
Contentò Benia properatim traiice ferro:
Iuſſus Ioiadæ quem fixum cuſpide gnatus
Occupat actutum lapſantem in ſanguine multo
Ad gelidæ mortis deuoluens lumina ſomnum.
Hoſtibus & Salomon merita iam morte peremptis,
Aegiſta & geniti miſſis fautoribus Orco,
Bellorum ſecurus erat non hoſtis iniqui
Obſidias veritus, verùm diadema tenaci
Maieſtate gerens, nulliſque incurſibus horrens
Finitimæ gentis: ſed qui ſibi fœdera firmat
Niliaci regis natæ ſponſalia pactus,
Quam patriis latam clauſtris Nilotidos ore,
Traduxit Solymas, & montis in arce locauit.
Regia diffuſo dum ſurgeret ardua ſumptu,
Aráque ſublatis curua teſtudine templi,

Et latera artificum donec muralia ſudor
Duceret in gyrum vallata mœnibus vrbe:
Tunc adyti præſul rigidis ſub pellibus orans
Thuris odorato denſabat inania fumo,
Lampadis et multa myxos ſaturabat oliuo
Frugibus vſque ſolum renouans Cereale dicatis:
Diſtulerat ſed enim Solomon educere molem
Aeream templi ſtudio elanguente ſupinus,
Cunctatúſque operi vigilem dependere curam,
Dum quater Aegoceron procedens Cynthius vltra
Verſaret toties currus, vbi Gammarus ardet:
Non tamen agreſti ſordebant regia cultu
Atria Sarranæ cedri fragantia odore
In tumulo montis, Tyrius quæ dona tyrannus
Miſerat Iſaidæ greſsus a ſede ferenti
Arbeadum, atque nouas habitanti in vertice turres:
Illic conſtituit nuptam regalia curans
Tecta ſerenari flammis: oſtróque rubentes
Enituere tori: cúmque eſt lux reddita mundo,
Et cæli in faciem redierunt plauſtra Boote,
Læto feſtus Hymen hilarauit mœnia plauſu,
Patricióſque vocat in ſumma palatia ciues,
Arrectos dum ſiſtra animos vocalia mulcent,
Officióque domus famulari ſplendida feruet:
Pars vectare ſudes ſectas in pabula flammæ,
Dodonéſque focis poſitos aptare lebetes,
Congerere ádque latus virgulta ſonantia aheni,
Pellibus & coſtas raptis nudare iuuencum,
Cultrorúmque acies epulandos ſtringere in hædos,
Viſceráque ingeſto terebrare trementia ferro,
Necnon cortis aues, ſudúmque fremente ſecantes

Remigio alarum, conciſaque fruſtra ferinæ:
Pars munire toros,& fulcris tollere menſas,
Linaque deferre, & Cerealis munera frugis,
Mulcere et gelida labris vndantibus æſtus
Edomitos Bromy, laqueárque intendere ſertis:
Intereáque loci feſto fremit aula ſonore,
Totáque diſſultant tecti laquearia cantu,
Dum collum nitidis regina monilibus ornat,
Virgineóſque tegunt iam ſponſæ flammea vultus,
Et gemina impendent teretes ex aure cylindri,
Et digiti gemmis circum radiantibus ardent:
Marmoreos iam culta ſinus, capitiſque decori
Caeſariem ſeſe pudibunda cubilibus effert.
Et cum rege ſubit templum pacale marito
Omnia connubijs exquirens fauſta per aras:
Quos feruens ſequitur comitatus pompa frequentis.
Barbitos & circùm,citharæque,& ſiſtra,fidéſque
Dant ſonitum,ac Pæane ſuo laquearia complent:
Multa quibus pecudum iugulantur corpora ſacris,
Viuáque verguntur tepido cum ſanguine in ignes
Numine placato cœli bobúſque litatis
Iuit vt in cineres ſopito Mulciber igne,
Audiit & ſonitus populares pronubus æther,
Immenſo reduces excepit regia luxu,
Aulæiſque ſuper pictis diſcumbitur oſtro,
Vt maduere manus offuſi aſpergine fontis.
Expediunt epulas famuli,verubúſque reuellunt,
Aſportántque dapes,quas terra,& prodidit aer,
Quas & ab vndoſo Tyry vexere profundo,
Quáſque dabant Iordanis aquæ,vinóque trientes
Perfundunt,gabatáſque adimunt, lancéſque reponunt:

Fit ſtrepitus, feſtis & plauſibus aula reſultat:
Detenta & quandoque ſono teſtudinis aures
Ingluuiem abrumpunt ſuaui dulcedine captæ,
Arrectáſque ſales circùm luſere procaces.
Atque adeò finem menſis vt fecit edendi
Obduratus amor, compreſſáque labra quierunt,
Lancibus, & pandis tandem, linóque remotis
Menſa coronatos crateras regia cœpit,
Dúmque nurus thyaſis inſtant, & calcis ephebos
Senſifer exercet motus, rex ſumma precatus
Numina, quæ feſtam fortunent omine lucem,
Lætitiámque ferant, tales cum coniuge voces
Contulit, & dictis produxit mollibus horas.
Sic hos connubij nexus, tædáſque ſecundet
Aſtrorum terræque opifex, Solymóſque minores
Vſque P*aretoniis æterno fœdere iungat.*
Aegypti pigeat nec te regina diremptam
S*edibus eſſe, quibus Solymæ concedere nolint*
Hubere glebarum, grauidato aut termite fœtu,
Me cuius tenero ſcrutandæ à flore iuuentæ
Raptat amor, veſtris quia vecti finibus olim
In Syriam Hebræi Nilotica ſacra tenentes
Meſræos nemorum huc retulere per auia mores.
Dixerat. hæc verò multùm cunctata, diúque
Exortata ſonos lenes ſic fauce reſoluit,
Impar fœmineæ quamuis ſit ſarcina menti
Et populi ritus, & mores prodere vitæ,
Aſt, excepta viris quæ ſunt ſolertibus edam,
Sublimi amplificat quos aula parentis honore,
Aegyptus roſeo Phœbi naſcentis ab ortu
Littus Erythræo bibulum perfunditur alto.

Finitúr-

Finitúrque Philis,cui ſe quà gurgite Phœbus
Mergit Iberiaco,Cyrene eſt proxima tellus,
Aque Noto Aethiopes,Boréæque à flatibus illam
Interioris agit iuxta ſe Tethyos æſtus,
Expediunt merces in qua,mutántque ferendas
Fœminea cura: ſolis arcentur ab aris,
Ne tractent adyti cultus: gnatámque parenti
Eſt ſenio iuſtum confecto impedere ſumptus
Haud maribus iuxta ſe lege tenentibus æqua,
Hi per ſtrata viæ coram conuiuia menſis
Inſtituunt,qui ſacra ferunt,in vertice paſcunt
Cæſariem,radúntve comam: gens funere triſtis
Menti luxuriem,patitúrque increſcere crinem,
Et more Iſacidûm truncat præputia circum,
Facturíque boum fibris prius omnia radunt
Membra ſacerdotes velati corpora lino,
Et bibulam extrema geſtant in calce papyrum,
Marmoreóque ſolo victus odere natantes.
Hi quoque non lentes,non & colocaſia mandunt,
Non tauros oculis etiam nigrantibus atros
Legitimè explendo mactant opſonia ventri,
Atque boues libare mares,vitulóſque receptum eſt:
Meſrææ & capiunt ieiuni tergora vaccæ,
Confoſſo & iugulo Cereali hanc ſemine complent,
Mel ſimul introrſum,& pſytiã,myrrhámque recondunt,
Et thuris lachrymam,rapidis qui viſcera flammis
Torrentes ſpargunt ardentem nectare Veſtam,
Inuergúntque ſuper ſuccos liquentis oliuæ,
Eſt & dum crepitans luſtralia Mulciber exta,
Verberibus pulſant tuſos de more lacertos,
Fœmina hos verò non grata eſt Iſidis aræ,

Quippe bouis toruos vultus, & cornua præfert
Inachis inuidia Iunonis ſordida ſetis,
Namque ferunt ſpeciem traxiſſe Phoronida *talem,*
Clareſcant ne furta Iouis, Saturnia amore:
Cum nimis iraſcens, animoſáque pellicis eſſet:
Tunc, vt fama fuit, patrii ad fluminis Io
Ingemuit ripam rauco teſtata dolorem
Mugitu, & lachrymis rorans palearia obortis,
Donec Ariſtoridem cantu Caducifer *hauſit*
In calamos verſam memorans Syringa paluſtres:
Argolidem miſeratus amans tum Iuppiter *oris*
Dicitur humani vultus reparaſſe priores,
Traiectóque ſalo in nuptus, paſtúmque dieaſſe
Tantalidos gnati, cui partu eduxit Anubim
Inachis vmbroſos rimantem indagine ſaltus,
Et iuga luſtrantem canibus: non illa maritum
Eſt gauiſa diu, nam clam Typhone peremptum
Fratre, et humi fuſum præter ſpem offendit Oſirim,
Compoſitóſque Abati cineres in ſede locauit:
Hanc colimus, licèt eſt Thebis venerabilis Hammon:
Ac veſtro de more ſues horremus, & ædis
Veſtibulum haud ſinimus olidos intrare ſubulcos,
Connubij & vinctus Ægypti innectere ſponſe,
Conceſſúmque ſuis tunc ſolum eſt viſcera mandi,
Luna reſumenti cum plenum luminis orbem
Hæc tibi mactatur, quæque eſt tibi victima Bacche:
Nec minus in Sellis penna conſultus aruſpex
Accipitrem, felémque vetat concedere fato
Et fluuij veneratur equos vligine obortos
Patria, & in vaſto crocodilon flumine agentem,
Ibidis & roſtrum à ſerpentibus aera purgans,

Cum terra ex Arabum volitarunt Vere tepenti:
Illic indigenæ vomitu morboſa fatigant
Guttura, vt ingluuies heluanti eſt noxia edoni.
A cerebro mordax vel ſicui liquitur humor:
Vuas nónque ferat regio cum torrida ſole,
Dant expreſſa alios pro vitibus hordea ſuccos:
Nec ſalibus nimium vecors gens pocula verſat,
Nam ſimulac lances menſis, frugéſque remotæ
Sunt patrijs, victus luxum depicta coercet
Exanimi effigies hominis, motúmque Diones,
Et vetat immodica Venerem mulcedine ſolui:
Haud tamen abſumunt prorſum ſpectacula tempus
Mæſta, ſed accedunt pulſa teſtudine cantus:
Oebalidúmque modo pendam venerata ſenectam
Aſſurgit ſenio, aut decedit calle iuuentus:
Noſtrates etiam circumdata pallia limbo,
Et cõtexta gerunt ſolum velamina lino,
Eſtque in cælicolum Sacris geſſiſſe lacernas
Lanigenarum ouium confectas vellere crimen,
Subque ſolo lana redimitum condere corpus:
Signate & Superum mos eſt ſolennia faſtis,
Et natale hominum, vitaque euoluere fatum,
Quáſque vices, et quos euentus aſtra minentur,
Quae ſit conditio partus, moréſque futuri,
Linea quæ ſit item ſumma præſcripta diei:
Monſtráque ſunt curæ, celi et portenta minacis
Poſterius quos ſint fines habitura priore
Prodigio arguimus: plauſum nec patria penna
Obſeruat, cinerem haudque hominis de rebus humati
Conſulit, vt Colchis, & Theſſalis ora, ſed hæret
Effatis ſuperum, per quam reſponſa petuntur

Herculis oraclo, geſtantis & egida parma
Pallados, ac Phœbi & Martis Triaq́ue, Iouiſque
Maioris pretij Latonæ at cætera cedunt
Numina, dat ſonitum cuius pro laude monaulos
Et medici morbis adhibent non omnibus omnes
Auxilium, ægroti capitis diſcreta medetur
Pars ſtrophadi, læſis vitalibus altera cordis
Altera pulmoni ſtomacho leuat altera pondus
Pars iecori, aut extis, eſt vel medicabilis aluo,
Cratibus aut laterum, tergóque hæc crura femúrque
Viribus aſſertis reparat: pars calcibus imis
Morboſiſque pedum neruis feſtina ſalutem
Comparat: aut cedat quod ſi medicamine morbus,
Mergat & in tenebras Erebæas lumine caſſum,
Tum gremium exertus, totis & mœnibus errans
Fœmineus turpat cœno ſibi tempora ſexus:
Atque alia fletus ebullant parte viriles
Pectoribus tuſſis, tracturum & tempore tabem
Naribus egeritur cerebrum, medicamine cuius
Imbuitur calua, & conciſa ſaxeus aluo
Calculus extra ſecat, ſuntque vt diſtincta ſubinde
Ilia ab omentis, dulcedine venter Iacchi
Helueoli expletur, conſutáque olentis odorem
Per myrrhæ, & caſiæ medicata reconditur alui
Ad crates membrana ſua, corpúſque ſalitur,
Idq́ue domi occulitur decima ter luce, quatérque
Seruatur decima: contexta hinc ſindone byſſo
Induitur lotum tepefacti aſpergine fontis,
Et gummi illinitur, mulcentur venguine quædam
Corpora, quæ ſuccus contactu cedrinus vngit
Prorſus adorato, venter nil ſinditur autem.

Ingeritur

Ingeritur verò medicamen podice in aluum:
At quibus eſt cenſus tenuis, ſalluntur; & arent
Viſcera, in humanum formata & imagine vultum
Illigna faciem cineris reddente ſepulchro,
Omnia conduntur, ſi qua eſt & imagine prolis
Splendidior matrona ſuæ, non artè linetur
Vnguine, ſub lucem quàm plauſtra remouerit Arctos
Bis, totiens quàm etenim deprenſum eſt frigida quōdam
Membra ſaliturum demerſam funere inire;
Pollinctorem itidem genitali aſpergere pubem
Semine pollincta, quod tradit cana vetuſtas,
Vt cum Cecropij gnata Pandionis aiunt
Vulnera poſt Procnes repetiſſe libidinis vſum
Terea: ſupremi tanta eſt curantia paſſim
Funeris Aegypto: quòd ſi quis vortice raptus
Fluminis, aut ruerit crocodili verbere caſus,
Quà ſinus eructat ripæ fluuialis arenam,
Moribus in patriis ſanè eſt, rituque receptum,
Per ſua vt hunc peragant condiri impendia ciues,
Vicanive, quibus magis eſt confine fluentum,
Húncque ſacerdotes ſoli committere poſſunt
Niliaci pheretro, talique accedere pompæ
Sanguine cognatis patriæ lex abnegat oræ
Totius exploſis aliena à moribus orbis,
Quæ ſub Thebaico veneratur Perſea templo
Vmbrifero palmis, cuius ſimulamina primo
Vtraque veſtibulo ſurgunt, vbi filius imo
Sæpè ſolo emergit Danaes, oculóſque tuentum
Territat immani ſpectro, tremefecerat olim
Vt volucer colubros perſtrictam Gorgonis Harpen,
Dúmque pedum extruit plantaria vincla ſuorum,

Magnum frugiferis portendit meſſibus annum,
Idque ſibi indigenæ fingunt, vnctóſque per vtres
Exiliunt, circis & niceteria ponunt
Aut pecudem, aut lanam, grauidas aut vellere pelles,
Exercéntque leues Symplegmatis inſtar Achiui
Gymnades: exorto Danes & origine myſtæ
Sacra ferunt illinc oriundo, vt Lyncea ſecum
In litus Pelopis Danaus per cærula vexit,
Diuite qui nimbo genitus, Phœnicida poſtquam
Aegide porrexit, tabéſque offuſa veneni
In Libyen colubros animauit Gorgonis hauſto
Sanguine, Thebanæ victor ſucceſſerit vrbi,
Gratatúſque ſua prognatam ab origine prolem
Sanxerit hanc vnctæ morem ſeruare paleſtræ:
Hæc adopinantur, ſupra quibus arua paludem
Vomere verſa iacent, qui verò vndantia ſeruant
Amne paludoſo, cum Sol ſub ſydere Cancri
Vertitur octipedis, vel luſtrat cornua Capri,
Inachidum externis ducunt non legibus æuum,
Sed patrio ſe more tenent, vnóque recumbunt
Coniugis in gremio: tanta eſt tolerantia rerum:
Hi victu faciles, cum ripa conditus alta
Amnis opimauit vaſtos vligine campos,
Lotum à caule metunt, meſſámque dialibus auris
Aeris exponunt, inſolatámque recundunt,
Inſuper aſſata hac imitantur adorea liba:
Arbor & eſt lotos, cuius dulcedine pomi
Exprimitur ſuccus muſto non guſtibus impar,
Leucados oblitus ob quam comitatus Vlyſſi
Vix Ithacæ ad littus patriæ eſt à rege reductus:
Sufficit atque dapes alias, & plurima flumen

Pabula

Pabula: fœlices populi, violentia ſi non
Officiat culicum, quibus hi prolata profundè
Retia prætendunt, ſopiti nocte quieta
Quos alij celſis excepti turribus arcent,
Conſcendúntque apicem poſituri membra cubili,
Nam culicis volitans ne circinet aera motus,
Remigióque ſuæ ſuperet faſtigia pennæ,
Aduerſis prohibet occurrens flatibus Auſter:
Quà geminis ſtagnans oblimat Nilus arenas
Solſtitijs pingui fecundans abdita limo
Rura, ſolúmque ſuo ſuppreſſum vertice condit
Creditus Euadnes *traxiſſe Aſopidos ignes:*
In medijs parent tunc ſolæ fluctibus vrbes,
Multa vt ab Aegæo circumdatur inſula ponto,
Cyclades *& ſparſas circumfluus aſſilit Aegon*
Exteriore mari tunc primum cærula tollens
In mediæ gremium telluris, vt Hercule vtrumque
Secernente iugum Oceani ſe fluctibus auxit:
Proxima *ſic operit ſola Nilus flumine vaſto:*
Fornicibus facti Mena primum iungere pontis
Auſus quem tumidum totam poſſederat oram,
Duxerat extantem & turrito vertice Memphim
Illic inſtituens tibi votas Mulciber aras,
Veſtibulum quoque Meri tibi, quod vergit in Auſtrum
Extulit, in ſana & ſublatas mole dicauit
Pyramidas: quondam quæ regna ad Phalidos vndas
Protulit, & docuit Colchos *in pube* Seſoſtris
Æthiopum in morem præputia cadere verpæ,
Et populum armiferæ Thraces: quos denique morti
Pelliculis Syrij cæſis didiciſſe feruntur,
Phœnicéſque Tyro poſita, quæ Sarra vocata eſt,

Is quoque Hyperboreos,& Phryxi vellere notos
Enodis docuit ſationem,& commoda lini,
Regnáque in Aegypti *rediens tum naue per æquor*
Fratris vt inſidias,tetra & conuiuia menſæ
In Peluſiacis vitauit ſubdola Daphnis,
Et gemini euaſit diſcrimen funere gnati,
Incolumis fraudes non liquit fratris inultas,
Et cùm in Barbarica populos tellure ſubegit,
Intulit immanem patris ignipotentis ad aras
Thuricremas lapidum molem,rapidíque fluento
Oppoſitus Nili ſaxoſus reſtitit agger,
Terráque tunc curua plauſtri ſulcanda gementis
Apſide communem fecit vectoribus vſum,
Annonæ vtibilis,ſimul et commercia rerum
Quæ modò ſed Pharios populares comparat inter,
Et flumen ratibus præbet conferre viciſſim,
Extremáſque ferens diuortia ſparſa per vrbes,
Vſibus humanis quæ ſunt accommoda,mutat,
Fértque paludoſo deductas gurgite naues.
Et ceſſante rota Sarraci,pondera vectat:
Tunc perhibent Lunæ,& Solis,cœlique meatus
Compertos,ſtatuas cùm fixit templa ſecundùm
Mulciberi,& gnatis poſuit ſimulacra Seſoſtris:
Poſterius Pheron patrita anademata geſtans
Auſus in effuſum ripis emittere Nilum
Spicula iucundæ eſt priuatus lumine lucis,
Poſt geminum excipiens is verò oracula luſtrum
Fœmineæ tepida irrorans aſpergine pubis
Lumina ſuſpecto eſt latatus in aere lucem
Reſtitui,optata & viſus auctore marita
Commiſit rapido multis cum ciuibus igni,

Quas

Quas erat expertus thalami complexibus omnes,
Aerea aſpectum qui ſuauem lucis adeptus:
Maxima cœlicolûm poſuit donaria templis,
Saxáque ſubrexit penetralibus vtraque Solis
Aereas cubitis centum porrecta ſub auras:
Quæ regionatim non cœli eſt roſcida tellus
Munere, ſed pluuiis raro cœleſtibus humet,
Et Thebæ madido ſubſidere Pleiados arent
Solùm in ſolſtitiis deiecto chomate inundat
Planitiem Nilus,campíque ſuperuenit æquor:
In qua rura domant parua mercede coloni,
Ac medici exercent demenſi nomine ſumptum,
Et pecudes tenui victu contenta per herbas
Cura vireſcentes agitat paſtoria tractim:
Artificéſque ſuos intendunt luce labores
Inuidiam citra ciuilem,& munia honorum
Rite capeſſuntur,placidéque obeuntur,& acto
Iura foro reddit ſic omnibus æqua ſenatus,
Vt non Oebaliis,vt non concedat Athenis
Iuſtitia, ſceleris neque pœna remittitur auro,
Gratiáque oblimat peruerſa haud lege Synedri
Iudicium,aut animum patribus fallacia mutat:
Quin ſi perfidia numen violabitur æthra,
Mutatáque fide, periuri vertice plexi
Intereunt,& qui prædonis in arma negarunt
Auxilium:atque hominis ſubeunt pro cæde cruenti
Ingenui,ac ſerui nullo diſcrimine mortem,
Haud tamen occumbunt gnatorum hac ſanguine patres
Perfuſi,generis quod ſi manus impia iniqui
Vulnifico lethum conſciuerit enſe parenti,
Ligneolis calces ſoleis cohibentibus imas.

Impoſitum haud byrſe præceps in fluminis alueum
Mittitur, vrendis id vero ſentibus igne
Subijcitur: nec furta luunt deterrima matrum
Exorta ex vtero mœcharum pignora nondum,
Et mora ſit morti, genitricis ſemine fœta
Temporis vſuram donans, eduxerit auræ
Vitali genitum donec connixa puellum;
Non at conficitur fugitor, qui deficit armis
Pro patria exhorrens emanſor claßica miles,
In bellúmve ducis præcincti haud iuſſa capeſſens,
Soláque detrectat fama hunc iactura, priuſque
Hopplomachi haud cinctus recipit, quam fortibus auſis
Dedecus eluerit, quod morte adcreditur acri
Eſſe immane magis fedáque id labe notatum
Eximijs tantum potis eſt aboleſcere geſtis
Fortiter: inducit nimirum hoc vnica virtus;
Fama vacillabit quem citra ægrota laborem:
Quos autem patriæ recludere contigit hoſti
Conſilia, euulſa hos vuenti lingua palato
Dedecorat: ſi qui & decurtauere monetam,
Quive typis cuſere ſuis, qui pondera mutant,
Signáve, qui ve notas chartis fallaciter addunt,
Expungúntve dolo cæcas faciente lituras,
Aut quibus affiċta eſt mentitis ſyngrapha ſignis,
His geminata manus truncatur vulnere crudo:
Parthenicæ & vitium ſi quiſquam Ægyptius offert,
Excidenda homini eſt extinguens verpa pudorem
Virginis, vt nullos habeat tum mentula motus:
Cum mœcha & luctante nihil deprenſus adulter
Mille flagellato vibices corpore ſuffert,
Huic gemina verò nares populantur vtrinque

Per

Per gladium, fuerit quæ turpis adultera: dumque
Mutuat argentum, aut numeratum creditor aurum,
Idque repræſentat, recipit chirographa nuſquam,
Contractúſque fides ſolùm iurata viciſſim
Eſt teſtis placiti: pupi & fœnuſcula ſortem
Amplificant eadem. faceret quæ nauta periclis
Velificata ſuis vectans per cærula merces,
Si quibus æquata eſt iam ſors, abſoluitur haúdque
Creditor, idcirco non iure premetur herili
Corpus adærati, quem non phylaciſta coarctat:
Non quoque, vt Actæi deprenſo fure, ſuúmve
Occultante ſcelus diſcernunt crimina ſontis,
Sic noſtri facinus plectunt, at protinus aræ
Aſſeruanti adytum ſi rem monſtrauerit author,
Parte rei potitur quarta: Phariáſque per vrbes
Vna ſacerdoti ſueuit denubere coniux:
Ventris et intendens ſtatui lex caſſa Quiritum eſt,
Seruáque non gignit ſeruilia pignora mater,
Si pater eſt liber, ſobolis qui dicitur author
Vnicus, à cuius dependet ſorte puelli
Conditio, aut gnatæ, nec obeſt tunc fœtibus aluus,
Sint non legitimo Veneris niſi amore creati:
Quos fouet impenſa ſumptus leuiore parentum,
Radicéſque foco toſta, fructúſque paludis
Sunt epulae, gnatis ſed cura impenſius inſtat
Legitimis, quos non crinem velamine opertos,
Atque pedes nil per plantaria ſcortea amictos
Artibus erudiunt myſtæ, non frigora cœli,
Cæruleam aut veritos glaciem, brumæve pruinas,
Aut intemperias æſtus à ſole coortas,
Hóſque docent terrae tractus, cœlique meatus,

Membra quibus dura prohibent ſudare paleſtra,
Efferet indignos minimè ars vt ludicra motus,
Cuſpidis & ſtimulet punctim decernere flictu
Poſt impacta parum conſultè vulnera malis:
Abſterrent pariter diſcendi exordia cantus
Hi pueris, procul hóſque lyræ à dulcedine produnt,
Organiciſque modis, ne tunc langueſcere vires
Deſidia inuitans animos mulcedine Pæan
Molliat imbelles, publicis & corda gerendis
Abſtrahat à rebus pigrantia deſide cantu,
Haúdque repentinos Martis latura furores,
Per Muſæa mele quia ſit procuſa voluptas,
Hóſque docent vomitu triſtes excludere morbos,
Ieiunóve abigunt ſtomacho, nulláque medentur
His mercede data medicis, quos publicus omnes
Sumptus alit, qui ſi ſcriptorum ex lege priorum
Conſilia ex ſcripto, priſciſque authoribus ægro
Contulerint, pro morte ſubeſt his noxia nuſquam.
Si præcepta at erunt auerſi tradita ab arte,
Supplicia expendunt ſpreta ſæuiſsima lege,
Tempore quæ multo vetus obſeruata per æuum,
Et medicis complexa noua concedere nolit:
His ſitus Ægypti: ſunt hæc genitalia morum
Semina, quæ docuit me primo à flore iuuentæ
Regia, me fouit dum gloria nobilis aulæ
Egregios inter proceres virtute, ducéſque
Patricios, patrijs dapibus quos ſæpe ferentes
Hæc ſermone ſuo clementibus auribus hauſi:
Tu quoque, Hebræorum fuerint quæ ſacra tuorum,
Et quæ relligio, quis honos indicitur aris,
Solenneſque adyti ritus percenſe viciſſim:

Alloquia

Alloquia hæc adeò nobis ſunt mutua curæ:
Dixerat: excepit tum contra talibus heros
Suſcipiens nuptus: quando Nilotidos oræ
Quos populi retinent mores, ſermone profata es,
Dicam etiam, quo nos vnum veneremur honore
Numen, ſiderei ſolio quod præſidet axis,
Edocuit cuius Moſes inſiſtere ſacris:
Principiò ſi quis pecudem mactauerit aris,
Quæ minimè humana eſt iugulanda cibaria propter,
Sitque adolenda rogis, libetur vt hoſtia templo
Maſcula cæſa carens maculis, eſt lege receptum,
Detracto ſoboles glubet quam tergore Ieſbæ
Suſceptum pateris arcani ad limina templi
Rite manu circum fundens altare cruorem,
Iunctáque ſubyciet iecori vitalia prunis
Purgatoſque pedes gelida cum mollibus extis:
Si caper at verò, aut torrebitur integer agnus
Ad latus altaris iugulatus cæde Boreum,
Sanguine conſperget aras, ſebúmque capútque
Inteſtina ſimul, cum toto & crura cremabit.
Si ſpatij verò aerei libabitur ales,
Et torreſcet, erit libamen turtur vterque
Haud liceat geminos fœtus ſi ferre columbæ:
His auibus torquens in tergum colla ſacerdos,
Altariſque notans aſpergine ſanguinis oram
Porriciet plumas, & gutturis eximet idem
Ingluuiem verſus Phœbi naſcentis ad ortum,
Qua ſinis extincto iactatus ab igne locatur,
Conteret haudque leues ruptis compagibus alas,
Diuidet aut ferro ſed auem, quæ gutturis vnum
Pertulerit vulnus, gratam nidore Tonanti

Suppoſitis lignis flamen crepitantibus vret,
Perfuſámque oleo ſimilem libabit odora
Cum thuris lachryma, at fermento, & melle carentem,
Sed ſale conditam, toto & cum thure dicata
Parte, penu in victum, quicquid ſuperauerit, abdet,
Haud clibani quæ ſi fuerit durata calore,
Viceris hanc verò frictam ſartaginis æſtu,
Eſt itidem ferti color inducendus oliuo:
Primitias autem cum feſta altaria frugum
Excipiunt, fructus colliſo farris aceruo
Igne ſubingeſto torrentur Pallade pingues:
Cúmque hominis propter peraguntur ſacra ſalutem,
Non bos mas fuerit, vel Hebræo fœmina, refert:
Admotáque manu capiti, de more cruorem
Leuigenæ fundunt, adipe, & vitalibus vſtis,
Ac iecore, & iactis in factos renibus ignes:
Fœmina ſi verò, vel mas ab ouilibus aræ
Integer affertur, horum iam ſanguine fuſo
Et renes, & adeps iuxta, peniſque iecúrque
Sunt alimenta regi: ſima qua lege capellæ
Intereunt, ac omnis adeps, tepidique cruores
Flaminibus dantur, victu conceditur vti
Quorum non homini: peccánſque errore ſacerdos
Mactabit vitulum, madefient ſanguine cuius
Térque, quatérque ſacri pendentia vela ſacelli,
Cornuáque altaris Pancheo halantis honore,
Pellicula exuitur quoque propter fana iuuencum,
Vellenda & laterum ſunt cratibus exta, pedéſque
Ac ceruicis apex extra tentoria prunis
Committenda pyræ: ſic plebs operata iuuenco
Cernua deflectit ponentem numinis iram:

Tum

Tunc baſis altaris vituli rubefacta cruore
Ebibit: in more & poſitum primoribus hirco
Patricijs ſacro facere eſt, dum crimina luſtrant:
Obſcuróque genus ducenti à ſanguine auorum
Viribus infeſtam ſat erit iugulare capellam,
Alterius ſiue is reticens periuria celat,
Funeſtúſve fuit: & qui deiuria fallit,
Iuratámque fidem mutat, feret ignibus agnam,
Aut olidam capram, niſi res anguſta negarit,
Tunc quoniam geminos fœtus adolere licebit
Turturis ob tenuem cenſum, nidóſve columbæ,
Pollinis & fertum ſine thure, ac melle: reíque
Si quis primitias propriæ ſubduxerit aræ
Aut alias fruges, aut ſi tenuiſſe negarit
Depoſitum, ſi quis vel rem conamine raptor
Depopulatus erit, compertam aut occulat vſquam,
Integer occumbens aries commiſſa piabit,
Totius & curſu torreſcet victima noctis:
Aeternúmque fouens aris fumantibus ignem
Nutritum reparat Phœbeos vſque ſub ortus
Indutus tunica, linóque albente ſacerdos,
Progerit & cineres alio redimitus amictu:
Sacratúmque Deo ſolis eſt mandere victum
Fas maribus myſtis: numero quo munia patris
Filius accurans exuret lumine primo
Solis, & occaſu pollen ſartagine frixum,
Et vetitum comedi ſub torribus omne cremabit,
Viſcera mandentur cui ſacra in ſede manenti
Purgatura nefas: oblatáque nomine voti
Non licet à geminis ori conferre diebus:
Cedit pontifici quorum cum pectore dexter

Armus, adeps editur ſed non libaminis vlli:
Eſtque vbicunque nefas roſeos ſorbere cruores:
Dúmque ſacerdotem ſacrauit corpore loto
Indutum lino tenui,& ferrugine Moſes,
Circumfuſa humeros arctauit balteus ipſi
Suppara, & implicitis complexa eſt inſula tenis
Compreſſam vittata comam, crinéſque liquore
Vncti ſunt oleæ ſuccis ſtillantibus ara,
Et vitulus crimen ſebruans vndante cruore,
Procubuitque aries geminus, cæſique ſupremùm
Sanguis in extremas gnatorum præſulis ædes
Sparſus erat, rubuit qua dextra aſpergine pollex,
Et pedis, haúdque aberant ferti libamina qualo
Ad templi mandenda aditus cum victibus oſſa:
A quibus haud ceſſit gnatis comitatus Ieſba
Relliquias flammis mandans feſtinus, & alto
Dum quater hinc Titan currus ter mergeret axem,
Hi templi excubias obſeruauere, focóſque,
Cum nox appeteret, primúſque Hyperionis ortus,
Delubríſque aderat ſemper cuſtodia ſolers
His non dans operam manes ſubitura profundos,
Si greſſum inſtabilis à fani ſede referret;
Anniculum antiſtes tunc dum mactatibus agnum
Suſtulit, atque bouis fœtum, pro crimine & hircum,
Acceſsitque aries, & bos, profecta peredit
Præcipitata vorax è cœlo flamma ſereno,
Pontificíſque genus cùm prunam ingeſſit acerra
Thuricrema vetitam ſudum nidore vaporans
Rem temere & faciens diuinam contigit Orcum,
Per Moſem pater eſt monitus non rumpere amictus,
Argumenta ſui nec tum proferre doloris

Vertice

Vertice nudato coram, caluáque reuulſis
Crinibus, atque ſuos hac gnatos lege teneri:
Quem Deus erudiit fumoſo parcere Baccho,
Et ſucco in cerebrum lentos efflante vapores,
Vnius ac mundas animantis mandere carnes,
Rumine trita iterum recubans quod gramina verſat,
Cui necnon bifido ſecernitur vngula cornu,
Reptilia horrentem & non veſci piſcibus vſquam,
Pinna quibus deſit, vel ſquamma, & mortua per ſe
Non adhibere epulis funeſta animalia edendis:
Iuſſit & à partu cædi præputia verpæ
Filiolis, cùm Sol octono fulſerit ortu,
Tricenáſque dies non emigrare, nouémque
E domibus matres, ſi maſculus exiit aluo,
Bis verò totiens, lucémque à partubus vnam
Haud prodire domo, prognata puellula poſtquam
Emerſit tenues à pube ſub aeris auras:
Anniculum quæ poſt ſpatium purgaminis agnum,
Atque columbinum pullum, vel turture natum
Sacrifico adducant ad fani limina, ſed ſi
Res tenues propter non eſt opulentia, fœtu
Turturis eſt gemino rauca, geminóve columbæ
Profluuium purgare ſatis, quód pube meabat:
Noſtráque lex voluit ſociali excedere cœtu
Sindone diſſuta velatum, & vertice nudum,
Cui papulis albore pili candentibus albent,
Cuique notis ſqualent rufæ faſtigia caluæ,
Ni cute lepra vagans totos obduxerit artus:
Vritur &, lepræ maculas qui traxit amictus:
A morbo & purgatus erit ſi decolor vllus,
Confiret hyſſopum, cum cedri & fragmine coccum,

Ac iugulans vaſe in figlino paſſeris vnum
Corpus aquas ſupra viuaci è fonte petitas
Alterius pennas madefacti cæde prioris
Aereas impune dabit volitare per auras:
Luſtratóſque pilos radens velamine loto
Mactat ouem, & geminos agnos, fertúmque miniſtrat,
Quáſque ſacerdotum partes demulſit oliuum,
Cùm primùm fuerant ſacrante à Moſe dicati,
Vngitur has idem columis: ſic vnguine ſanguis
Perfundi eſt ſolitus, quicunque piacula luſtrat:
Hæc holocauſta negat ſi vero anguſta facultas,
Agnus erit facilis cum polline victima trito,
Turtur & accedet, moriénſque perinde columbus:
Sunt etiam hyſſopus, cum cedri & fragmine coccum
Iuſſa repurgati à lepra libamina tecti,
Et geminus paſſer, progeſto rudere poſtquam
Impuro lapidum domus eſt cruſtata, litúſque
Calce fuit paries: quæ ſi contagia rurſus
Viſu conſpicuum ſit aleſcere, tigna neceſſe eſt
Deturbare domus ſolandæ à vertice ſummo,
Cum baſe & à fundo murali egeſta feruntur:
Et cum profluuio eſt Hebræus ſeminis æger,
Dicitur immundus, qui ſi iam penè ſalutem
Incolumi reparet, ſoſpes tum turture vtroque
Libamenta feret, geminúſve columbulus æthræ
Sacrificandus erit regi, quem ſi quis Hebræus
Ante quidem tetigit, quàm verpæ ſemina ſiſtant,
Occaſus ad ſolis erit pollutus Eoum
Sub lucem gelida quantumuis lotus, ab ægra
Illuuiem qui vel fundentem ſanguinis aluo
Contigerit: cuius coiens cum pube cruenta

Inceſtatus erit per luces ordine ſeptem,
Atque ea per totidem pariter ſocialibus abſens,
Diſſitáque alloquijs cedet ſic alite ſordes
Purgatura ſuas, vt cui meat inguine ſemen:
Interiora adyti non autem greſſibus intrat,
Ni petali fuerit flamen redimitus amictu,
Sitque aries, fœtúſque bouis mactatus, & vnda
Eluerit ſordem, geminúmque ceciderit hircum.
Intereáque aries: tunc lento id rite vapore
Suffiet, vtque locum vituli, & perfuderit hirci
Sanguine, quas penas populi meruere ſceleſti
Crimine, in alterius ceruicem congeret hirci,
Et precibus diris defixum in deuia mittet:
Hec pro liminibus referunt ſolennia ſacris
Indigene, accedens & gens exotica fanum,
Vni à lege Deo que ſunt conceſſa voueri:
Exitiale nefas & Hebrais ſanguine veſci eſt,
Vt cui eſt aerea vis & ſpirabilis aura:
Sic volueris primum caſa, pecudúmque cruores
Infodiuntur humi: tum cedunt cetera orexi:
Nec Pharia Hebrai, Chananea aut lege tenentur.
Connubij at certos norunt ſponſalia fines:
Flagitium & coitu muliebrem attingere pubem
Menſtrua ſit paſſam, degentem aut iure mariti
Alterius, ſeménque nefas eſt grande voueri.
Diuis Lotiadûm, grauiter que noxia planctu
Plectitur incuſſo lapidum, magis éſtque nefandum
Explicuiſſe ſuos luxus muliebria paſſo,
Eſt pecudis verò ſaliende impurius vſum
Appetere, hinc homines habeant cunabula bardi
Ne ſua contemptim, reuerentia vilior & ſit.

Is quoque Hyperboreos,& Phryxi vellere notos
Enodis docuit ſationem,& commoda lini
Regnáque in Aegypti rediens tum naue per æquor
Fratris vt inſidias,tetra & conuiuia menſæ
In Peluſiacis vitauit ſubdola Daphnis,
Et gemini euaſit diſcrimen,funere gnati,
Incolumis fraudes non liquit fratris inultas,
Et cùm in Barbarica populos tellure ſubegit,
Intulit immanem patris ignipotentis ad aras
Thuricremas lapidum molem,rapidíque fluento
Oppoſitus Nili ſaxoſus reſtitit agger,
Terráque tunc curua plauſtri ſulcanda gementis
Apſide communem fecit vectoribus vſum
Annonæ vtibilis,ſimul et commercia rerum
Quæ modò ſed Pharios populares comparat inter,
Et flumen ratibus præbet conferre viciſſim,
Extremáſque ferens diuortia ſparſa per vrbes,
Vſibus humanis quæ ſunt accommoda,mutat,
Fértque paludoſo deductas gurgite naues.
Et ceſſante rota Sarraci,pondera vectat:
Tunc perhibent Lunæ,& Solis,cœlique meatus
Compertos,ſtatuas cùm fixit templa ſecundùm
Mulciberi,& gnatis poſuit ſimulacra Seſoſtris:
Poſterius Pheron patrita anademata geſtans
Auſus in effuſum ripis emittere Nilum
Spicula iucundæ eſt priuatus lumine lucis,
Poſt geminum excipiens is verò oracula luſtrum
Fœmineæ tepida irrorans aſpergine pubis
Lumina ſuſpecto eſt lætatus in aere lucem
Reſtitui,optata & viſus auctore marita
Commiſit rapido multis cum ciuibus igni,

Quæ

Quas erat expertus thalami complexibus omnes,
Aerea aſpectum qui ſuauem lucis adeptus:
Maxima cœlicolûm poſuit donaria templis,
Saxáque ſubrexit penetralibus vtraque Solis
Aereas cubitis centum porrecta ſub auras:
Quæ regionatim non cœli eſt roſcida tellus
Munere, ſed pluuiis raró cœleſtibus humet,
Et Thebæ madido ſubſidere Pleiados arent
Solùm in ſolſtitiis deiecto chomate inundat
Planitiem Nilus, campíque ſuperuenit æquor:
In qua rura domant parua mercede coloni,
Ac medici exercent demenſi nomine ſumptum,
Et pecudes tenui victu contenta per herbas
Cura vireſcentes agitat paſtoria tractim:
Artificéſque ſuos intendunt luce labores
Inuidiam citra ciuilem, & munia honorum
Rite capeſſuntur, placidéque obeuntur, & acto
Iura foro reddit ſic omnibus æqua ſenatus,
Vt non Oebaliis, vt non concedat Athenis
Iuſtitia, ſceleris neque pœna remittitur auro,
Gratiáque oblimat peruerſa haud lege Synedri
Iudicium, aut animum patribus fallacia mutat:
Quin ſi perfidia numen violabitur æthræ,
Mutatáque fide, periuri vertice plexi
Intereunt, & qui prædonis in arma negarunt
Auxilium: atque hominis ſubeunt pro cæde cruenti
Ingenui, ac ſerui nullo diſcrimine mortem,
Haud tamen occumbunt gnatorum hâc ſanguine patres
Perfuſi, generis quod ſi manus impia iniqui
Vulnifico lethum conſciuerit enſe parenti,
Ligneolis calces ſoleis cohibentibus imas.

Impoſitum haud byrſe præceps in fluminis alueum
Mittitur, vrendis id vero ſentibus igne
Subijcitur: nec furta luunt deterrima matrum
Exorta ex vtero mœcharum pignora nondum,
Et mora fit morti, genitricis ſemine fœta
Temporis vſuram donans, eduxerit auræ
Vitali genitum donec connixa puellum;
Non at conficitur fugitor, qui deficit armis
Pro patria exhorrens emanſor claſsica miles,
In bellúmve ducis præcincti haud iuſſa capeſſens,
Soláque detrectat famæ hunc iactura, priuſque
Hopplomachi haud cinctus recipit, quam fortibus auſis
Dedecus eluerit, quod morte adcreditur acri
Eſſe immane magis fedáque id labe notatum
Eximijs tantum potis eſt aboleſcere geſtis
Fortiter: inducit nimirum hoc vnica virtus;
Fama vacillabit quem citra ægrota laborem:
Quos autem patriæ recludere contigit hoſti
Conſilia, euulſa hos vnenti lingua palato
Dedecorat: ſi qui & decurtauere monetam,
Quíve typis cuſere ſuis, qui pondera mutant,
Signáve, qui ve notas chartis fallaciter addunt,
Expungúntve dolo cæcas faciente lituras,
Aut quibus afficta eſt mentitis ſyngrapha ſignis,
His geminata manus truncatur vulnere crudo:
Parthenicæ & vitium ſi quiſquam Ægyptius offert,
Excidenda homini eſt extinguens verpa pudorem
Virginis, vt nullos habeat tum mentula motus:
Cum mœcha & luctante nihil deprenſus adulter
Mille flagellato vibices corpore ſuffert,
Huic geminæ verò nares populantur vtrinque

Per gladium,fuerit quæ turpis adultera:dumque
Mutuat argentum, aut numeratum creditor aurum,
Idque repræſentat,recipit chirographa nuſquam,
Contractúſque fides ſolùm iurata viciſſim
Eſt teſtis placiti:pupi & fœnuſcula ſortem
Amplificant eadem,faceret quæ nauta periclis
Velificata ſuis vectans per cærula merces,
Si quibus æquata eſt iam ſors, abſoluitur haúdque
Creditor,idcirco non iure premetur herili
Corpus adærati, quem non phylaciſta coarctat:
Non quoque,vt Actæi deprenſo fure, ſuúmve
Occultante ſcelus diſcernunt crimina ſontis,
Sic noſtri facinus plectunt,at protinus aræ
Aſſeruanti adytum ſi rem monſtrauerit author,
Parte rei potitur quarta:Phariáſque per vrbes
Vna ſacerdoti ſueuit denubere coniux:
Ventris et intendens ſtat ni lex caſſa Quiritum eſt,
Seruáque non gignit ſeruilia pignora mater,
Si pater eſt liber,ſobolis qui dicitur author
Vnicus,à cuius dependet ſorte puelli
Conditio,aut gnatæ,nec obeſt tunc fœtibus aluus,
Sint non legitimo Veneris niſi amore creati:
Quos fouet impenſa ſumptus leuiore parentum,
Radicéſque foco toſta,fructúſque paludis
Sunt epulae,gnatis ſed cura impenſius inſtat
Legitimis,quos non crinem velamine opertos,
Atque pedes nil per plantaria ſcortea amictos
Artibus erudiunt myſtæ,non frigora cœli,
Cæruleam aut veritos glaciem,brumæve pruinas,
Aut intemperias æſtus à ſole coortas,
Hóſque docent terrae tractus,cœlique meatus,

Membra quibus dura prohibent ſudare paleſtra,
Efferet indignos minimè ars vt ludicra motus,
Cuſpidis & ſtimulet punctim decernere flictu
Poſt impacta parum conſultè vulnera malis:
Abſterrent pariter diſcendi exordia cantus
Hi pueris, procul hóſque lyræ à dulcedine produnt,
Organiciſque modis, ne tunc langueſcere vires
Deſidia inuitans animos mulcedine Pæan
Molliat imbelles, publicis & corda gerendis
Abſtrahat à rebus pigrantia deſide cantu,
Haúdque repentinos Martis latura furores,
Per Muſæa mele quia ſit procuſa voluptas,
Hóſque docent vomitu triſtes excludere morbos,
Ieiunóve abigunt ſtomacho, nulláque medentur
His mercede data medicis, quos publicus omnes
Sumptus alit, qui ſi ſcriptorum ex lege priorum
Conſilia ex ſcripto, priſciſque authoribus ægro
Contulerint, pro morte ſubeſt his noxia nuſquam.
Si præcepta at erunt auerſi tradita ab arte,
Supplicia expendunt ſpreta ſaniſsima lege,
Tempore quæ multo vetus obſeruata per æuum,
Et medicis complexa nouæ concedere nolit:
His ſitus Ægypti: ſunt hæc genitalia morum
Semina, quæ docuit me primo à flore iuuentæ
Regia, me ſonuit dum gloria nobilis aulæ
Egregios inter proceres virtute, ducéſque
Patricios, patriis dapibus quos ſæpe ferentes
Hæc ſermone ſuo clementibus auribus hauſi:
Tu quoque, Hebræorum fuerint quæ ſacra tuorum,
Et quæ relligio, quis honos indicitur aris,
Solennéſque adyti ritus percenſe viciſſim:

Alloquia

Alloquia hæc adeò nobis ſunt mutua curæ:
Dixerat: excepit tum contra talibus heros
Suſcipiens nuptus: quando Nilotidos oræ
Quos populi retinent mores, ſermone profata es,
Dicam etiam, quo nos vnum veneremur honore
Numen, ſiderei ſolio quod præſidet axis,
Edocuit cuius Moſes inſiſtere ſacris:
Principiò ſi quis pecudem mactauerit aris,
Quæ minimè humana eſt iugulanda cibaria propter,
Sitque adolenda rogis, libetur vt hoſtia templo
Maſcula cæſa carens maculis, eſt lege receptum,
Detracto ſoboles glubet quam tergore Ieſbæ
Suſceptum pateris arcani ad limina templi
Rite manu circum fundens altare cruorem,
Iunctáque ſubyciet iecori vitalia prunis
Purgatoſque pedes gelida cum mollibus extis:
Si caper at verò, aut torrebitur integer agnus
Ad latus altaris iugulatus cæde Boréum,
Sanguine conſperget aras, ſebúmque capútque
Inteſtina ſimul, cum toto & crura cremabit.
Si ſpatij verò aerei libabitur ales,
Et torreſcet, erit libamen turtur vterque
Haud liceat geminos fœtus ſi ferre columbæ:
His auibus torquens in tergum colla ſacerdos,
Altariſque notans aſpergine ſanguinis oram
Porriciet plumas, & gutturis eximet idem
Ingluuiem verſus Phœbi naſcentis ad ortum,
Qua finis extincto iactatus ab igne locatur,
Conteret haudque leues ruptis compagibus alas,
Diuidet aut ferro ſed auem, quæ gutturis vnum
Pertulerit vulnus, gratam nidore Tonanti

Suppoſitis lignis flamen crepitantibus vret,
Perfuſámque oleo ſimilem libabit odora
Cum thuris lachryma, at fermento, & melle carentem,
Sed ſale conditam, toto & cum thure dicata
Parte, penu in victum, quicquid ſuperauerit, abdet,
Haud clibani quæ ſi fuerit durata calore,
Vicerit hanc verò frictam ſartaginis æſtu,
Eſt itidem ferti color inducendus oliuo:
Primitias autem cum feſta altaria frugum
Excipiunt, fructus colliſo farris aceruo
Igne ſubingeſto torrentur Pallade pingues:
Cúmque hominis propter peraguntur ſacra ſalutem,
Non bos mas fuerit, vel Hebræo fœmina, refert:
Admotáque manu capiti, de more cruorem
Leuigenæ fundunt, adipe, & vitalibus vſtis,
Ac iecore, & iactis in factos renibus ignes:
Fœmina ſi verò, vel mas ab ouilibus aræ
Integer affertur, horum iam ſanguine fuſo
Et renes, & adeps iuxta, peníſque iecúrque
Sunt alimenta regi: ſima qua lege capellæ
Intereunt, ac omnis adeps, tepidíque cruores
Flaminibus dantur, victu conceditur vti
Quorum non homini: peccánſque errore ſacerdos
Mactabit vitulum, madefient ſanguine cuius
Térque, quatérque ſacri pendentia vela ſacelli,
Cornuáque altaris Panchæo halantis honore,
Pellicula exuitur quoque propter fana iuuencum,
Vellenda & laterum ſunt cratibus exta, pedéſque
Ac ceruicis apex extra tentoria prunis
Committenda pyræ: ſic plebs operata iuuenco
Cernua deflectit ponentem numinis iram:

Tum

Tunc baſis altaris vituli rubefacta cruore
Ebibit: in more & poſitum primoribus hirco
Patricijs ſacro facere eſt, dum crimina luſtrant:
Obſcuróque genus ducenti à ſanguine auorum
Vitibus infeſtam ſat erit iugulare capellam.
Alterius ſiue is reticens periuria celat,
Funeſtúſve fuit: & qui deiuria fallit,
Iuratámque fidem mutat, ferret ignibus agnam,
Aut olidam capram, niſi res anguſta negarit,
Tunc quoniam geminos fœtus adolere licebit
Turturis ob tenuem cenſum, nidóſve columbæ,
Pollinis & fertum ſine thure, ac melle: reíque
Si quis primitias propriæ ſubduxerit aræ
Aut alias fruges, aut ſi tenuiſſe negarit
Depoſitum, ſi quis vel rem conamine raptor
Depopulatus erit, compertam aut occulat vſquam,
Integer occumbens aries commiſſa piabit,
Totius & curſu torreſcet victima noctis:
Aeternúmque fouens aris fumantibus ignem
Nutritum reparat Phœbeos vſque ſub ortus
Indutus tunica, linóque albente ſacerdos,
Progerit & cineres alio redimitus amictu:
Sacratúmque Deo ſolis eſt mandere victum
Fas maribus myſtis: numero quo munia patris
Filius accurans exuret lumine primo
Solis, & occaſu pollen ſartagine frixum,
Et vetitum comedi ſub torribus omne cremabit,
Viſcera mandentur cui ſacra in ſede manenti
Purgatura nefas, oblatáque nomine voti
Non licet à geminis ori conferre diebus:
Cedit pontifici quorum cum pectore dexter

Armus, adeps editur ſed non libaminis vlli:
Eſtque vbicunque nefas roſeos ſorbere cruores:
Dúmque ſacerdotem ſacrauit corpore loto
Indutum lino tenui, & ferrugine Moſes,
Circumfuſa humeros arctauit balteus ipſi
Suppara, & implicitis complexa eſt infula tenis
Compreſſam vittata comam, crinéſque liquore
Vncti ſunt oleæ ſuccis ſtillantibus aræ,
Et vitulus crimen febriuans vndante cruore,
Procubuítque aries geminus, cæsique ſupremùm
Sanguis in extremas gnatorum præſulis ædes
Sparſus erat, rubuit qua dextra aſpergine pollex,
Et pedis, haúdque aberant ferti libamina qualo
Ad templi mandenda aditus cum victibus offa:
A quibus haud ceſſit gnatis comitatus Ieſba
Relliquias flammis mandans feſtinus, & alto
Dum quater hinc Titan currus ter mergeret axem,
Hi templi excubias obſeruauere, focóſque,
Cum nox appeteret, primúſque Hyperionis ortus,
Delubríſque aderat ſemper cuſtodia ſolers
His non dans operam manes ſubitura profundos,
Si greſſum inſtabilis à fani ſede referret;
Anniculum antiſtes tunc dum mactatibus agnum
Suſtulit, atque bouis fœtum, pro crimine & hircum,
Acceſſitque aries, & bos, profecta peredit
Præcipitata vorax è cœlo flamma ſereno,
Pontificíſque genus cùm prunam ingeſſit acerræ
Thuricremæ vetitam ſudum nidore vaporans
Rem temere & faciens diuinam contigit Orcum,
Per Moſem pater eſt monitus non rumpere amictus,
Argumenta ſui nec tum preferre doloris

Vertice

Vertice nudato coram, caluáque reuulſis
Crinibus, atque ſuos hæc gnatos lege teneri:
Quem Deus erudiit fumoſo parcere Baccho,
Et ſucco in cerebrum lentos efflante vapores,
Vnius ac mundas animantis mandere carnes,
Rumine trita iterum recubans quod gramina verſat,
Cui necnon bifido ſecernitur vngula cornu,
Reptilia horrentem & non veſci piſcibus vſquam,
Pinna quibus deſit, vel ſquamma, & mortua per ſe
Non adhibere epulis funeſta animalia edendis:
Iuſſit & à partu cædi præputia verpæ
Filiolis, cùm Sol octono fulſerit ortu,
Tricenáſque dies non emigrare, nouémque
E domibus matres, ſi maſculus exiit aluo,
Bis verò totiens, lucémque à partubus vnam
Haud prodire domo, prognata puellula poſtquam
Emerſit tenues à pube ſub aeris auras:
Anniculum quæ poſt ſpatium purgaminis agnum,
Atque columbinum pullum, vel turture natum
Sacrifico adducant ad fani limina, ſed ſi
Res tenues propter non eſt opulentia, fœtu
Turturis eſt gemino raucæ, geminóve columbæ
Profluuium purgare ſatis, quod pube meabat:
Noſtráque lex voluit ſociali excedere cœtu
Sindone diſſuta velatum, & vertice nudum,
Cui papulis albore pili candentibus albent,
Cuique notis ſqualent rufæ faſtigia caluæ,
Ni cute lepra vagans totos obduxerit artus:
Vritur &, lepræ maculas qui traxit amictus:
A morbo & purgatus erit ſi decolor vllus,
Conferet hyſſopum, cum cedri & fragmine coccum,

Inceſtatus erit per luces ordine ſeptem,
Atque ea per totidem pariter ſocialibus abſens,
Diſſitáque alloquijs cedet ſic alite ſordes
Purgatura ſuas, vt cui meat inguine ſemen:
Interiora adyti non autem greſſibus intrat,
Ni petali fuerit flamen redimitus amictu,
Sitque aries, fœtúſque bouis mactatus, & vnda
Eluerit ſordem, geminúmque ceciderit hircum.
Intereáque aries: tunc lento id rite vapore
Suffiet, vtque locum vituli, & perfuderit hirci
Sanguine, quas pœnas populi meruere ſceleſti
Crimine, in alterius ceruicem congeret hirci,
Et precibus diris defixum in deuia mittet:
Hæc pro liminibus referunt ſolennia ſacris
Indigenæ, accedens & gens exotica fanum,
Vni à lege Deo quæ ſunt conceſſa voueri:
Exitiale nefas & Hebræis ſanguine veſci eſt,
Vt cui eſt aerea vis & ſpirabilis aura:
Sic volucris primum caſæ, pecudúmque cruores
Infodiuntur humi: tum cedunt cætera orexi:
Nec Pharia Hebræi, Chananæa aut lege tenentur.
Connubij at certos norunt ſponſalia fines:
Flagitium & coitu muliebrem attingere pubem
Menſtrua ſit paſſam, degentem aut iure mariti
Alterius, ſeménque nefas eſt grande voueri
Diuis Lotiadûm, grauiter quæ noxia planctu
Plectitur incuſſo lapidum, magis éſtque nefandum
Explicuiſſe ſuos luxus muliebria paſſo,
Eſt pecudis verò ſaliendæ impurius vſum
Appetere, hinc homines habeant cunabula bardi
Ne ſua contemptim, reuerentia vilior & ſit.

Humani generis, pecudum quam tonſa terentum
Gramina: præterea pecorino fœmina peccat
Cum Sykodo decoris oblita, obnoxia morti eſt:
Lex colere & geminos vult pignora amore parentes,
Ac lucem celebrare, dies quam ſeptimus affert,
Relliquias meſſis necnon, & vittis egenti
Mittere ſtringendas, non & periuria verbis
Nectere, & externas res cautim demere furto,
Mentirique fidem, & ſurdo mala verba precari:
Nullo & diuitibus tenues diſcrimine adæquans
Ius noſtrum retinet, cum diſceptanda forenſi
Eſtis concilioꝫ non quod miſeretur egentis,
Si male iudicium eſt acceptum, dúmque ſubire
Vult aporum pœnas: neque Hebrais ſemine tellus
Conſeritur vario, qui non à termite fœtus
Ante legunt, quàm bis geminata refluxerit æſtas,
Ex quo ſtirps fuerit gleba mandata ſubacta:
Augurióque fides nulla eſt, ſomnique figuris:
Luxuriéſque manet menti, nec crinis in orbem
Cæditur, & nullam compungunt ſtigmata pellem
Mentis mæſtitiam teſtata ob funus Hebræi:
Canitiémque hominis colimus, ſeniúmque veremur,
Atque peregrinos, iuſtóque examine lancis
Pondera libramus, ſordéntque arcana magorum,
A tripode & Phœbi loquitur non Pythia vates
In regione mea, ſontéſque immenſa morantur
Supplicia, & pullum funus producere tantum
Fas conſanguineie eſt hominis cuſtodibus aræ,
Luxuriem ſemper deceat quos paſcere menti,
Cæſariem & capitis, qui ſolum coniuge nuptus
Parthenice celebrant, quæ non experta maritum eſt:

Naturæ

Natura hi ſimul vt vitio, maculiſque laborant,
Arcentur, ne ſacra ferant, & ſanguinis ægri
Profluuio, ac lepra papulis lita corpora habentes,
Dum ſint incolumes, nec vota cibaria carpunt,
Ac operam profitens pretio, & mercede, nec eſcas
Aduena luſtrales, generata aut præſule mandit;
Hac ni à coniugij ſoluatur libera nexu:
Cæcatúmque animal vetitum eſt à lege litari,
Nec non fœmineum, quod non prætenditur aris,
Cui ſi defuerint colei, languéntve retuſi,
Vulneráve experti fuerint, ſi membra perinde
Inficiunt papulæ, ſcabieſve, aut nata videtur
Roreſcente nimis mentigo gramine adeſo,
Non ea reſpondet peragendis victima ſacris,
Quique reuelletur materno ex hubere fœtus,
Ante dies tenerum fouit quàm ſeptima lacte:
Verrucoſa adytis & non animantia dantur:
Exudare quidem noſtri ſueuere laborem
Senoſúſque dies: lux conſecrata quieti eſt
Septima, qui, legitur quo menſe nouitia meſſis,
Fermenti Cereale carens in edilia ſemen
Expediunt, agnum & iugulant, hœdúmve, ferúntque
Primitias primum demeſſi mergitis agro,
Præteritis necnon triginta à meſſe diebus,
Atque nouem, & denis panem in libamina vtrumque,
Et ſeptem anniculos agnos, taurúmque litatò
Pollucent, geminúſque aries iugulatur in ignem,
Atque vtriſque caper pro crimine iungitur agnis
Atque vbi ſuccedens æquatis libra diei
Noctibus Autumnum retulit, tum ſeptimus affert
Luce diem menſis primam, & ſollennia circi,

Buccina conuentũm cogens è langore canora eſt
Multa diem & nonam poſtquam iubar extulit axe,
Torquet aqualiculos ieiunæ gentis orexis:
Hinc ſimul vt radios his Sol ter fregit in alto,
Feſta mei celebrant ſeptenis annua Hebræi
Solibus, vmbroſis & vellunt brachia palmis,
Atque ſecant quernas frondes, ramóſque ſalicti
Eripiunt glaucos, foliíſque vmbracula texunt,
Et tremulæ menſas obtentu frondis inumbrant
Otia qui reſides per Oporina tempora ludunt,
Dum grauida explerunt prouentibus horrea meſſes,
Vitigenúmque æſtus deſpumauere liquorem,
Tempore quo ſtatio eſt ſubnubila mollibus vmbris:
Olim in mobilibus quæ ſunt monumenta manentum
Iſacidum attegijs, cum per ſqualentia ſyluæ
Deuia captarent ſomnos tentoria ſubter,
Seruitium & regis fugerent, ac Taneos vrbis
Vitarent acies rigidas, populúmque ferocem:
Quæ dum ſcita deus Moſem dum ſacra doceret,
Contribui ſuccos olearum in lampadas vſque
Ad myxos monuit, biſſena & polline fingi
Liba ſuper thuris cumulato munere odori:
Tunc patre Iſacide & Meſræa matre creatum
Contundi lapidum crepitanti verbere iuſsit,
Iurgia quod numen maledictis figeret inter:
Bis lapſa & vetuit vuas trieteride carpi,
Agrorúmque coli glebas, vitéſque putari,
Reſtibilémque meti ſegetem, ſed fructibus vnis
Iſacidum in victum ductor conceſſerat vti,
Quos tulerit nullo tellus perarata labore:
Bíſque vbi vicenos renouarit Delius annos

Atque

Atque decem, conchas præcepit clangere Hebræis
Prædiáque actutum domini diſtracta prioris
Ius recipit, nec tunc mandantur ſemina ſulcis,
Viuitur at ſolum prognatis fructibus vltro,
Prouentúſque poteſt ducta ratione coacti
Res redimi à domino, genitali aut ſanguine iunctis
A conſanguineis, redimendi ruris herili
Si manui pretium tunc non præſentius adſit:
Omnino ære domus ſi veniit vrbica iuſto,
Non ea per dominum lapſo reuocabitur anno:
Scilicet obtrudet poſſeſſor temporis vſum:
Cui non Leuigenæ domus eſt obnoxia iuri,
Haud venire licet cuius pomeria nummis:
Æráque dependi fœnebria lege vetantur:
Et qui ſe pretio ſeruos fecere volentes,
Non ſunt per dominum dura ditione tenendi,
Seruilis veniunt inſtar neque ſortis habendi,
Sunt vbi nimirum gentili ab origine Hebræi,
Qui libertatem præſcripta ætate fruantur,
Cum per mancipia is natos exotica ſolum
Perpetuo teneat dominatu, & iure tenaci:
Qui ſe à ſeruitio ſoluant mercede, queántque
Libertate frui, redimantur & ære ſuorum:
Hæc Moſi mandata dabat, qui ſydera flectit
Morigeris ſpondens prouentus uberis anni,
Non quoque rumpendum fœdus, qui iuſſa peroſot
Camporum ſterili ſulco, belliſque fatiget,
Inuehat & peſtem, nec pendula poma grauatis
Procreet arboribus, bicoloréſque educet vuas,
Cum domibus ſolet qui templa, iugóque gementes
Comprimat hoſtili: vota & ſolennia reddi

Iuſſit Adoneus ſacrata eucteria propter,
Aut pretio edixit redimi:ſacrataque templis
Non venire ſolent, decumarum at vendita emetur
Ob ſacras epulas pars agri debita myſtis,
Non verò,pecorum fœturis edita ſi qua eſt.

GILBERTI FILLOLII ABBATIS

NEALPHAE VETERIS,

Regum Lib. octauus.

SIc vnà vnanimes rex, & regina ſerebant
Diffuſis animis mores,& ſacra ſuorum,
Dũ clamoſa fremit certatim regia plauſu
Cedere ſermones quibꝰ eſſet dulce viciſſim,
Heſperia donec rubuiſſet Veſper in æthra:
Iamque reponuntur menſæ,lanceſque perinde,
Cratereſque volant,rurſumque redintegrat heros
Polluctum geniale trahens id noctis ad vmbras
A ſole occiduo, poſt & bellaria ſerto
Flore coronatos famuli ſtatuere trientes,
Diſtulerant ſimul ac conditum,& ſalgama ſecum:
Lintea vimineis qui dimouere caniſtris,
Cùm ſatias dubiæ facta eſt poſt fercula cœnæ,
Atque epulis ſimul vt venit modus, vtque miniſtri
Relliquias qualis ſtrinxere analecta legentes,

Sumptu & accepit regis prolixius omnes,
Lychnorum famulæ myxos laquearibus aptant,
Noctis & excutiunt pullæ funalibus vmbras:
Ac prece præfatus numen fœlicius omen
Connubij Salomon tædis genialibus orat,
Venturumque genus vincli meminiſſe iugalis,
Et cum Niliacis fœdus ſeruare nepotes
Iſacidum parili deuinctos pignore amoris:
Tum vocat in cœtum, ſi qui decernere Muſis,
Ac Pæane velint aures mulcere ſonoro,
Et ſimul auledis citharæ certamina ponit:
Ecquis erit veſtrum? qui fila attacta recurrens
Leniat arrectas ſuaui dulcedine mentes,
Dum nox roriferis exercet ſydera bigis,
Arctius haúdque iuuat à potu admittere ſonos
Cratera ex ſolido victori largiar auro,
Lotiadum patri datus eſt qui rege ſubacto,
Alter & effectam ſibi ſpondeat aſſere cedri
Barbiton oratam, deſumpſit in vrbe Sophenes
Quam genitor populans raptis ſpadicibus ædem:
Tertius hoc abeat donatus vitilis auri
Torque, mihi collum curuis qui flexibus ambit:
Ilicet exiliens certare Zecharia cantu,
Aſaphus atque boni tunc ſunt modulamina adorti,
Mattatiáſque, modis quo non fœlicior alter
Pſallere, cùm ſpolijs ſublimi in poſte locandis
Ampla triumphales portantur in atria laurus:
Principióque Aſaphus regis percurrere iuſſus
Iudicio neruos muſam meditatur, & ora
Pollice concuſſis ſociat vocalia filis:
Et canit, vt populo ductorem ſydera vertens

Sufficit Iſacidum, vult ea ſorteſcere iuſsis,
Summáque frænandi præſcribens limina regni
Præcipit à Libano manans ſuperare fluentum:
Imperióque ducis furtim Ierichuntis in vrbem
Exploratores veniunt, quos hoſpita celat
Exuperare monens montes præſaga futuri
Euentus Rahabæ, & regnandi præſcia tractus:
Et iam Leuigenas agmen præcedere mandat
Nunc ſatus ſacri vectantes pondera ligni:
Retro verſa quibus requierunt agmina curſus
Fluminea Hebræis gradientibus apta vadari
Atque iter auerſis ſiſtens excurſibus amnis
Eſt arente ſuos ripa reuolutus in ortus,
Quà Iordanis aquas iam penè abſorbet abyſsus,
Inque Aſphaltite eſt nigrante bitumine fumans,
Confiniique ferè lacui committitur amnis,
Flumen Hebræorum quod erat pro gente vadoſum:
Dux vbi biſſenos lapides è flumine latos
Collocat in medio, qui ſint monimenta recurſus
Auertentis aquæ, totidémque in ceſpite ponit,
Nomine ab euentus vbi campum Galgala dixit:
Et, circum poſitis gelido terrore gelatis
Regibus, Iſacidum ſecuit præputia vterque
De lapide effectus culter per inhoſpita nati
Per duo luſtra quater populi, quæ ſanguine tinxit
Libertate adeò deductum Galgala nomen
Tunc habuit regio, quippe hac ſtatione potiti
Flumine traiecto ſe tutius eſse receptos,
Seruitio Ægypti necnon duxere ſolutos
Se cunctis Iſacidum deſertorúmque labore:
Corporeis qui tot latis ſudoribus omnes

Inuaſere vias: fermenti neſcia victus
Feſta vbi ductor agens, poſtquam mucrone minacem
Cœlicolam pauitans plantaria vincula ſoluit,
Ierichuntis agi muros clangore tubarum
Vidit præcipites, lapſámque irrupit in vrbem,
Perdidit atque ſenes capitis, paritérque puellos
Hubera ſiccantes, nuruúmque, et corpora matrum,
Ac ſtabulis arens armenta vorantia gramen:
Soláque ſeruata eſt Vulcani à vortice, & armis,
In lare ſubſeſſas quæ texerat hoſpita Hebræos
Cognita coccineo prætentæ veſtis amictu,
Scilicet obtentu cuius non hoſpitis, háudque
Hice facultates cunctas vſſere parentis,
Atque propinquorum: & deuouit mœnia poſtquam
I*nſtauraturum victor reciduа, grauémque*
Argenti ſpoliјs Acharem, & congeſtibus auri,
Obruta humi fuerat per quem Babylonica veſtis
Principis ornatus quondam Ierichunta regentis
(Quà ſita vallis Achor fuerat) per ſaxa peremit,
Fortuna facili victores ante ſubegit
Orto Sole viros furtis poſt terga paratis,
Poſſeſſæ fuerant qui ciues vrbis Aine,
Mœnibus ambuſtis et regem in robore fixit,
V*eſpere & exoluit laqueo nil vulnere ferri*
L*auatis lapidum cumulis altaria ponens,*
S*axáque lege notans tulit is libamina ad aram:*
Hunc contra Libanum montem, litúſque tenentes,
Monticolæ ac reges ſimul & trans flumina agentes
I*urauere manus, quem ſed Gabaone creati*
P*ræuenere viri vectantes munera aſellis,*
Orauere etiam pacem; nexúque vetuſto

Et ſqualente ſitu panoſi tegmine veſtis,
Mentitque procul veniſſe iacentibus oris
Inuento promiſſa dato ſunt fœdera nacti,
Seruitio ad dicti qui lege fuere ferendi
Roboris, atque humeris geſtandi fontis in vrna:
Illos Arbeadum, Solymúmque, Lachiſque tyranni,
Vrbis & Eglonis rex, & Phiramus ad vnum
Appetiere ſuis turmatim vertere neruis,
Sed quos Iſacidum linquentes galgala noctu
Aſſeruere manus, cœlúmque exterruit hoſtem,
Obruit & lapidum crepitante per æthera nimbo:
Tunc ſtabili curſum requieuit lampade Titan.
Bis ſeniſque ſtetit lucens immobilis horis,
Reſtitit & Phœbe media Titanis in æthra,
Nunc ſatus donec percelleret agmina turpi
Diſpalata fuga: deiecto & funditus hoſte
Celatos penitus ſpelæi fornice reges,
Atque tremiſcentes ſub mandra luminis auræ,
Viſibus & iuſſit exponi quinque ſimúlque
Diſtulit apprenſis mortem dum ſtrage fugaces
Ceſſiſſent cunei, prorſúmque hi clade maderent,
Quorum colla pedis tandem calcata frequentis
Planctibus arctauit laqueis, & quinque trabali
In cruce diſtendit conuelli à robore curans
Emeritos condente mari Titane Iugales,
Et crucibus raptos ſpeluncæ in cautibus abdi,
Qua veriti Hebræos latuere, & faucibus antri
Aduolui lapidum præcepit Ioſua molem,
Euertit quoque Makkedadas cum rege, nigrantes
Adueheret cœlo bigas nox ſera priúſque,
Cumque ſuo expugnans contriuit principe Lobnam,

Subdu-

Subductiſque Lachim ſub lucem contudit vmbris,
Necnon Gazeridas, regémque in bella ferentes
Auxiliare Lachi robur, circumdedit iſque,
Aeglonîſque die domitauit mœnia eadem,
Suſtulit & ferro ciues: qua ſede profectus
Perculit Arbeadas, regis ſimul imbuit enſem
Sanguine monticolas perimens, ac flatibus Auſtri
Expoſitos pluuiis, & vicit plana colentes,
Rura quoque Aſdoti, quáque arua à litore Gazæ
Vſque ad palmiferæ montes occantur Idumes:
Rex Atſôris eum pauitans cùm rege Madonis,
Necnon Achſapidum Semeronis robora cogit,
Multáque præterea numeroſi examina vulgi,
Quáque Schebonitis laxat diffuſius amnem
Vnda ſuum, ſæui micuerunt ſemina belli:
Quos ſunt Iſacidæ ſubducto Marte fugaces
Vſque ad Sidonias arces, Maſphámque ſequuti,
Mœniáque Atſôris cùm principe aduſta cremarunt,
Præter & Heuæos omnes certamine gentes
Euertere ſuo, quos & montana tenebant
Arbeadûm, necnon Hanakimi ſanguine auito
Progenitos, niſi quos & Gazæ, & mœnibus Azes,
Fecerat atque agger vallorum Anthedone tutos
Quos vbi tricenos reges, & perculit vnum
Iſacidûm congreſſa manus, quà rura coloni
Lotiadæ, Eſaudæque domant, Carnanáque ſurgunt
Oppida, quà Libani montes & ad vſque remota
Arbeadum à ſpatio tellus patet, áque fluento
Iordanis pelagi clamoſum littus adúſque,
Poſterius tellus exhauſto libera bello
Poſt domitum pugnæ ſtrepitum placidiſſima viſa eſt:

Detractiſque poli rector regalibus armis
Nunc ſato fines partiri iuſſit Hebræis
Iam tremulo neruis: vires tenuante ſenecta,
Pérque decem Iſacidas diſcrimina pendere terræ,
Atque nouem tribubus metas, mediæque Manaſsis
Aſsignare ſoli, terrarum & ducere ſortem.
Ilicet is Syriam ſpeculanti indagine quondam
Contulit Hebronis tibi tecta habitanda Calebe,
Eſt quà Ena Kinorum tumulatus maximus inter
Manbreadas, tribubúſque nouem, mediæque Manaſsis
Dididitis Syriæ tractus non finibus vllis
Leuigenas arctans, ſortitu & præbuit vſquam
Non his rura, quibus ſparſim promiſcua regnis
Oppida, et aſcripſit vicina ſuburbia vallis,
Se refugi ſontes quorum tuerentur aſylo,
Qui non compoſitò macularint ſanguine dextras,
Quique foro effectæ rationem reddere poſsint
Cædis, & haud quorum linquatur aſylia greſſis,
Nec prius in patriam redeant, conceſſerit albo
Æthere quàm flamen caſſus, qui præſides aræ:
Sic biſſena quater myſtæ ſunt oppida nacti,
Atque ſuburbanos fundos habuere propinquos.
Vnde olus in victum legerent, pecudéſque coactas
Sparſo vbi ſtramento ſtabularent: quámque recepit
Charo Theraidæ tellurem rector Olympi,
Fœdere tum fructi placido tenuere minores
Amotíſque tubis ſegetes, vitémque ſerebant
Vnanimi, & læta florentes pace gerenda,
Auſæ & erant gentes acie haud concurrere circum,
Aggreſſæ ve animos terrere minacibus armis,
Inque nouos hominum bellis occurrere mores:

Hique ſubegerunt omnes ditione tyrannos,
Atque refutatas circum per prælia gentes
Sub iuga miſerunt rapti Nilotide ab ora,
Caſſáque polliciti fuit haud fiducia regni:
Denique poſſeſsis Syriæ fœlicibus oris
Dux venia & natis Gadi, genitíſque Rubene
Tendere trans fluuij ripas, generique Manaſsis
Inducit, reducéſque ſuos inuiſere fines,
Lotiadas ſpatia & quondam collata per vrbes,
Carnanúmque ſolum Galadenæ in tractibus oræ,
Vt conſanguineos qui ſiſta pace potitos
In regnum extulerint ſociali robore fultos:
Officiúmque probans dignum moréſque virorum
Submonuit Moſis ſuſcepta inſiſtere legi:
Qui legère igitur præda telluris onuſti
Diuiſis ſpolijs rurſum veſtigia retro
Obſeruata vijs primum, Silunte relicta:
Cúmque ſubelatos veniſſent aggere montes,
Quo procul haud refluum Iordanes explicat amnem,
Mõs quoque quà Therſam, & Iordanẽ attollitur inter,
Inſtituere iugi ſupremo in vertice ductum
Altare aereæs lambens à culmine tractus:
Idque indignati nimio conſurgere ſumptu
Iſacidæ inſanum inîſsi, votúmque Priapo
Efferati Martis rabiem fremuere ſecundum
Siluntem, & ſpatijs ijſdem conſiſtere ſecum
Altare in tumuli tollentes vertice malint,
Ne ſemper vetitis Ithyphalli cultibus inſtent,
Deriuéntque ſacris diuinam talibus iram,
Vt qui phœniceo detraxit ditia cocco
Tegmina vibratis contuſus tempora ſaxis:
At vero aeream tollentes aggere molem

Placauere minas, & monte altaria duci
Reſpondere, deo non vt libamina ferrent
Helleſpontiaco, ſed quò monumenta nepotum
Vſque recurſuris eſſent reſtantia ſeclis,
Terrarum haúdque locis, neque ſe Iordane diremptos
Fœdere ab Iſacidum ſociali, aut finibus amnis
Diſcretum ſocios in Hebræos pignus amoris,
Quominus in ſanctis ineant commercia templis
Atque petant iuſſi venerandam tramite ciſtam,
Quæ poſita à myſtis fuerat Siluntis in vrbe,
Non niſi quem iuxta ſolido placamine, & vnà
Sacrificent ferto, quoties ſtata feſta colentur:
Ex in Nune ſato iam poſtquam aduenerat ætas
Præcipitans, heros primoribus vrbe coactis
Verba apud Iſacidum fecit meditata ſenatum,
Cuncta quòd ominibus ceſſiſſent bella ſecundis,
Et quæſita quies deuictis alma tyrannis
Eſſet iam populo victore, munere Olympi,
Quod poſt deijciat non debellata, iugóque
Oppida ſubijciat, Hebræi iuſſa capeſſant
Si data per Moſem tabulis ſignata duabus,
Nílque fide aſtricta Syriorum numina iurent,
Indicántque ſacri nuſquam his ſolennis honores,
Quin melius votiua deo ſua munera libent,
Concipiántque preces exploſis omnibus vni,
Qui circumpoſitæ labentia robora gentis
Obterat, & cuneis non obſtatura ſuorum
Conficiat, ſi ritè ſuos inſiſtere cultus
Videri Iſacidas, amplexáque ſacra vereri,
Hos neque mentiri, falſó et contexere amores,
At vero ſuperos gentis vitare profanæ,

Cùm qua rura tenent pariter communia Hebrei,
Si ſimnlachra terant,neqne mutua fœdera iungant,
Atque externa velint nuſqnam connubia inire:
Si quibus impure maculent.ſe nuptibus olim,
Excidium ſcelere aſtricti,cladéſque morantur
Fertilis arcendi pro noxa ex hubere glebæ,
Irrita ſi non ſunt diuina oracula,cùm iam
Pollicitis quondam reſponderit exitus aui:
Inde ſenatores,obeuntes munia necnon,
Patricióſque viros Sechemorum in ſede coegit
Ductor,et officijs quibus hos deuinxerit author
Aetheris,expreſſit, qui de regione duorum
Flexibus ambita fluuiorum eduxit ab igne
Theraidem aſſertum,violento & vertice flammæ,
In Syriam & duxit dans hunc ſoboleſcere,et augens
Fœtibus,áque iugo cenchris dimota ſuperbo
Semina,naue viam maris & ſuperantia nulla
Amplificauit agros donans vligine latos,
Lotiadáſque duces fecit, Carnámque regentes
Innocuos,mantem & precibus defigere adortum
Hac diris grauiter noxa his non pertulit eſſe,
Et quæ trans fluuium regni portendere fines
Haud debellatis efficit cuſpide prorſum
Indigenis, vt qui planctu volitantis aſili
Limine ſint patriæ deſerto cedere iuſsi
Oppida linquentes exædificata venuſtè,
Immenſo ſtudio domitos & vomere ſulcos
Agricolæ,crebros ob punctus alitis œſtri,
Necnon compoſitè digeſtas ordine vites,
Et ramos oleæ generoſo ſtirpe feraces:
Sic debere coli docuit pro munere numen,

Infringi & ſtatuas monſtrauit Ioſua diuûm,
Gens venerata ſuis quos eſt AEgyptia in aris,
Relligio Aſsyriæ quos & regionis adorat,
Sit vetitum cultus quorum cõmittere ſacris,
Cœlicolum regi quæ præſul Iesba ferebat,
Denique Nune ſatus, poſtquam pepigere deorum
Hebræi effigies differre, deúmque vereri,
Seruitio AEgypti raptis per deuia præſes
Qui fuerit poſitus Syriæ in fœlicibus agris,
Expoſuit vulgo ſanctarum vincula legum:
Suſcepitque fidem Moſis parere tabellis
Turba, legens quarum tum ſcita, & conſcius heros
Promiſſi arboreo lapidem ſub ſtirpe locauit
Teſtem polliciti, quà propter limina templi
Explicitis penetrabat humum radicibus arbos,
Inque frequentatos populo remigrante penates
Luſtra ſenex æui claudens vicena, duóque
Oppetyt, Tamnaque ſuæ tumulatus in vrbe eſt
Interitus, Boreæ quà mons à flatibus arces
Suſtinet Ephrami poſſeſsas iure nepotum:
Exanimi verò cuius poſt funera cultu
Relligio contenta pio eſt, Secheméque ſepulchro
Arida Ioſephi poſuerunt oſſa miniſtri,
Iuſta quoque Hebræi gnato feciſtis Iesbæ:
Hæc Aſaphus: ſequitur mox deinde Zecharia neruos
Percutiens, tenditque chelim, vocémque ſubinde
Argutis ſocians chordis pœana ſonorum
Intonat, admotæ qui fila ſonantia motu
Sollicitat dextræ, citharedus et occinit vnà,
Nunc ſati poſt funus vti Iudæa laceſſant
Agmina Bellonam Simeone adiuta creatis

Sortibus

Sortibus hi primum poſtquam reſponſa petitis
Læua reportarunt cæli, manuúmque tyranno,
Præcidúntque pedum gladijs extrema, ſubactis
Qui ditione quater denis, & regibus oras
Triginta abſciderat manuum crudelis in hoſtem,
Truncarátque pedes ſub menſa more moloſsi
Relliquias epuli cogentibus ore caducas:
Conceſsit Selymam qui demum vinctus in vrbem,
Ille vbi poſtremò per mortem lumina clauſit:
Hinc canit aulœdus, victrici vt cuſpide Hebræi
Arbeadas figant, natos & ſtirpe gigantum
Conficiant cæſos, inuadant inque Deuirem,
Quam deiecturo tua gnata Calebe recepta eſt:
Hancce Ceneziades rupta ſubit aggere porta,
Mercedémque refert belli pro fortibus auſis,
Et pacta in thalamum potitur complexibus Axæ:
A patre per monitus quæ primum hortata viriles
Exorauit humum madidatam aſpergine fontis,
Non ea vt in dotem quod rus candentibus arens
Solibus accepit nil pingue vligine limi:
Tum quoque Cinæi palmarum in mœnibus orti
Iudæas venere domos, Chananæáque letho
Per Simeone ſatos, Iudæa & origine cretos
Agmina turmatim data ſunt, poſitura iacentis
Hormæ quà fuerat: victíque fuere manipli
Marte Philiſtæi duro, qui cærula propter
Confines pelagi coluerunt fluctibus vrbes,
Culmina deuicti ſunt et montana tenentes:
Hos minime Hebræi debellauere perinde,
Qui vitam indigenæ duxere in vallibus imis,
Indomiti quod erant falcatis curribus vſi:

Quas poſt fulmineas acies, pugnaque triumphos
Imperio Moſis tenuit ſub iure Calebus
Arbeadas ciues tria mittens corpora in Orcum
Prognatorum hominum ex Hanakimi ſanguine claro
Oppoſitos non ſic Iebuſæ ex aggere ciues
Beniamide potuere ſuis procellere turmis:
Aſt ab Ioſephi repetentes ſtirpe minores
Progeniem magis hinc Luzam vertere ſecundis
Ominibus, ciues & ferro hauſere caducos
Proditione hominis, qui tanta à ſtrage ſuorum,
AEquoris vndiuagi quà tunditur inſula fluctu
Cyprus, arenoſo religauit littore funem,
Dictáque conſtituit de nomine mœnia Luzæ:
Non ita proſtrauit Nyſam, Canantámque Manaſsis
Marte genus, poſitáſque vrbes confinia iuxta,
Immiſtúmque diu Chananeis gentibus egit,
Vt geniti Ephramo, necnon Zabulone creati,
Qui Nahalonenſes, Celronenſéſque domabant
Haudquaquam trepido terrore, aut fortibus armis,
Nonque aliqua plures, quamuis Chananæa tributo
Gens vacua haud fuerit: gens Sidoni téque ſubegit
Haud tribus Aſeris, Anchonenſéſque, viróſque
Non ea finitimos vicit, nec denique ciues
Vrcis Abelmacheæ pugna peruincere virtus
Nephtalidum potuit, genitos ſed ſanguine Dani
Hoſtis Amorrhæus pugnax arctauit in arcto
Monte fatigatos non eius ab aggere paſſus
Auguſtas regni metas expendere in æquum:
Cum ſunt rege quidem non recti, aut præſide Hebræi,
Et dominatorum multos caruere per annos,
Tunc ſtatuit ſacram in priuatis ædibus ædem,

Michâſque effigiem poſuit, priuata ſacerdos
Sacra vbi ſæpe deo poſitoris gnatus agebat,
Geſſit & in ventu præſcriptos Moſis amictus:
Leuigena his etiam priuata operatus in æde eſt
Sacris Bethlebemæ natus genitalis in vrbe:
Arctarent nimium populi cùm Dania verò
Rura Philiſtæi, quæſitis ſortibus axis
Dania migrauit tribus illinc agmine longo,
Et rimata ſolum Syriæ ſimulachra ferebat
Michæ ex æde: ſimul eſt greßu myſta profectus
Bethlehemæ vrbe ſatus, ventúmque eſt limite Laim,
Culturique domos recidiua in ſede nouarunt
Dauide ſtirpe ſati, popularunt ignibus arces
Vrbis vbi, & muros, ac omnia tecta domorum,
A ditione quidem raperes à Cenize priuſquam
Aſſyria Iſacidas, libertatémque referres:
Legibus heu ruptis ſceleroſa, & decolor ætas,
Bethlehemæ genitam nam duxit ab vrbe puellam
Leuigena vxorem peregrinans aduena, & hoſpes
Ad latus Ephraidûm montis, quæ facta pudoris
Ambigui ſeſe patrita ſede recepit,
A ſocero quam vir prono iam Sole reduxit,
In Gabaa & Solymis digreſſus nocte quieuit
In ſenis hoſpitio ciuéſque arſere nefanda
Lampade diuerſoris, & hi ſic coniuge rapta.
Illius explerunt Venerem, demortua luxu
Verparum vt fuerit quam nectam ingeſſit aſello,
Inque tribus miſit biſſenas fruſtra maritæ
Vir tectum ſubiens: quæ dira piacula bello
Vlturi Iſacidæ Gabaam venere, ſemélque
Numinis eluſi reſponſo, & ſtrage ruentes

T

Obſidias propter ſerò ſudere fugaces
Beniamidas, ſunt & crinitum miſsile flammæ
Inſuper in pagos iaculati, vrbéſque ſubactas,
Scilicet hoſtili quæ ſub ditione iacebant,
Aque Iabiſſenis pœnas ſumpſere, quòd armis
Defuerant, raptas quorum iunxere iuuencas
Beniamidum paſto ſeruatas vrbis ab acri
Excidio incolumes Iabiſſæ ob ſemina quondam,
Háſque quater centum numero committere viſum
Eſt in connubium, ſimul in Silunte licenter
Virgineos raptare choros latitantibus vmbram
Subter pampineam, thyaſóſque irrumpere furtim
Conſilio ſuaſum eſt, ſecum pro crimine oborto
Connubiale quibus ius nuptus eſſe negarunt:
Heu ſcelera, heu clades, heu conſcia ſanguinis ætas,
Quo non præſidibus reſponſa ferentibus æuo
Legitima à vitio fuerat luxata poteſtas,
Tranſcendens & erat fines violentia iuris,
Addictáſque habuit auri cuppedine leges:
Quondam etiam aduenit genius per Galgala præpes
In loca nunc fletus nomen ſubeuntia Verpos
Increpitans, quòd erant exotica fœdera nacti,
Depulerántque minus quoniam ſimulachra deorum
E fanis antiqua ſuis, quo nomine torquens
Sydera, mortaléſque regens, ac æquora nolit
Aduerſas abolere manus, & adaugeat hoſtes
Iactura in cumulum, magis atque prioribus acres
Sufficiat, ſed enim coluerunt numina Apellæ
Aſtartes, ſimul & Beli, ſolatia verò
Præbeat arma quibus poſt dira, hauſtóſque labores,
A rigido multus præſes quos ſcilicet hoſte

Afferat:

Aß.rat : at vero ſacra inconceſſa tulerunt
Hi poſt interitus, ductorum & fata ſuorum
Súntque per octonos perpeſsi principis annos
Iura, ſolum cuius geminos interiacet amnes,
Te duce libertas donec ſit parta Cenize:
Haud quater eſt denos quoque pax exuta per annos
Cuius ab extincti caſu ſibi nexuit Æglon
Lotiadarum acies, Tamnańorúmque maniplos,
Dictáque trans vndas expugnans mœnia inertes
Nomine palmárum ſexta trieteride rexit
Iſacidas ſubtèr non illi æſtiua cauenti
Inſidias (poſtquàm prætendit munera obeſo
Miſſa deo ſimulans exponere ſomnia velle)
Enſem omnem capulo tenuis aluo fixit Ehudus,
Longè patricijs tunc fors à rege remotis,
Hócque trucidato bis millia quinque cecidit
Moabidum: cuius princeps poſt funera factus
Progenies Anati Samgar ditione potitus
Inde Philiſtæos ſexcentos vomere fregit:
Noxia mox pugnax inimicis bella tyrannus
Iſacidis ſeruit Iabinus nomine dictus,
Ductòr cuius erat præfectus Siſara turmis,
Non quoque tunc fuerat pugnæ dux vllus Hebræis;
Et ſolum ad populum tunc per reſponſa Deboræ
Diſceptata quidem fuerant clamoſa dicarum
Iurgia, ſub palmæ quæ fronde ſynedria cogens
Iura dabat ſummo in tumulo, qua rura domabant
Vomere ab Ephramo geniti cedentia ſorti:
A Baracho accurans delectum pubis haberi
In Thaboris poſitu pauitantem murmur Olympi,
Frigore & algentem, pluuialique imbre madentem

Aeris ipſa manus Iabini regis agentem
Victrix curriculi domuit temone relicto
Palantem pedibus, cui lac pro fonte miniſtrans
Contudit infixo Cinæis tempora Gompho
Verſutè ob celeres acies, curſúmque ſequacem
Obuia victori, pugnæ & gratata ſecundæ:
Cum planæ Barachus nomen de fulgure haberet,
Ex ape mellifera vates eſt dicta ſub vmbris
Litigioſa palam dirimens certamina palmæ:
Iſacide ſemper quos non habuere triumphos,
Vitam ſuntque ſpecu tutati in montibus altis,
Dum Madianæi, necnon cum robore Eoo
Gens Gobolis per agros coctis tam meſſibus æſtu
Ingentes agerent prædas ad littora Gazæ,
Tótque forent numero, locuſtæ in gramine quot ſunt,
Et popularentur pecudes, armentáque iniquis
Raptibus afflatus monuit quos numine mantes
Hunc ærumnatos meritò durare laborem,
Sint quòd Amorrheæ venerati numina gentis,
Præſidium indigenis ne mota in prælia ferrent,
Sint magis & veriti cæca hæc formidine mentis,
Quam rerum artificem, rubido ſub marmore merſi
Seruitium regis qui durum excuſſerat olim,
Ægyptíque iugo demotos ſoluerat æque
Moabidæ à regis, Nabathæi & viribus, hiſque
Innocuos dederat Syriorum in bella tyrannos:
Per volitans genius tunc quercum ſubter opacam
Reſtitit in ſpatijs Ephræ, qui vidit ob hoſtes
Iaſidem Gedeona fugæ Cerealia vallo
Semina purgantem ſtupefactum, & viribus auxit
Audentem haud paleas granis excludere coram,

Area quà fuerat trituræ commoda frugum,
At ſi cedentem, quà torcula præla vacabant:
Quem præſenti animo cœli puer eſſe iubebat,
Victor ab hoſte ſuos vt qui victricibus armis
Aſſerat: inque leues euanuit aliger auras.
Ille vbi prætendit, quem torruit ignibus hœdum,
Acria fermento & non liba in caute locauit,
Flammáque ſuccenſas fruges inopina vorauit,
Et pariter poſitam pauere incendia pulpam:
Ilicet is molem feſtinans extulit aræ,
Qua fuit Ezriadis poſſeſſa nepotibus Ephra,
Qui fuſa excipiens Adonæi *oracula noctu*
Obtriuitque nemus, cultique altaria Beli,
Altera inſtituit quibus ille, boniſque litauit
Viſcera, noctiuagum dum Cynthia *verteret orbem.*
Et nemoris queſtos properatam nocte ruinam
A patre produci in ius vitauit, & iras
Cauit, *& Hebræis pauitantibus omnibus hoſtem,*
Non animum euentu deſpondit ſortis iniquo,
Scilicet *inſtaurans quem velleris imbre madentis*
Omine, cum tellus minimè hoc roreſceret infra,
Atque iterum arentis lanæ miracula ſpectans
Suppoſitis tenui Glebis humentibus imbre
Agmen in aduerſas acies, & claſſica mouit,
M*illia biſque virum montis vndena remittens*
In patriam æthereis (ne ſi victoria forſan
Tot ſtet militibus, non aſcribatur Olympi
Auſpiciis) habuit delectum denique tantùm
Ter centum iuuenum, gelidam qui ex amne biberunt,
A*ßueuere canes vt lympham lambere lingua,*
Fecit & hos miſſos, ablegauitque parentum

Ad genitale ſolum, nolentes poplite qui ſe
Congenulare ſuo, deprendique hoſte pauentes
Conturbati animis confuſe hauſere liquores,
Caſtráque per tenebras gradiens hoſtilia Phura
Vadentem comitante adijt, qua parte ſedebant
Excubiæ vigiles viridique in gramine fuſos
Conſcia narrantes audiuit ſomnia cladis,
Scilicet in caſtris noctu monſtrantia volui
Hordea, quæ tanquam Verpi, *ſint vilia aranti:*
Effigie auditi ſumens quæ robora ſomni
Hos clangore tubæ, teſtis arentibus vnà
Terruit illiſis ardentes lampadas igne
Flammifero quaſſans mediæ ſub tempora noctis,
Aduerſæque iterum ſubiens tentoria gentis:
Quam latè exanimem, querulique vlulatibus oris
Aera miſcentem: & referentem vulnera cædis
Eſt cum terrifico conchæ clangore ſequutus:
Hoſtibus effugio & tranſire parantibus amnem
Obſtruxere vias Ephræmi à ſanguine creti,
Cúmque fugam Orebo celerante in caute Leebum
Cuſpide fixerunt vinaria prœla ſecundum,
Tempora cæſorum necnon præfixa verutis
Prætendere duci tranantes fluminis alueum,
Qui ſummè fuerant duro ſermone querentes,
Sint ea temporius quod non in bella vocati,
At ducis alloquio leni poſuere querelas
Milite centeno qui ter comitatus ab amne
Exilijt, necnon properare cibaria Hebræis
Succhothi indigenas eſt laſſus in vrbe precatus,
His neque largitis, exoratiſque repulſæ eſt
Se reducem vlturum poſt bella exacta futurum.

Ciuibus hamato calcandis ſente minatus,
Atque ferens grauiter victum à Phanuele negatum
Se fore verſurum turrem eſt minitatus ab armis
Dúmque reſes fueras, tua Salmuna caſtra fugauit,
Et comitis, vinxítque duces inueniſque profatu
Mœnibus exorti Succhothi comperit ortu
A pugna rediens commiſſa lucis Eco,
Quos vrbs præcipuos genitalis, quóſque ſenatus
Patricios habeat, ſcriptum quos eſſe notatos
Tricenos adeò eſt numero, ſeptémque, decémque,
Corpora per ſpinas quorum lacerauit acutas;
Et Phanuelenſem vaſtator diruit arcem,
Indigenas cadens & Pyrgi membra ruina
Miſcuit, ac madidum te Salmuna cæde ſuorum,
Et comitem edixit primæuo tollere nato
De medio, qui, non vires animante iuuenta,
Stringeret haud gladium cum præ formidine, vtrumque
Ille trucidauit, populánſque monilia collis
Nexa camelorum præda eſt, auróque potitus:
Omnis in imperium pro bello fortiter acto
Hoſtibus à cæſis quem gens aſſerta vocauit,
At ſibi prætentam victor, gnatiſque tiaram
Abnuit, vt quæ ſit cœleſti debita regi.
Auſpice quo partus parua eſt mercede triumphus,
Inque ſuam ſortem ſolos exegit Eoos,
Quos geſtant lapides appenſos aure Naphei:
Ilicet exceptos manibus, ſegmentáque regum
Coccina præterea, necnon dimota camelis
Ornamenta ferens dilectæ hinc flaminis Ephræ
Concinnari humeris inſignibus egit amictum,
Sed quo pontifici tantùm conceditur vti,

Eſt qui Leuigenas omneis primarius inter,
Sacratis adyti cum ſe penetralibus infert:
Peccauere quibus populares cultibus Ephræ:
Nec Madeanaos vero metuiſtis Hebræi,
Vos præſes Gedeon cùm vitam viueret inter
Per bis biſsenos ſpatijs labentibus annos:
Dúxque ſua degens pugna ſecurus in aula
Bis ſobolis placido in thalamo tricena, decémque
Pignora ſuſcepit multis vxoribus auctus,
Et Sechemæ fœtum naſcentem ex pellicis aluo:
Denique is ad plures, obitum faciente ſenecta,
Tranſijt in mortis concedens pallidus vmbras,
Eriadúmque fuit tumulatus ad oſſa iacentum:
Interitu à cuius ſtudioſo numina cultu
Indigenæ amplexi coluere potiſſima Beli:
Pellice & exortus Druma ſibi robora iungens
Hopplomachi erronis pretio iugulauit in Ephra
Caute ſuper tincta caſos Gedeone creatos
Maternos in bella trahens capienda propinquos:
Qua natu minimus ſe triſti à clade latentem
Vnus Iothamus *per tot diſcrimina ademit,*
Et Bera occuluit: Sechemique *hac ſtrage madenti*
Implicuere comam grauido diademate gemmis,
Súntque execrati poſtremo regna tyranni,
Furtimque obſidias poſuere in vertice montis
Interea prædas inſtar prædonis agentes:
Filius inuidia quos eſt hortatus Obedi
Gales in patrijs lacerantes callibus antes,
Ducenteſque choros, ſanctáque ſub æde frementes
Tartareas regi peſtes, & Erinnyos iras,
Pocula item Diras inter verſata precari,

Quem

Quem dare ſit populis Sechemetis iura pudendum:
Quæ furijs Erebi deuoto probra Zebellus
Prodidit, & monuit in campo nocte latentem
Mœnia naſcentis irrumpere Solis ad ortus:
Galem adeò manibus collatis regis in æquo,
Vrbis & effugio limen contingere ad ortum
Obijce prætento ſecluſit ab vrbe Zebellus,
Cúmque Aurora iubar retuliſſet craſtina mundo
Excludens tenebras telluris in æquore ciues
Commiſere manus, rex in qua inſtruxerat hoſti
Inſidias: cuneum iſque dedit, luſtiſque per omne
Curriculum obſeſſam præruptis proruit vrbem
Obijcibus iugulis odium popularibus explens:
Cúmque viri in Secheme ſoliti conſidere Pyrgo
Ad delubra ſui trepidantes numinis irent,
Præſidio ſeſe quo tutarentur Hebræi,
In Selmone prior cædens virgulta ſecurim
Eſt vibrare ſuos vernantem in germine ſyluam
Arboreo hortatus, ramóſque aduoluere turri,
Conſertímque rogi luctantis cortice crudo
Aeris in tractus obſcuri attollere fumum:
Cuius mille hominum ſublata volumina ſurſum
Faucibus occluſere vias, auræque meatum:
Sic ratus is vero vicinam exſcindere Theben
Occidit in medijs oppugnans mœnibus arcem.
Obſtructis foribus nam propugnacula ciues
Inſtiterant, regíque rogum ſupponere adorto
Protentis prolata minis caua tempora calua
Fragmine colliſit mulier diſcreta molari,
Excidij cuius concedat gloria prorſus
Fœmineam in laudem, ni dura in morte minaci

Indignantem animam demiſerit armiger vmbris:
Principis hæc mors eſt impuri ſanguine fratrum,
Quo maculante ſolum cerebro, qui ſigna ſequuti
Huc ierant, ſubiere ſui penetralia tecti:
Tholabis hinc denos iuris reſponſa per annos
Reddidit, & triplices: Iair tua cura ſubinde
Annis iura dedit geminis, luſtríſque peractis
Quattuor, et demum tumulatus in vrbe Camones:
Triginta fuerant ipſi ter dena regentes
Oppida ſummates gnati, per compita quorum
Corpora ter denis conuectabantur aſellis:
Egregij necnon equites, gnauíque fuerunt
Iidem cornipedes in gyri vertere flexum:
Exanime hoc terra à Galadena exortus Iaptes
Præfuit Iſacidis, collecta hoc numinis ira
Tempore Sidonios adytis, Syrióſque perinde,
Atque Philiſtæos coluerunt thure, deóſque
Gentis Moabidos Hebræi, túmque fuere
Hoc merito pœnas, & noxam nomine paſſi,
Oppida cum pagis trans qui tenuere fluentum:
Ter quibus eſt ſenos iniuria lata per annos:
Lotiadéque ſuper promiſſi fluminis vndas
Sanguine Ioſephi genitis, domibúſque fuerunt
Infeſti, coluere ſati quas ſanguine Iudæ:
Cladibus hi feſſi templis ſimulachra deorum
Excluſere ſuis auerſas numinis aures
Vnius orantes, & Maſphæ caſtra locarunt,
Quos Ammone ſati contra fixere feroces
Suppoſitis Hippocampis tentoria, quorum
Dux populi victor biſſenas perculit vrbes
Natus ab occulto coitu meretricis Iaptes,

Inferrent

Inferrent quod bella ſuis, aditúſque negaſſent
Meſraa Syriam tellure petentibus olim,
Vouit & ora ſui primum pro limine tecti
Occurſura ſibi ſacra mactatibus ara,
Cui reduci thyaſos ducens (ſolatia patris)
Vnica proceſſit pompa comitata, choriſque
Filia, quam lætam reboabant tympana circum:
Proh fatale nefas, puduit mutabile pectus.
Nam verſare patrem, gnatæ qui ſanguine votum
Soluit, vbi demum Titanide filia vtráque
Virgineo ſociata choro, ſpatiata per altos
Eſt patriæ montes votum ſibi queſta ſupremam
Feſtinare diem in florentis Vere iuuentæ:
Se quoque, ſpes quoniam fuerat matura nepotum,
Interimi gemuit nondum connubia fructam
Nil ſibi per ſynodum libato flore pudoris:
Nulla tuis at non ſuperant lenimina virgo
Manibus, at reſtant cædis monumenta, refértque
Bis geminata dies tibi feſta feralia, ſéque
Indigenæ dedunt lamentis iure quotannis:
Poſt obitus, tumulúmque tuum quæ vota parenti
Reddita non placidam regnis peperere quietem,
Senſit enim Ephrami diros in bella nepotes,
Aſt aduerſa manu demum ruit Hippide fretus
Agmina: ter geminos qui poſtquam geſſerat annos
Martis opus, patriæ eſt genitalis in vrbe ſepultus,
Qua Sebois pyrgos Galadena attollit in ora:
Apſanes tenuit dominatum cuius humati,
Septem & iuridicus reſponſa vbi reddidit annis,
Bethleheme eſt mandatus humo, cui pignora ſexus
Fœminei quondam numero ter dena fuere,

Tringinta & patrimi, quibus idem in paſtada nuptas
Omnibus adiunxit, gnatas & rite locauit:
Huic Elon ſucceſſit: erat Zabulonius ortu
Patritiis generis, qui nunc tellure ſepultus
Eſt patria. Hebræis decimo cùm præfuit anno:
Quo moriente fori, vadimonia diſtulit Abdon
Filius Helelis luſtro, triteride necnon,
Cui gnati fuerant deni quater, iſque nepotes
Ter denos habuit: equitabant fortibus omnes
In pullis numero ter denis, tótque, decémque:
Et Pharathone fuit extincti corpus humatum:
Defecti Iſacide poſt quem tutore tyranni
Dira Paleſtini bis denos iura per annos,
Tótque ſubiuerunt, cum gente Manoa creatus
Danide pennigero iuueni generoſa marita
Pignora pollicito, fumoſáque vina vetanti
Sacra rogis egit pulpam paſcentibus hœdi,
Cui puer in tenues fumos euanuit ales
Coniuge præmonita, quæ (cœli monſtra pauente
Prodigioſa viro) monuit ſecludere curas,
Poſtquam Zelotypo genium laudauerat vxor,
Inque ſuburbano rurſum comparuit ales
Exorante viro muliebria ad ora volatu:
Illa virum & donec conduceret, vſque precata eſt
Alipidem, vt ſtaret: túmque exaudita maritum
Duxit, & inſiſtens alia haud reſponſa citato
Maxima ſpondenti munuſcula reddidit idem,
Vxori ediderat quàm quæ prænuncia prolis:
Vtrque igitur, mœchum tennentem munera duxit
Hunc itaque oratum menſas contingere ſaltem:
Hœdo propoſito vidit vaneſcere in auras

Hac

Hæc vterum verò geſſit, peperítque puellum,
Nomine Simſonem dixit quem libera partu:
Canduit huic planè poſtquam iuuenilis adulto
Inflammatus amor, complexu coniugis arſit
Tempore conuentus habiti ad donaria diuum,
Atque Philiſtæam correptus amore puellam
Deperijt, poſita eſt quà Thannata Danide in ora,
Quam licet Iſacidum gentili haud ſanguine obortam
Indulgere tamen mouit matrémque, patrémque
Connubio: & charæ contendens virginis vrbem
Calle cruentauit propter vineta leonem:
Túnque remenſus iter, dum ſicca areſceret æſtu
Iam fera, deiectæ malis ſtridentibus vuam
Progrediens excepit apum, carpſitque liquentem
Ore fauum et gemino partitus mella parenti eſt,
Obtulit iſque fauos tres, & munuſcula amatæ,
Virginis & tandem nuptu, ſynodóque potitus
Torſit propoſito dubios ænigmate ciues,
Quod tamen ancipites ſoluere Philiſtidos aſtu,
Is quibus, vt pelago vicinam contigit oram,
Iure Philiſtæis raptos donauit amictus,
Fœmineiſque dolis ænigma hos ſoluere queſtus
Mente Philiſtææ meditans diuortia nuptæ
Ad patris aduortit ſeſe penetrale, virique
Coniugium alterius promiſſum nupta petiuit:
Quam ſibi dimotam doluit, tædáſque ſororis
Deſpuit, & iunctis per penes vulpibus ignem
Inſeruit mittens Vulcani meſſibus æſtum
Gente Philiſtæa pœnas quoque ſumere ab omni eſt
Vnius ob noxam nuptum prodentis adortus:
Et cum vite oleæ flammis tabulata deuſsit.

Ligna Philiſtæi tum queſti oleagina,& vri
Vincla,ac ſegetes ſocerum,ſocerique penates,
Ereptaque viro thalamos vertere marita,
Atque palam gnatam cum patre vſſere cadentem:
Nec tamen intonſus ſpelæi conditus antro
(Petra vbi tuta fuit ſeceſsibus AEta latentis)
Hoſtibus infligens plagas hac ſtrage quieuit,
Poſtquam paſſus erat ſe dedi affinibus vltro
Arctatum manicis,digreſſum & rupibus AEtæ,
Indomita vt vincto vitarent bella propinquo:
Loráque pertundens mala confecit aſelli
Mille viros:exin manantem è rupis hiatu
Hauſit aquam,qui dum palmam ſibi mille cadentum
Attribuit cœleſtis opis nimis immemor,orta
Hinc accepta ſiti victoria tota relata eſt
Cœlicolum regi,ſimul hunc pro fonte rogauit
Euomuit lympham prece cuius petra fluentem,
Quam ſitiens ficto maxillæ nomine dixit:
Eſt qui poſterius Gazæ deluſus in vrbe,
Conflagrauit vbi meretricis amore Delilæ;
Diuerſatus & eſt ſubiens meritoria amicæ.
Suſtulit hincque fores vrbis,geſsitque toroſus
In iuga,ſuppoſita eſt quibus æditioribus Hebron,
Nocte quidem media poſtquam ſua ſtragula liquit:
Viminibus ſeptem haud ſiccis meretricula vinctum
Quem minimè inſtrato conclauis prodidit hoſti,
Nonniſi cincinnis quem ſeptem vertice captis
Sopiti capitis eneruem reddidit,& vim
Omnino imminuit,velut eſt furata parenti
Scylla comam:lapſo cui viribus inde reciſa eſt
Cæſaries,operique hoſtes in carcere preſſum

Addixere molæ, pro quo votiua triumpho
Feſta celebrarunt facientes ſacra, ſuúmque
Laudauere deum manibus qui dedidit hoſtem
Depopulatorem terræ: præbere iubebant
Quem ludos epulos inter ludibria vulgi:
Ilicet is, gemina laquearia fulta columna
Deyciens ſecum ſpectantia lumina lapſu
Obruit, vtque ſuis viginti præfuit annis
Iuridicus, patrij iacuit ſub fornice tymbi:
Iſacidis & ius quo tempore reddidit Elis,
Illo Bethlehemæ popularis ceſsit ab vrbe,
Cum potuit Sol (eſt vt fama veterrima) ſiſti:
Gnatus ei Kilion fuerat, Mallónque marita
Ex Nohomi, cui ducta fuit gentilis origo
Sanguine ab Ephræmi ſeries per gentis auitas:
Eſurie is cedens patrias graſſante per vrbes,
Moabidas coluit, cui dum fortuna ſecundo
Proſpera ſucceſſu flaret, connubia Rhutes
Parta procurauit Malloni, & coniugis Orphæ
Coniugium, eſt Kilion authore parente potitus:
Deperijt poſt luſtra obiens pater vtráque verò,
Atque ita poſt paulo reſtinctus vtérque receſsit
Gnatus ab humanis: ſic conſternata dolore,
In luctum & Nohomis leſſu coniecta peracto
In patriam aſſumptis remeauit morte duobus,
Externáſque nurus ſocrum comitare volentes
Eſt hortata, ſequi miſerum ne tramite vellent
Euentum, & dubium, patriáque è limine abirent:
Paruit Orfa quidem, non verò territa Rhute
Eſt ſudore viæ, comes eſtque adiuncta petenti
Tellurem patriam necnon ad mœnia eunti

Bethlehema, affinis Boaz' ſtragula mouit
Quæ pedibus ſomnos capientis nocte ſopora
Submonita à ſocru, Nohomis quæ nomine primo
Appellata fuit fœlici ex omine dicto
Coniugis ex læuo quæ poſt frigentis in Orco
Se commenta Maram dici eſt mœrore vocatam,
Commutata forent quòd triſti gaudia luctu:
Sic in connubium Boazo eſt iuncta marito
A pedibus tepefacta mouens velamina Ruthe,
Altera nox poſtquam nigrantes intulit vmbras,
Dum conſanguinei fuerant ex more citati:
Præſidibus cecinit ſic acta Zecharia lectis
Secula: Mattatias à quo ſic pollice motis
Increpuit neruis, cecinitque remittere nunquam
Aſtriferos motus, & pulſibus ætheris orbes
Edere concentum, currus vbi Falcifer vrget
Arcturum, glaciémque regens: & temperat æthram
Iuppiter: ac Mauors dominatu fulmina torquet,
Semimbrúſque vacat Cypris: Caducifer vndæ:
Signáque Sol præter graditur duodena quotannis,
Defectus patitur cùm menſtrua Luna frequentes:
Inſtabilique agitent cùm ſeſe errore planetæ,
Aduerſáſque vias meant in mobile primum,
Vt rapidi nimium tardent ſufflamine curſum,
Curriculi hos motus ſtellæ non mille ſequuntur,
Atque bis vndenæ clarantes lumine cœlum,
Conſpicuæque alias præter, mundique vapore
Haud radios paſcunt: ſuprema leuiſſimus ignis
Exiliens ſanè ob leuitatem poſſidet, iſque
Emicat, & flammis incendens aera ſummum
Sub medio haud hæret frigente: is pabula quærit

Noneas

Non ea, quæ ſilicis colliſi à verbere manans
Vult alimenta Ioui ſubductus fraude Promethei.
Subiacet huic obiens terras depreſſior aer
In *tractu calidus ſupremo, æſtúque ſereſcens,*
Humidus, ac frigens medio mutabilis imo:
Huic mare ſubſedit terræ ſublimius orbe
Humens, ac gelidum, rumpítque à Gadibus orbem.
Multiplicánſque ſinus terras anfractibus ambit,
Et per Hyperboreos, Thracáſque ac vltima Thules
Circuit Heſperios, & inundans vortice Iberos
Verberat Atlantis littus, luſtránſque renixu
Africa regnà ſuo rubræ ſuccedit arenæ
Ac Arabas ſinuat, Perſas quoque, gentis Eoæ
Et *loca circumdat* Sinarum *litora adúſque*
Porrectum, *varióque lauans errore ſaburram:*
Hoc granis ambita eſt, arénſque, & frigida tellus
Mobilis haud centro, libratáque ponderis orbe
Sufficit humanæ renouata alimonia vitæ,
Attonſique fouet animantia ceſpitis herba,
Quam circum pelagi percurrens alligat humor,
Et penetrat ſiccos ima in tellnre meatus:
Hæc alit & plantas, mandata & ſemina terræ,
Cum quoque in exhauſtis immania ſaxa metallis,
Luminis & gemmas aciem ſplendore iuuantes:
Quà fumi volitant volucres, craſſique vapores,
Halitus et Phœbo, *ſurſúmque electus ab aſtris:*
Viginti hac adeò ſtadijs, totidémque remotum
Aera non medium nubes nubecula tranant
Grando globúſque modo niuium qui deſuper albet:
Frigore denſentur cum verò à Sole vapores
Soluendi igniſluum fumos tenuante per æſtum

V-

Exhalatur humo quicquid, flammatur in æthra,
Quæ ſtadijs centum,& ſenis quater orbe recedit:
Illic pyramidum referens ſimulachra columnæ
Ignis ineſt, humor leuitatem & pondere craſſo
Emicat exæquans, ſuſpenſáque lancea candet,
Eſt æquabilitas cui ſi leuitatis vbique,
Irradiat, veluti ſeuo lita ſtupa renidet:
Non bene diſtentus rutilam face lampada reddit,
Fit verò ſcintilla volans, ſtipulæve micantes,
Si diſperſus erit, rarúſque, æquabilis haúdque:
Exhalata quidem ſublimis in aera cœli
Degrauat inflammata licet depreſſior aer:
Sunt vbi ſaltantes capræ fax lumine longo
Inde Terapnæi fratres equitantibus horror
Stella cadens volitánſque draco: paréntque viciſſim,
Ac ſurſum meteora fricant ſe flammea,& ardens
Luce repentina tum chaſmatis æthra dehiſcit,
Atque in humum tædam ſimulans elabitur ignis:
Omnino in gremio tellus fert maxima pontum,
Et ſcatebris ortos fontes, ac flumina,& aptas
Sulphureas hominum medicandis artubus vndas,
Atque ſalutares morboſis rore tepenti:
Introrſum vtque ſuos celant humana meatus
Corpora conſtringit ſic frigore terra vapores,
Paulatim & fluido manat ſudore ſolutos,
Eructátque iugis, mergi cum montibus aer
Abnuit & rimas horret natura vacantes:
Multiplicéſque fluunt aut cliuo, aut collibus vndæ
Vberibus quorum coaleſcunt flumina riuis,
Horum quódque hyemis præſtringant frigora fontes,
Id calet vnda gelu, rimiſque æſtate ſolutis

Frigida

Frigida procurrit:thermis at commoda,quæque,
Exhalat ſcatebris ; fumoſo & fonte mephitim;
Comparat à vena vel vini ſulphuris æſtus,
Vel calor is naſcens ſalſedine aluminis acri eſt:
Hos pelagus tandem riuos,& quæque receptat,
Flumina;ſupremos nec fines litoris exit,
Quem nimium tumuiſſe vetat qui feruidus æther
Elicit aſſumptos ardenti ſole vapores:
Exhauſtis &,quicquid ineſt dulcedinis,vndis
Ebibit,hinc ſuperat ſubſtantia & vnica terræ
Vſta, & aquam ſpargens ſalſedine Tethyos vſque:
Haud etiam metas ideo mare fluctuat vltra,
Omnia ſubducant quod ſeſe flumina ponto
Rurſus humum à pelago cæcis repetentia venis:
Æquoris at vero diffuſius intumet æſtus,
Delia cùm rapido conceptos ſole calores
Reijcit in Tethyn,cùm ſurſum & fluctibus auctis
Exhalata ciet, quæ poſtquam pallida cornu
Decreuit,poſitis excurſibus alta reſidunt:
Alteráque æquorei eſt interdum cauſa tumoris,
Euripóſque fretis,Porthmíque in faucibus excit
Spiritus,inque ſua deſæuit Circius acta:
Omnino è calidis,& ſiccis orſibus ortos
Aeris haud medij volitantes frigora ventos
Tendere permittunt ad caulas ætheris alti
Vſque repercuſſos & vi frigente retundunt
In latus,& flexos cogunt intendere motus.
Qui velut augeſcunt commiſſis fontibus amnes,
Finitimi terræ ſpatijs ſua flamina planctu
Amplificant alios perfumi mobilis æſtus
Vicini fluuijs:luctata latuſcula montis

Hos quoque conficiunt, vel nigræ confraga ſyluæ
Defectúve cadunt æſtus, cùm ſtringit hiantes
Bruma ſoli rimas, quos et concreſcere Titan
Acrior haud patitur, claudénſque vaporibus æthram
Vrit anhelanti conſumptos lampade fumos,
Quos etiam pluuiæ reprimunt humore, viáſque
Occludunt, agitant at verò arentibus agris
Atque iter aſperſu reſerant: ſic ſæpe iuuantur
Palmite ab arboreo motis lenioribus auris
Flamina: quæ nondùm contenta ad inane, ſolóque
Condita vt effugium poſcunt telluris hiatu,
Ima flagellantur nutantis pondera terræ,
Diſsiliuntque ſinu, fundóque voraginis hiſcunt:
Tum iuga ſubſidunt, ſorbentur flumina, ſe ve
Procurſu mutata ferunt, glebiſque diremptis
Diuidit arua ſalum: tunc plurima naſcitur alto
Inſula in Oceano demergitur altera pulſu:
Quem ſubeunt tum poſt motum contagia peſtis,
Inficit et putri volitante vapore mephitis
Aera, qui fumos ingenti frigore aquoſos,
Algentéſque premit: tunc nubes ſtringitur: vtque
Seſe introrſus agunt ſi qua exhalata fuere,
Terribili & crepitus nubis quatit ima fragore
Erumpunt radij, cùm rauca tonitrua manant,
Percuſſoque ſonus crepitans auditur inani,
Flexibus vt vallis colliſa offenditur Echo,
Flammiferas medij & ſcintillas aeris algor
Deijcit, aut ſonitus fulgetra carentia mittit,
His leuis vt cedit nubes, & rara: nocéntque
Germinibus vibrata nouis, fœtuſque perurunt:
Cum ſanè officio ſit viſus acutior auris,

Fulgura

Fulgura luminibus primùm ſpectanda coruſcant,
Túmque aures tonitru capiunt crepitante ſonorem:
Ante etiam pluuiam demittunt alſa procellas
Nubila, concutiunt & vortice turbinis altum,
Direptúmve ſolum diuerſa à parte ſonoris
Flatibus inflexum, claſſéſque in gurgite quaſſant,
Saltibus aut ima quercus à ſtirpe reuellunt,
Et minimè hærentes verrunt telluris arenas:
Obliquè volitans quæ ſi flammata procella eſt,
Oppidáque incendit preſter, pyrgóſque deurit,
Æthiopas qualis nigranti pelle colorans
Sub Phaethonte fuit volitátque hic apſidis inſtar,
Vt rota & interdum decurrit & arida flammat:
Materies autem eſt æqualis fulmina gignens,
Fulguribus ſed ſpiſſa magis per frigora inanis,
Fulgura inardeſcunt & pluſquam fulmina, ſúntque
Deſuper igne magis vibrato noxia aduſtis
Meſsibus, aut homini grauiore cadentia motu,
Obdurantur vbi concluſo tela calore,
Et candente lapis tenuatur acumine ſurſum,
A ſicco inferior dum cedere nititur humor:
Nec niſi per brumæ tempus tonat auius aer,
Cùm ſe materies contracta æſtate calenti
Fulguris, in gyro & nubis contracta coactæ
Continuit, nondum calido luctante vapore,
Plus ſolito quoniam quod vires frigoris arctant,
Maiori crepitu contendit rumpere nubem:
Exhalata etiam generant per inane cometas
Supremum calida aſſuetos incendia tractu
Edere diffuſo, ſic vt flammantur ab aſtro,
Qui modo ſpectantur flammeſcere crine comati,

Quod latè vtiliter exuberat inſula Cypri:
Sic oritur ſtannum, ferrúmque,ac igne recoctus,
Et tinctus ſub fonte chalybs ab origine ferri
Gignitur,ac prodit craſſo de ſulphure plumbum,
Argentóque rudi viuo:ac orichalca fodinis
Eruta quæ fuerant, natiuáque ſponte, requirunt
Artem nunc hominum:liquuntur & ignibus æra:
Et ſal excoquitur Phœbo torrente ſalinas,
Eliciénſque ignem quæ craſſa bituminis inſtar
Naphtha ſuper fuſa nunquam reſtinguitur vnda:
Denſatúrque in humi venis, nitrúmque rubeſcit,
Aut in finitimis id aleſcit rupibus alto,
Pendet vti humano turpis quoque ſtiria naſo,
Hoc ita ab aßidua collectum aſpergine aquarum
Aeſtu decoquitur ſolis,coctúmque gelatur
Fumida vbi cella eſt,aut ſubterranea ſedes,
Vdáque,ſudoríſque oritur ſalſugine alumen,
Quod foret argentum viuax,ſi ſulphure toſtum
Tum foret aridius: putríque bitumina terræ
Materie fiunt,gignit quæ terrea gemmas
Cum gelida,rapido ſimul inſolata calore eſt,
Atque à frigoribus, brumæque algore gelata eſt:
Et prope pingue ſolum,propter vel litora gemmæ
Sub fluuij aut curſu,ſummis vel montibus ardent,
Eſt quibus à radijs cæleſtibus inſita virtus:
Et lapides ſummè pretioſos India profert,
Eſt quia luminibus naſcentis proxima Phœbi,
Aethiopum quos Zona ſolo rubicunda iacentes
Excoquit ad plenum cœli violentius igne:
Altrix ſaxa fouet quæ vero frigida tellus,
Nil ſplendoris habent infra & grauitate recumbunt

Haúdque

Haúdque natant præter leuiores flumina tophos
Preſſus ineſt quorum venis tenuiſſimus aer
Non ſecus et pumex ſummum ſuperemicat amnem:
Cuncta quidem argilla, cœnóve, aut amnis arena
Tempore ſpiſſantur concreta humore tenaci:
Omnia in humanos quæ tellus educat vſus,
Structurámque operum, ac ſacratæ numinis ædis:
Subſtinet ac plantas, nubes quas irrigat imbre,
Diſtendítque ſolo firmatas ætheris æſtu,
Arbor in hac multa & frondoſo palmite viuit,
Sunt in ea & frutices, & læta mergite meſſes,
Pampineíſque rubent Nyſcæ in vitibus vuæ,
Et minimè in pratis redeuntia gramina deſunt,
Floribus & picti ſunt verſicoloribus horti,
In gremio & lachani viridantia cymata ſurgunt,
Terra etiam victum cunctis animantibus edit,
Quæ ſunt ſub fluuijs, quæ ſub quoque Doride degunt,
Quæque volant pennis, gyros & in aere ducunt,
Et cruſtata fouet, nullíſque exanguia ſquammis
Mollia, cæruleo duras & in æquore teſtas,
Atque inſecta, tener cum ſole induruit humor,
In ripis etiam fluuiales explicat hydros,
Vipera vbi ſpiris immenſa volumina verſat,
Atque ſatus gremio terreſtri circinat auras
Serpens Arrabius volucer, Nilúmque frequentat:
Inque ſolo balant intra gurguſtia fœtus
Lanatarum ouium, mugítque iuuenca per herbas,
Et calcata boues attondent gramina obeſi,
Cynipheique hirci, ſimæ & virgulta capellæ,
Setigeræque ſues fœtu iuglandis aluntur,
Ac fodiunt glebas, et opacis ſaltibus errant:

Tringinta & patrimi, quibus idem in paſtada nuptas
Omnibus adiunxit, gnatas & rite locauit:
Huic Elon ſucceſſit: erat Zabulonius ortu
Patritiis generis, qui nunc tellure ſepultus
Eſt patria. Hebræis decimo cùm præfuit anno:
Quo moriente fori, vadimonia diſtulit Abdon
Filius Helelis luſtro, triteride necnon,
Cui gnati fuerant deni quater, iſque nepotes
Ter denos habuit: equitabant fortibus omnes
In pullis numero ter denis, tótque, decémque:
Et Pharathone fuit extincti corpus humatum:
Defecti Iſacide poſt quem tutore tyranni
Dira Paleſtini bis denos iura per annos,
Tótque ſubiuerunt, cum gente Manoa creatus
Danide pennigero iuueni generoſa marita
Pignora pollicito, fumoſáque vina vetanti
Sacra rogis egit pulpam paſcentibus hœdi,
Cui puer in tenues fumos euanuit ales
Coniuge præmonita, quæ (cœli monſtra pauente
Prodigioſa viro) monuit ſecludere curas,
Poſtquam Zelotypo genium laudauerat vxor,
Inque ſuburbano rurſum comparuit ales
Exorante viro muliebria ad ora volatu:
Illa virum & donec conduceret, vſque precata eſt
Alipidem, vt ſtaret: túmque exaudita maritum
Duxit, & inſiſtens alia haud reſponſa citato
Maxima ſpondenti munuſcula reddidit idem,
Vxori ediderat quàm quæ prænuncia prolis:
Vtrque igitur, mœchum tennentem munera duxit
Hunc itaque oratum menſas contingere ſaltem:
Hœdo propoſito vidit vaneſcere in auras

Hæc vterum verò geſſit, peperitque puellum,
Nomine Simpſonem dixit quem libera partu:
Canduit huic planè poſtquam iuuenilis adulto
Inflammatus amor, complexu coniugis arſit
Tempore conuentus habiti od donaria diuum,
Atque Philiſtæam correptus amore puellam
Deperijt, poſita eſt quà Thannata Danide in ora,
Quam licet Iſacidum gentilis haud ſanguine obortam
Indulgere tamen mouit matrémque, patrémque
Connubio: & charæ contendens virginis vrbem
Calle cruentauit propter vineta leonem:
Túmque remenſus iter, dum ſicca areſceret æſtu
Iam fera, deiectæ malis ſtridentibus vuam
Progrediens excepit apum, carpſitque liquentem
Ore fauum et gemino partitus mella parenti eſt,
Obtulit iſque fauos tres, & munuſcula amatæ,
Virginis & tandem nuptu, ſynodóque potitus
Torſit propoſito dubios ænigmate ciues,
Quod tamen ancipites ſoluere Philiſtidos æſtu,
Is quibus, vt pelago vicinam contigit oram,
Iure Philiſtæis raptos donauit amictus,
Fœmineiſque dolis anigma hos ſoluere queſtus
Mente Philiſtææ meditans diuortia nuptæ
Ad patris aduortit ſeſe penetrale, virique
Coniugium alterius promiſſum nupta petiuit:
Quam ſibi dimotam doluit, tædáſque ſororis
Deſpuit, & iunctis per penes vulpibus ignem
Inſeruit mittens Vulcani meſſibus æſtum
Gente Philiſtæa pœnas quoque ſumere ab omni eſt
Vnius ob noxam nuptum prodentis adortus:
Et cum vite oleæ flammis tabulata deuſſit.

Ligna Philiſtæi tum queſti oleagina, & vri
Vincta, ac ſegetes ſocerum, ſocerique penates,
Ereptaque viro thalamos vertere marita,
Atque palam gnatam cum patre vſſere cadentem:
Nec tamen intenſus ſpelæi conditus antro
(Petra vbi tuta fuit ſeceſsibus AEta latentis)
Hoſtibus infligens plagas hac ſtrage quieuit,
Poſtquam paſſus erat ſe dedi affinibus vltro
Arctatum manicis, digreſſum & rupibus AEtæ,
Indomita vt vincto vitarent bella propinquo:
Loráque pertundens mala confecit aſelli
Mille viros: exin manantem è rupis hiatu
Hauſit aquam, qui dum palmam ſibi mille cadentum
Attribuit cœleſtis opis nimis immemor, orta
Hinc accepta ſiti victoria tota relata eſt
Cœlicolum regi, ſimul hunc pro fonte rogauit
Euomuit lympham prece cuius petra fluentem,
Quam ſitiens ficto maxillæ nomine dixit:
Eſt qui poſterius Gazæ deluſus in vrbe,
Conflagrauit vbi meretricis amore Delilæ;
Diuerſatus & eſt ſubiens meritoria amicæ.
Suſtulit hincque fores vrbis, geſsitque toroſis
In iuga, ſuppoſita eſt quibus æditioribus Hebron,
Nocte quidem media poſtquam ſua ſtragula liquit:
Viminibus ſeptem haud ſiccis meretricula vinctum
Quem minimè inſtrato conclauis prodidit hoſti,
Nonniſi cincinnis quem ſeptem vertice captis
Sopiti capitis eneruem reddidit, & vim
Omnino imminuit, velut eſt furata parenti
Scylla comam: lapſo cui viribus inde reciſa eſt
Cæſaries, operique hoſtes in carcere preſſum

Addixere

Addixere molæ, pro quo votiua triumpho
Feſta celebrarunt facientes ſacra, ſuúmque
Laudauere deum manibus qui dedidit hoſtem
Depopulatorem terræ: præbere iubebant
Quem ludos epulos inter ludibria vulgi:
Ilicet is, gemina laquearia fulta columna
Deyciens ſecum ſpectantia lumina lapſu
Obruit, vtque ſuis viginti præfuit annis
Iuridicus, patrij iacuit ſub fornice tymbi:
Iſacidis & ius quo tempore reddidit Elis,
Illo Bethlehem*æ popularis ceſsit ab vrbe,*
Cum potuit Sol (eſt vt fama veterrima) ſiſti:
Gnatus ei Kilion *fuerat, Mallónque marita*
Ex Nohomi, cui ducta fuit gentilis origo
Sanguine ab Ephræmi ſeries per gentis auitas:
Eſurie is cedens patrias graſſante per vrbes,
Moabidas coluit, cui dum fortuna ſecundo
Proſpera ſucceſſu flaret, connubia Rhutes
Parta procurauit Malloni, & coniugis Orphá
Coniugium, eſt Kilion authore parente potitus:
Deperijt poſt luſtra obiens pater vtráque verò,
Atque ita poſt paulo reſtinctus vtérque receſsit
Gnatus ab humanis: ſic conſternata dolore,
In luctum & Nohomis leſſu coniecta peracto
In patriam aſsumptis remeauit morte duobus,
Externáſque nurus ſocrum comitare volentes
Eſt hortata, ſequi miſerum ne tramite vellent
Euentum, & dubium, patriáque è limine abirent:
Paruit Orfa quidem, non verò territa Rhute
Eſt ſudore viæ, comes éſtque adiuncta petenti
Tellurem patriam necnon ad mœnia eunti

Bethlehema, affinis Boaz' ſtragula mouit
Quę pedibus ſomnos capientis nocte ſopora
Submonita à ſocru, Nohomis quæ nomine primo
Appellata fuit fœlici ex omine dicto
Coniugis ex læuo quæ poſt frigentis in Orco
Se commenta Maram dici eſt mœrore vocatam,
Commutata forent quòd triſti gaudia luctu:
Sic in connubium Boazo eſt iuncta marito
A pedibus tepefacta mouens velamina Ruthe,
Altera nox poſtquam nigrantes intulit vmbras,
Dum conſanguinei fuerant ex more citati:
Præſidibus cecinit ſic acta Zecharia lectis
Secula: Mattatias à quo ſic pollice motis
Increpuit neruis, cecinitque remittere nunquam
Aſtriferos motus, & pulſibus ætheris orbes
Edere concentum, currus vbi Falcifer vrget
Arcturum, glaciémque regens: & temperat æthram
Iuppiter: ac Mauors dominatu fulmina torquet,
Semimbúſque vacat Cypris: Caducifer vndæ:
Signáque Sol præter graditur duodena quotannis,
Defectus patitur cùm menſtrua Luna frequentes:
Inſtabilique agitent cùm ſeſe errore planetæ,
Aduerſáſque vias ineant in mobile primum,
Vt rapidi nimium tardent ſufflamine curſum,
Curriculi hos motus ſtellæ non mille ſequuntur,
Atque bis vndenæ clarantes lumine cœlum,
Conſpicuæque alias præter, mundíque vapore
Haud radios paſcunt: ſuprema leuiſſimus ignis
Exiliens ſanè ob leuitatem poſſidet, iſque
Emicat, & flammis incendens aera ſummum
Sub medio haud hæret frigente: is pabula quærit

Non ea, quæ ſilicis colliſi à verbere manans
Vult alimenta Ioui ſubductus fraude Promethei.
Subiacet huic obiens terras depreſſior aer
In *tractu calidus ſupremo, æſtúque ſereſcens,*
Humidus, ac frigens medio mutabilis imo:
Huic mare ſubſedit terræ ſublimius orbe
Humens, ac gelidum, rumpítque à Gadibus orbem,
Multiplicánſque ſinus terras anfractibus ambit,
Et per Hyperboreos, Thracáſque ac vltima Thules
Circuit Heſperios, & inundans vortice Iberos
Verberat Atlantis littus, luſtránſque renixu
Africa regna ſuo rubræ ſuccedit arenæ
Ac Arabas ſinuat, Perſas quoque, gentis Eoæ
Et *loca circumdat* Sinarum *litora adúſque*
Porrectum, *varióque lauans errore ſaburram:*
Hoc granis ambita eſt, arénſque, & frigida tellus
Mobilis haud centro, libratáque ponderis orbe
Sufficit humanæ renouata alimonia vitæ,
Attonſique fouet animantia ceſpitis herba,
Quam circum pelagi percurrens alligat humor,
Et penetrat ſiccos ima in tellure meatus:
Hæc alit & plantas, mandata & ſemina terræ,
Cum quoque in exhauſtis immania ſaxa metallis,
Luminis & gemmas aciem ſplendore iuuantes:
Quà fumi volitant volucres, craſſique vapores,
Halitus et Phœbo, *ſurſúmque electus ab aſtris:*
Viginti hac adeò ſtadijs, totidémque remotum
Aera non medium nubes nubecula tranant
Grando globúſque modo niuium qui deſuper albet:
Frigore denſentur cum verò à Sole vapores
Soluendi igniſluum fumos tenuante per æſtum

Exhalatur humo quicquid, flammatur in æthra,
Quæ ſtadijs centum, & ſenis quater orbe recedit:
Illic pyramidum referens ſimulachra columnæ
Ignis ineſt, humor leuitatem & pondere craſſo
Emicat exæquans, ſuſpenſáque lancea candet,
Eſt æquabilitas cui ſi leuitatis vbique,
Irradiat, veluti ſeuo lita ſtupa renidet:
Non bene diſtentus rutilam face lampada reddit,
Fit verò ſcintilla volans, ſtipulæve micantes,
Si diſperſus erit, rarúſque, æquabilis haúdque:
Exhalata quidem ſublimis in aera cœli
Degrauat inflammata licet depreſſior aer:
Sunt vbi ſaltantes capræ fax lumine longo
Inde Terapnæi fratres equitantibus horror
Stella cadens volitánſque draco: paréntque viciſſim,
Ac ſurſum meteora fricant ſe flammea, & ardens
Luce repentina tum chaſmatis æthra dehiſcit,
Atque in humum tædam ſimulans elabitur ignis:
Omnino in gremio tellus fert maxima pontum,
Et ſcatebris ortos fontes, ac fiumina, & aptas
Sulphureas hominum medicandis artubus vndas,
Atque ſalutares morboſis rore tepenti:
Introrſum vtque ſuos celant humana meatus
Corpora conſtringit ſic frigore terra vapores,
Paulatim & fluido manat ſudore ſolutos,
Eructátque iugis, mergi cum montibus aer
Abnuit & rimas horret natura vacantes:
Multiplicéſque fluunt aut cliuo, aut collibus vndæ
Vberibus quorum coaleſcunt flumina riuis,
Horum quódque hyemis præſtringant frigora fontes,
Id calet vnda gelu, rimiſque æſtate ſolutis

Frigida procurrit: thermis at commoda, quæque,
Exhalat *ſcatebris; fumoſo & fonte mephitim;*
Comparat à vena vel viui ſulphuris æſtus,
Vel calor is naſcens ſalſedine aluminis acri eſt:
Hos pelagus tandem riuos, & quæque receptat
Flumina, ſupremos nec fines litoris exit,
Quem nimium tumuiſſe vetat qui feruidus æther
Elicit aſſumptos ardenti ſole vapores:
Exhauſtis *&, quicquid ineſt dulcedinis, vndis*
Ebibit, hinc ſuperat ſubſtantia & vnica terræ
Vſta, & aquam ſpargens ſalſedine Tethyos vſque:
Haud etiam metas ideo mare fluctuat vltra,
Omnia ſubducant quod ſeſe flumina ponto
Rurſus humum à pelago cæcis repetentia venis:
AEquoris at vero diffuſius intumet æſtus,
Delia cùm rapido conceptos ſole calores
Reijcit in Tethyn, cùm ſurſum & fluctibus auctis
Exhalata ciet, quæ poſtquam pallida cornu
Decreuit, poſitis excurſibus alta reſidunt:
Alteráque *æquorei eſt interdum cauſa tumoris,*
Euripóſque fretis, P*orthmíque in faucibus excit*
Spiritus, inque ſua deſæuit Circius acta:
Omnino è calidis, & ſiccis orſibus ortos
Aeris haud medij volitantes frigora ventos
Tendere permittunt ad caulas ætheris alti
Vſque repercuſſos & vi frigente retundunt
In latus, & flexos cogunt intendere motus.
Qui velut augeſcunt commiſſis fontibus amnes,
Finitimi terræ ſpatijs ſua flamina planctu
A*mplificant alios perfumi mobilis æſtus*
Vicini fluuijs: luctata latuſcula montis

Hos quoque conficiunt, vel nigræ confraga ſyluæ
Deſectúve cadunt æſtus, cùm ſtringit hiantes
Bruma ſoli rimas, quos et concreſcere Titan
Acrior haud patitur, claudénſque vaporibus æthram
Vrit anhelanti conſumptos lampade fumos,
Quos etiam pluuiæ reprimunt humore, viáſque
Occludant, agitant at verò arentibus agris
Atque iter aſperſu reſerant: ſic ſæpe iuuantur
Palmite ab arboreo motis lenioribus auris
Flamina: quæ nondùm contenta ad inane, ſolóque
Condita vt effugium poſcunt telluris hiatu,
Ima flagellantur nutantis pondera terræ,
Diſsiliúntque ſinu, fundóque voraginis hiſcunt:
Tum iuga ſubſidunt, ſorbentur flumina, ſeve
Procurſu mutata ferunt, glebíſque diremptis
Diuidit arua ſalum: tunc plurima naſcitur alto
Inſula in Oceano demergitur altera pulſu:
Quem ſubeunt tum poſt motum contagia peſtis,
Inficit et putri volitante vapore mephitis
Aera, qui fumos ingenti frigore aquoſos,
Algentéſque premit: tunc nubes ſtringitur: vtque
Seſe introrſus agunt ſi qua exhalata fuere,
Terribili & crepitus nubis quatit ima fragore
Erumpunt rady, cùm rauca tonitrua manant,
Percuſſoque ſonus crepitans auditur inani,
Flexibus vt vallis colliſa offenditur Echo,
Flammiferas medij & ſcintillas aeris algor
Deijcit, aut ſonitus fulgetra carentia mittit,
His leuis vt cedit nubes, & rara: nocéntque
Germinibus vibrata nouis, fœtuſque perurunt:
Cum ſanè officio ſit viſus acutior auris,

Fulgura

Fulgura luminibus primùm ſpectanda coruſcant,
Túmque aures tonitru capiunt crepitante ſonorem:
Ante etiam pluuiam demittunt alſa procellas
Nubila, concutiunt & vortice turbinis altum,
Direptúmve ſolum diuerſa à parte ſonoris
Flatibus inflexum, claſſéſque in gurgite quaſſant,
Saltibus aut ima quercus à ſtirpe reuellunt,
Et minimè hærentes verrunt telluris arenas:
Obliquè volitans quæ ſi flammata procella eſt,
Oppidáque incendit preſter, pyrgóſque deurit,
Æthiopas qualis nigranti pelle colorans
Sub Phaethonte fuit volitátque hic apſidis inſtar,
Vt rota & interdum decurrit & arida flammat:
Materies autem eſt æqualis fulmina gignens,
Fulguribus ſed ſpiſſa magis per frigora inanis,
Fulgura inardeſcunt & pluſquam fulmina, ſúntque
Deſuper igne magis vibrato noxia aduſtis
Meſsibus, aut homini grauiore cadentia motu,
Obdurantur vbi concluſo tela calore,
Et candente lapis tenuatur acumine ſurſum,
A ſicco inferior dum cedere nititur humor:
Nec niſi per brumæ tempus tonat auius aer,
Cùm ſe materies contracta æſtate calenti
Fulguris, in gyro & nubis contracta coactæ
Continuit, nondum calido luctante vapore,
Plus ſolito quoniam quod vires frigoris arctant,
Maiori crepitu contendit rumpere nubem:
Exhalata etiam generant per inane cometas
Supremum calida aſſuetos incendia tractu
Edere diffuſo, ſic vt flammantur ab aſtro,
Qui modo ſpectantur flammeſcere crine comati,

Et modo barbati radijs ardere videntur,
Penitique ſuos aliquando ducere ſulcos:
Inque ſerenato candens,& lacteus axe
Circulus aparet ſtellarum lumine clarus
Octipedis metas Cancri, AEgocerotis & vltra:
Et nubes nebulæque trahunt à Sole calores,
Aut ſtellis varios,denſæque nigredine lucem
Excludunt,picea & fumo candente rubeſcunt:
Sic micat Eoo primum Pallantias ortu,
Phœbus vbi nubes illuſtrat lumine opacas,
Iſque rubor pluuios præſagit conſcius imbres,
Nubila horizontis circo niſi diſsita cedant,
Aut eadem Thitan radijs conſumpta perurat:
Non rubefactus item Veſper minitatur aquoſos
Sub tenebras nimbos fulgente rubore:propinquus
Alter & ad ſtellas,ceu Solem,circulus albet:
Syderis illiſum radiis dixere coronam
Extremas oculis ſpeculati impenſius oras,
Atque is ſanguineum quondam traxiſſe colorem
Creditus eſt,nubes vbi circumfuſa tegebat
Denſior obtentu Phœbum,qui circulus autem
Si nigret,pluuiæ dat ſigna,at læſus,agénſque
Parte aliqua rimas portendit flamina terris,
Spondet at æquatas poſtremò euanidus auras:
Nubibus offenſis aduerſo & lumine Solis
Roreſcente ſecat cœlum Thaumantias arcu,
Cui ſpecies eadem non eſt,quòd roſcidus humor
Sit leuis,& nebulæ nigrantes aera denſent:
Huic gelida imprimitur ſub Luna rarior Iris,
Debilibus radiis feriat quòd Cytia nubem:
Eſſet diluuio tellus quoque miſta priuſquam

Aera

Aera complexus fuerat Thaumantidis arcus
Signa ſoli qui dat paſſuri ob nubila nunquam
Diluuiem, dederat Noæ quæ pignora Numen
Depoſitæ bilis: ſic tunc iam Solis imago
Conſpicienda fuit, penitúſque eluxerat omnis
Nube caua effigies, geminos quæ reddere Soles
Credita fruſtrata eſt interdum erroré tuentes:
Sic leuitate vapor, flammatáque in æthere pendent,
Exhalantur humo quæcunque volantia ſurſum,
Ima ſuo grauior iaceat cum pondere tellus,
Eſt graue quicquid alens, & duris fœta metallis,
Non ſublata quibus fumorum corpora more,
Tractim at materie terreſtri, & condita aquoſa
Terra in viſceribus cœli durantur ab æſtu:
Sulphura quam ſubter creſcunt, quæ pinguia viuax
Argentum cum Sole coquunt, admiſerit vnde,
Introrſum gremio quorum ſi vena madores,
Aſſueuere capi thermarum vndantibus alueis,
Intumeant quòd ſi nimiùm diffuſæ cauernis
Sulphura, vorticibus ſe ſemper in aëra tollunt,
Epullis veluti volitat ſcintilla caminis,
Æſtuat vtque ſuis ſemper feruoribus Æthna
Lemniaci incudes obducere credita patris:
Sulphure & è puro, viuaci & naſcitur aurum
Argento fluuij interdum ſub curſibus ardens,
Vnda vbi ſupremas curſim dimouit arenas:
Sic ſolet argenti primùm conſiſtere origo
Argento in viuo, liquidíſque coloribus albo,
Hoc vbi vis cani, mundíque haud ſulphuris vrit:
Si rubeat verò, ac obtuſo lumine viuax
Sordeat argentum, maſſa hinc educitur æris,

Quod latè vtiliter exuberat inſula Cypri:
Sic oritur ſtannum, ferrúmque, ac igne recoctus,
Et tinctus ſub fonte chalybs ab origine ferri
Gignitur, ac prodit craſſo de ſulphure plumbum,
Argentóque rudi viuo: ac orichalca fodinis
Eruta quæ fuerant, natiuáque ſponte, requirunt
Artem nunc hominum: liquuntur & ignibus æra:
Et ſal excoquitur Phœbo torrente ſalinas,
Eliciénſque ignem quæ craſſa bituminis inſtar
Naphtha ſuperfuſa nunquam reſtinguitur vnda:
Denſatúrque in humi venis, nitrúmque rubeſcit,
Aut in finitimis id aleſcit rupibus alto,
Pendet vti humano turpis quoque ſtiria naſo,
Hoc ita ab aßidua collectum aſpergine aquarum
Æſtu decoquitur ſolis, coctúmque gelatur
Fumida vbi cella eſt, aut ſubterranea ſedes,
Vdáque, ſudoríſque oritur ſalſugine alumen,
Quod foret argentum viuax, ſi ſulphure toſtum
Tum foret aridius: putríque bitumina terræ
Materie fiunt, gignit quæ terrea gemmas
Cum gelida, rapido ſimul inſolata calore eſt,
Atque à frigoribus, brumæque algore gelata eſt:
Et prope pingue ſolum, propter vel litora gemmæ
Sub fluuij aut curſu, ſummis vel montibus ardent,
Eſt quibus à radijs cæleſtibus inſita virtus:
Et lapides ſummè pretioſos India profert,
Eſt quia luminibus naſcentis proxima Phœbi,
Aethiopum quos Zona ſolo rubicunda iacentes
Excoquit ad plenum cœli violentius igne:
Altrix ſaxa fouet quæ vero frigida tellus,
Nil ſplendoris habent infra & grauitate recumbunt

Haúdque

Haúdque natant præter leuiores flumina tophos
Preſſus ineſt quorum venis tenuiſſimus aer
Non ſecus et pumex ſummum ſuperemicat amnem:
Cuncta quidem argilla,cœnóve, aut amnis arena
Tempôre ſpiſſantur concreta humore tenaci:
Omnia in humanos quæ tellus educat vſus,
Structurámque operum,ac ſacratæ numinis ædis:
Subſtinet ac plantas,nubes quas irrigat imbre,
Diſtendítque ſolo firmatas ætheris æſtu,
Arbor in hac multa & frondoſo palmite viuit,
Sunt in ea & frutices,& læta mergite meſſes,
Pampineíſque rubent Nyſeæ in vitibus vuæ,
Et minimè in pratis redeuntia gramina deſunt,
Floribus & picti ſunt verſicoloribus horti,
In gremio & lachani viridantia cymata ſurgunt,
Terra etiam victum cunctis animantibus edit,
Quæ ſunt ſub fluuijs,quæ ſub quoque Doride degunt,
Quæque volant pennis,gyros & in aere ducunt,
Et cruſtata fouet,nulliſque exanguia ſquammis
Mollia,cæruleo duras & in æquore teſtas,
Atque inſecta,tener cum ſole induruit humor,
In ripis etiam fluuiales explicat hydrôs,
Vipera vbi ſpiris immenſa volumina verſat,
Atque ſatus gremio terreſtri circinat auras
Serpens Arrabius volucer, Nilúmque frequentat:
Inque ſolo balant intra gurguſtia fœtus
Lanatarum ouium,mugítque iuuenca per herbas,
Et calcata boues attondent gramina obeſi,
Cynipheíque hirci, ſimæ & virgulta capellæ,
Setigeræque ſues fœtu iuglandis aluntur,
Ac fodiunt glebas, et opacis ſaltibus errant:

Senſibus atque boues ſunt Lucæ & viribus acres:
Et deſerta feræ nemorum per luſtra quieſcunt,
Excitóque leues agitant clamore Moloſſos,
Quæ ſtabula inſiſtunt aliquando aſſueta cicures:
Cantibus & raucis complent auiaria nidi,
Supremúmque leui tranſmittunt aera penna:
Omnia cúmque ſuos ducant animantia motus
Aethere,& excepto reſpirent aeris hauſtu,
Eſt homini ratio ſolùm collata domanti
Per nemora errantûm paſſim genus omne ferarum:
Sic cœlum,& pelagus,terrámque & inane canebat
Mattatias,terti datus eſt cui circulus auri:
Barbitos & domitæ detracta ex vrbe Sophenes
Eſt donata alij cantata ob ſæcula,quæ ſunt
Iuridicis tranſmiſſa viris: Aſaphíque laborem
Aureus eſt penſans crater:demúmque frementûm
Dimoto ſtrepitu ſedauit regia plauſus,
Corporáque in noctem ſtratum ſubiere cubile,
Eſt reſtinctus vbi,Caſiam qui pauerat ignis:

Regum Liber nonus.

HOS quamuis biberit longos in coniuge amores
Meſræa Salomo, rex & ſponſalia nupta
Prætulerit natis Abrahami ſanguine ab alto,
Vt cum Niliaco ſanciret principe fœdus,

Non

Non tamen hos nuptus, ſacra & ſocialia numen
Corripuit, quod amor lactauerit aduena regem:
Connubij cum verò potens ad limina templi
De medio tolli curans animalia mille
Sanguine luſtrauit, ſacriſque vaporibus aras,
Illi cuncta iacent cum ſomni languida cornu,
Paruit, aſtriferos qui nutu concutit orbes,
Viſus & inſomnis tali ſermone iacentem
Affari dimiſſa ferens agalmata cœlo:
Quòd mihi poſſedit ſolium gratiſſimus olim
Iſaides certans Moſis pro legibus æquis,
Moribus ac patriis, & libertate ſuorum
Vſque Paleſtinos acie, pugnáque recellens
Templa frequentantes cultu celebrata nefando,
Hoc etiam grata eſt proles modò nomine humati,
Ac veteris ſuperans etiamnum gratia facti
Viuit, & à buſto non eſt ſopita iacentis,
At patria gratos reddit pietate nepotes,
Te quoque commendat cœlo tua vita, facítque
Acceptum pietas, & qui reſpectus honeſti
Nuſquam delicias, nec præfert vtile recto,
Inſerit at fortès animos, & ſemper amorem
Ingenerat veri, caſus & ferre ſiniſtros
Edocet, ac iuris diuini ſcita vereri:
Singula quæ laudo, quódque haud furialibus armis,
Bellonæque vacas, dextram neque ſanguinis hauſtu
Polluis humani, dira neque cæde iacentûm
Deſæuire iuuat, verùm tranquilla quieti
Tempora dependis ponente innoxia bello,
Et magis inuigilas luſtralis cultibus aræ,
Sacrorum quem raptat amor, ſtudióque ſagaci

Alliciunt ad ſe ſacri donaria templi,
Securámque foues pacem certaminis oſor
Acris,& amplectens requietem mente ſerena
Interiora adyti donis ingentibus auges,
Sacra agis & pariter caſorum morte iuuencûm
Pollucens oleo ſparſi libamina ferti,
Panchæóque meas ſedes nidore vaporas:
Quæ deuota probem quamuis munuſcula templo,
Gratior at pietas eſt longè mentis amatæ,
Syncerúſque animus optatior omnibus extis:
Pro quibus egregiis,& vitæ moribus æquis,
Præmia quæ factis optes cumulata reponi,
Exige liberius,referent neque vota repulſam:
Excipit his contra proflans à pectore ſomnum:
Regna capeſſentem præclarum immenſa parentem,
Noui equidem, quanto ſolij deuinxeris auctor
Officio optatum ſceptri in regalis honorem,
Quem decus in trabeæ,regníque in iura vocatum
Raptaſti incolumen ſoceri à diſcrimine ſemper:
Quodque is iuſticiæ cultor,iuriſque ſeuerus
Aſſertor tua iuſſa obijt,veritúſque ſubiuit
Pectore ſyncero, manſurum nomen adempti
Non ſimul extingui vis cum frigentibus vmbris,
Et genus exanimi ſeclis abolere futuris,
Atqui ſubſtituis me pro patre:pondera tanti
Imperij imponas cuius cùm maxima cura,
Ponere vix operam, vix & durare labores
Conſilio poterit nondum mihi firmior ætas
Non ſatis ad plenum geſtis exercita rebus,
Haúdque ſciens quo ſint populares iure tenendi
Diſcreti ſtudijs,eluctantéſque benigno

Inſtabiles animos legum ſubmittere fræno:
Et me cùm deceat tantæ ius reddere genti,
Partibus ac iuſtis populorum æquare labores,
Iudicij qui tot noſtri præſcripta repoſcunt,
Suffice maturum ſyncera mentis acumen,
Et docile, ingeniúmque cicur, ſempérque volentes
Auſcultare tuis præceptis ingere ſenſus,
Ne proprijs nimium confiſi ſeita ferentes
Motibus incumbant, atque his neglecta ſenectus
Sordeat, atque tui minimè obſeruata voluntas
Numinis ob mores animi temerata feroces:
Ergo age: Iuſtitiæ monitus, & ſemina veri
Inſere defigens docili ſub pectore leges,
Et præſcribe modum iuris, quo fretus honeſto
Turpia ſecernam, committens vtile recto,
Agnoſcámque hominem ſola virtute beatum,
Impia quò pœnis plectam cõmiſſa nocentum,
Nec meriti dempto virtutem munere fruſtrer,
Mercedem tribuens æquo ſcelerique reponens
Supplicium, vtque pari poſſim ſub iure tueri,
Tot quoque in officio populos ad limina regni
Contineam: quis enim rerum molimina tractans
Tanta hominum cunctos ditione coerceat æqua?
Tótque animo curas tangat nutante, parúmque
Conſilijs ſtabili? niſi te ſolertia ſubſit
Auſpice, & aſpires conſultos æthere motus.
Arriſere preces hæ ſomnia ab axe mouenti,
Eſt placido quem ſic reſecutus voce iacentem:
Oratu quoniam ſapientia ſola petita eſt,
Nec deſyderio in longinquos conſulis annos,
Blanditijs agites vt molle procacibus æuum

Luxibus immoriare tuis quoque mollia ducens
Otia,congeſti ſtudio neque tangeris auri,
Immenſiſque opibus,multi & cuppedine cenſus,
Haúdque tui dulce eſt fines proferre ſupremos
Imperij,idq́ue ſuper reges extendere bellis
Finitimos,preſsiſque iugo confinibus oris
Debellare duces domitos,hoſtiſque ſubacti
Ditari ſpolijs,et deportare triumphum:
Atque triumphali Solymis ſuccedere curru,
At magis eſt animi curæ ſolertis acumen,
Quo fuſa vetito ſenſim diſcernere poſſis,
Et præ notitia veri tibi ſingula ſordent,
Nec venaris opes,immania pondera & auri,
Ac mollire tuas luxus mulcedine vires
Abnuis,ac menti potior prudentia ſedit,
Præpoſita hac fluxis rebus non vota refello,
Largior & cerebrum viuax,animúmque ſagacem,
Qui facile exploret,quæ ſint obnoxia culpæ,
Et quæ præcipitent in clauſtra Acheruſia ſontes,
Quæq́ue vmbras tenues attollat in æthera virtus:
Atque mea in tantum ſenſus tibi mente profectos
Pertribuo, vt te non Caſcorum æquauerit vllus
Pectore ſolerti quamtumuis ſobrius olim,
Contendéntque minus tecum præſtantibus auſis,
Secula quos tractim procudent cuncta minores:
Haud certare queat cum quo virtutibus vllus,
Aere dum vacuo pendens librabitur orbis:
Et minimè ære ſuper quia te furioſa cupido
Vrit opum ,nec pro cumulandis cenſibus angit,
Tot tibi diuitias,rutiliq́ue impertior auri
Pondera,quot nunquam preſſerunt ſcrinia regum,

Quos fortunatos in regnis fluxa tulerunt
Secula primæua natos ab origine mundi:
Quódque animo eſt nondum virtus elapſa parentis,
Quæ modo & à tumulo compreſsis manibus hæret,
Haud quoque per curſum memoratu intercidit æui
Si patriæ ingrederis prudens veſtigia vitæ
Illius effingens puros imitamine mores,
Non in flore cadens æui moriere virilis,
At ſenium capitis ſignabit tempora canis.
Attonitus monſtris ſomnóque ſubinde cubilis
Corripuit Salomo ſtratis regalibus artus
Hæc portata ratus ſupremo ſomnia cœlo,
Inde & is abſcedens Solymarum venit in vrbem,
Congenulánſque ſacri ſe ligna ad lánia templi
Aereos victus, ſacráſque tenentia leges
Reſtitit in flammas luſtralia viſcera torrens.
Decernenſque ſuper ſumpto diademate grates
Fumida adornari curauit fercula Hebræis,
Lautáque regifico fecit conuiuia luxu:
Illi dum gradiens idem ſe limine fani
Corriperet iuſto perfectis ordine ſacris,
Vtráque veſtibulo in templi prodiuit eunti
Advorſum mulier, quarum ſic altera cepit:
O rex qui populos æquo ſub iure coerces,
Fortunis tenues & frænas legibus æque,
Ac quos multa beat locupletes copia rerum,
Obteſtor, faciles affer ſermonibus aures:
Continuata meo lateri quæ ſe intulit vna
Huc mulier cùm tecta habeat conſortia mecum,
Haud ego in his metui, & dubitaui effœta leuato
Ventre puerperij poſt nixus ponere fœtum

Lux vbi poſt partum Lucinæ tertia venit:
Huic eſt filiolus etiam progeſtus ab aluo
Spectatore quidem genituræ,& indice nullo,
Cui ſeu compoſito,ſeu pupi haud anxia nati
Aeream infanti præcluſit faucibus auram,
Cùm nox roriferos ageret denſiſsima currus,
Dúmque ſub obſcura iam muta ſilentia nocte
Omnia ſeruarent,dimouit ab vbere partum
Inuidioſa meum,gremijque tepore fruentem
Eripuit feſtina mihi, noſtróſque locauit
Exanimum ad maſtos, cuius ſpiramina vitæ
Et teneri oceluſos aditus obſtruxerat oris:
Iam roſea Eoos ſolis præceſſerat ortus
Puniceos loris agitans Aurora iugales,
Lumina cum molli ſomno deuincta recludens
Acceſsi,vt tenere mulgerem mollia proli
Vbera,quam meditor lenes dum carpere ſomnos,
Plúſque oculos ſolito puerili humore grauatos,
Et blandis moueo contactibus ora iacentis,
Vt niuei exhibeam ieiunam munere lactis
Haud dubiè puerum deprendi lumine caſſum
Atque aciem nullos oculorum attollere motus,
Hunc & nulla meo committere brachia collo,
Agnouique dolos,dilatáque pignora furtim
Noſtra ſinu,& raptis obitu ſuffecta,forémque
Capta per errorem quam tùm,pellacia monſtrat
Vix vero hæc ſeriem monſtrauerat ordine facti
Altera cum vapidi conficto eſt pectoris aſtu
Abruptè in medijs ſic interfata querelis:
Affingis commenta meæ deterrima vitæ,
Credere nec dignum eſt curſu me noctis opacæ

Corripuiſſe

Corripuiſſe tui recubantia membra puell',
Cùm puer incumbens pluteo fugitantia tactus
Excito querulus vagitu ſigna dediſſet,
Experrecti etiam tunc prodita queſtibus eſſem,
Is tepida mollis ſpondæ cum ſede remotus
Aera ſenſiſſet gelidum, conceptáque noctis
Frigora: ſubductum quem non mihi finge per vmbras;
Mutatúmque, loco, dum te ſopor altus haberet,
Suffectúmque meo, neque enim tuus aera carpit,
Nec ſuaui ſuperans etiamnum veſcitur aura,
Stipaſti iuguli cuius ſpiramina preſſu,
Vt ſumptum minuas fœtus neque lactis egeni
Suſtineas curam, Stygijs quem prodiga vitæ
Merſiſti in tenebris, at non meus occubat vmbris;
Sed modò clamoſis vagitibus aera pulſat:
Talis vbi exercet ſcortillis rixa querelas,
Haúdque fidem ſceleris teſtes facere, nec vllus
Prædicat extremum muliebris conſcius artis,
Feſtinaſſe dolis fatum puerile parentem,
Denigrat & dubij nodus fuligine litem,
Diſceptator vti violenta indagine cauſſam,
Præſumptæ et fidei meritis expendere poſſit,
Promite, ait, ſtricti mucronem promite ferri,
Partibus vt cæſim corpus puerile duabus
Partiar, atque ſuum ferat vtráque fœmina ſegmen;
Exhaurique, tibi quæ ſunt mandata, ſatelles,
Ad caput & plagæ confecta à pube tenorem
Continua, non eſt quoniam vicinia veri
Teſtis, abeſt necnon popularis fama, nefáſque
Non inconſpicuo viderunt lumine teſtes:
Principis horrendi reſponſo territa ficto

Vera parens, & victa animi ſuſpiria duxit
Pectore, & ingenti ſuſpendens ilia pulſu,
Abſterrete nefas, inquit, neque ſaucius infans
Immeritus ſubeat diſcreto corpore lethum,
Illæſum at potius noſtræ ferat æmula prolis,
Et puerum nullo confectum vulnere ſumat:
Imo, haud alterutri donetur filius anceps,
Altera conclamat, cæſi ſua ſegmina verum
Quæque habeat, ne ſi totus referatur ab vna,
Ereptum doleat dimoti pignoris expers:
His rex eliciens veræ genetricis amorem
Præſumptis animi conficto affectibus aſtu,
Vt veri excutiens fucum, muliebria quando
Legitimi coram deſunt in iurgia teſtes,
Subijcit, ô iuuenes infantis parcite morti,
Colla nec inſontis pueri diſcernite ferro,
At verò incolumen charæ ſeruate parenti,
Quæ pia cædendi ſegmentum corporis horret,
Atque euicta ſuo mauult decedere iure,
Quam pupum miſera madefactum cæde tueri,
Eſt quia nil dubiè mater certiſſima nati,
Affectúque piæ dedit argumenta parentis
Indubitata ſuo pro ſoſpitis anxia vita:
Extemplo Syriæ rumor vulgatus in vrbe
Iudicis arrectam ſolertis peruolat oram,
Et populos iuit latè confeſſa per omnes,
Factáque maturi eſt celebris ſolertia regis,
Iudiciúmque ſui paſſim ſtupuere tyranni
Iſacidæ veriti maturum mentis acumen,
Nonniſi quod certo moueatur numine cœli,
Afflatúque poli iuxta ductore volutet

Conſilia,

Conſilia,& dubias poſſit componere lites,
Ac queat ancipitis cauſæ perrumpere nodos:
Terráque Hebræorum Salomonis iura ferebat
Principis haud ægrè,quam terminat Hippus Eoo
Cardine & Heſperio Nereus,Eſcholis ab Auſtro
Et fluuius, Libani quoque mons à parte Boréa:
Azarias cuius chartas,geminíque notabant
Siſaadæ,necnon annales ante parentis
Iſacidæ aſſeruant faſtis ſignauerat idem
Tempora,cura foret belli cum geſta mouendi
Arbitrio Beniæ,primarius ô que Sadoche
Eſſes cum ſocio præſul,quo præfuit auo
Præſidibus patris exortus origine mantis
Azarias quondam culpare piacula adorti
Iſacidæ ob mœchæ ſublatum cæde maritum,
Vatis & alter erat regali acceptus amori
Filius antiſtes peragenda ob ſacra Zabudus,
Et tamias Achiſar,necnon regale tributum
Abdaades propter cogendum accitus in aulam eſt,
Biſſeni & numero ſitarchi mattea ſiſti
Regia curabant,famulíſque cibaria ferri
Quiſque ſui menſis curſu redeunte,domúſque
Inſtruxere penum,menſarum & quicquid in vſus
Vtibile eſt viſum,conuictorúmque ſaginas,.
Semper adornabant,alimonia & vſque ferebant:
Biſſenas tunc nulla tribus Bellona fatigans,
Nulláque terrebat ſecuros buccina Hebræos,
Otia quos feſta lenibant grata quiete,
Hauſtáque adornatis genialia pocula menſis,
Ante focos, algore gelu cum ſiſteret amnes,
Arboris aut patulæ conſerta vmbracula ſubter,

Arida ſi Phœbi radijs candeſceret æſtas
Inuitans æſtiua animi conquirere cauſa:
Rex quoque frænabat populos ditione volentes
Rite Philiſtæo leges à limine paſſos
Vſque Paretonij longinquam ad limitis oram,
Ad Solymam faciles qui circum munera ferrent,
Colla grauarentur quoque regis ſubdita nuſquam
Suppoſuiſſe iugo, quos is ſub pace tenebat
Vnanimes placida, nemóque à lege reflexit
Ceruicem imperij, aut regalia iura coorta
Seditione pati fugit, bellóve minaci,
Aeream is donec ſpirauit faucibus auram,
In ſolij immota & conſedit ſede quietè
Neſcius armorum, nullóque exercitus hoſte,
Triginta cui quoque die ſub fornice promus
Igne coros ſimile torreri, biſque farinæ
Durari totiens peragebat caumate furni,
Atque ſaginati glumis, & tergora obeſi
Colla dabant deni ferro ferienda iuuenci,
Vigintique boues compaſcua gramina paſti,
Centenúſque aries cæſis nemorenſibus vris,
Necnon alituum pulpam dabat auius aer,
Saltus & auritos lepores, ceruóſque fugaces,
Multáque figebant venabula cominus apros,
Spiculáque imbelles rorabant ſanguine damas,
Et capreas, quæ cuncta canis animantia ahenis
Indita fumabant veruum vel acumine foſſa,
Quæque vel aucupium, vel funda aut retia prendi,
Telave fecerunt, tellus à limite Tapſæ
Quà ſe ad littoreas Gazæ protendit arenas:

Imperijs ea regna ſuis immenſa tenebat,
Et Salomo reges, hos qui poſſeſſa tenebant
Oppida per tractus, circum ſecurus ab armis,
Effera cui nunquam rumpebant claßica ſomnos,
Finitimique duces haud bella aduerſa mouebant
Collatis hominum cuneis, currúque iugali,
At verò peditum ſedato, equitúmque furore
Paſſa viatori non obſeruata patebant
Limina portarum, necnon pax aurea paßim
Mulcebat populos, terroris & inſcia plebes
Otia ludebat nullo concuſſa pauore,
Et non terrifico conchæ tremefacta ſonore,
Atque à Berſabee pluuium vergentis ad Auſtrum
Ad riuos, quibus eſt Paneas circumflua Lais,
Quiſque metu poſito lenta ſub vite iacebat
Pampinei admirans bicolores palmitis vuas,
In breue cùm ſpatium tenues Sol cogeret vmbras,
Arcebátque comis ficis frondentibus æſtum
Gramineis plebs nixa thoris, & olentibus herbis,
Aera odoriferum captans, ac aure ſonantes
Exceptans auium cantus per inane canentum
Ad gelidi ſcatebras fontis riuóſque ſecantes,
Gramina, & arboreos fœtus humore fouentes,
Et tunc ſub leuibus tophis, aut pumice adeſo
Grata quies fuerat, circum fluitantibus vndis,
Repentéſque leuis ſomnos ſuadente ſuſurro
Humoris fluidi, folijs ve crepantibus aura:
Non bellatorum per agros hinnitus equorum
Exauditus erat, radijque ſub axe gementes
Tunc minimè accinctos homines in bella vehebant,
Multáque non pingues obtriuerat vngula glebas

Fatiferiq́ue enſes nil dura incude rubebant,
Ferrea nec ferri crepitabat fabrica maſſa,
Tunc vt ſufficeret galearum in tempora conos,
Et léues ocreas: clypei non editus vmbo,
Parmula inardebat calybum vel pura metallo,
Ruricolæ verò potiorem in vomeris vſum
Ceſſerat omnis honos ferri, lætóque virebat
Alma ſeges cultu grauidis huberrima ariſtis,
Agricolæ immenſo & reditu granaria rumpens,
Pampineiſq́ue ſuæ pendebant vitibus vuæ,
Inq́ue lacus textis feruentes lata caniſtris
Spumea fumabat plenis vindemia labris,
Vixque receptabant vinaria dolia ſuccos,
Vina nec æquabant conſutis pellibus vtres,
Et fruticabatur olearum fœtibus arbos
Palladiæ, & malis curuabat brachia pomus,
Diſtentæq́ue domum referebant hubera vaccæ,
Et ſalice attonſa mulctralia lacte capellæ
Complebant niueo, miſtique parentibus agni
In caulas ſaturi iam viſa nocte redibant,
Et ſpatijs laterum ſub obeſis vellere multo
Luxuriabat ouis tonſuræ tempora adúſque,
Cùm nil proficerent excluſa in frigora lanæ:
Hæc non finitimi turbabant otia reges:
Si moueant acies, Salomon examina bello
Expediat contra, cui bis præſepia equorum
Millia vinginti canthos temone trahentum,
Millia erant equitum necnon duodena: penique
Tunc à præſidibus biſſenis hordea mulis,
Stramináque in victum prætendebantur, equiſque,
Quo rex in ſpatio vitam verſatus agebat:

Omne vbi & accurant vigiles abſoluere penſum,
Conſilij eſt Salomon, operæque potiſſimus author
Cui collata ſubeſt ſolertia numine cœli,
Et largita capax veri mens: iſque tyrannos
Omnes iudicij prægreſſus acumine Eoos
Lumine ſplendorem Pharium potiore premebat
Ingenij Arrabio nulli virtute ſecundus,
Qui vixit populis ſolertior omnibus orbis,
Quos habet innumeros Eoo à litore tellus
Ad freta vicinos Calpi pulſantia Iberos,
Aque die medio, clauſáque vaporibus æthra
Ad Tanaim, & nuſquam demerſam fluctibus Vrſam:
Præſtitit Æmanum, ſimulis virtute Dodanum,
Inferior quo ſit Cholcol, longéque reliquit
Poſt ſe rex celebrem ſolerti pectore Athanum:
Scilicet Iſacidum cum quo haud certauerit auctor
Stirpis Theraides, neglecta incendia quamuis
Fortiter Aſſyrij ſoſpes ſuperauerit ignis,
Is licet & domino morem geſturus Olympi
Libamen puerum montana admouerit aræ:
Cui regi Phario cedat gratiſsimus augur
Præſciſcens ſteriles ſulcos, vanámque iuuencum
Ludificaturam ſegetem per terna labores
Curricula æſtatis, & bis geminata ſubinde
Poſt ſeptem grauida trituras meſſe peractas:
Huic fateare volens & te concedere Moſes,
Seruitio quamuis ob Hebræos fama ſolutos
Sit manſura tuos, legúmque arcana feraris
Cunctarum tenuiſſe, quibus ſe regia Tanis
Continuit, pagóſque ſuos, rutiláque duabus
Suſceptis in nube magis celebrere tabellis:

Nec ſeſe Iſacidæ Salomonis laudibus æquent,
Quos per inacceſſas rupes,& inhoſpita agebas,
Quos prius aut claros ſaperdas extulit æuum,
Qui vel ad hoc tempus Syrias crenere per vrbes,
Prodita per regem eſt quia ter milleſima chartis
Collatis parium exemplis ſententia rerum
Occulti ſub nube premens ſermonis opaca
Ancipites ſenſus,perplexiſque obſita verbis,
Denáque conſcripſit modulati millia vates
Carminis,&,quæ ſit natura potiſſima cedri,
Diſſeruit, quáque hyſſopus muralis aleſcat,
Arbor amet Zephyri quænam genitabilis auram,
Quæque Noto,aut ramos Euris obuertere malit,
Frigida vel malit quæ flatibus eſſe Boreis,
Creſcere quæve iugo quæ naſci in vallibus optet,
Quóque modo cunei recluſo ob vulnera trunco
Prorſus adoptandas par ſit committere plantas,
Et ſinui philyræ ſecto ſubmittere germen,
Atque oneri ſcripſit,quæ ſint veterina ferendo
Commoda quæ belli tolerent animalia motus,
Vt Borea grauidentur equæ, coitúque repulſi
Impolluta maris Centaurica ſemina prodant,
Omnis & in vires abeat reuocata libido:
Præterea, alituum quæ ſit genitalis origo,
Dixit, vti feruore alitur Titanius ales
Puro Solis,& is ventoſa alimenta vaporis
Innocui libat,texta quoque frondo calentes
Congerit in mortem,& buſtum moriturus odores,
Vt ferat ad Nilum manes,funúſque paternum,
Atque vrbis delubra adeat Titana colentis:
Clam fuit haud regem pariter Solaribus ales

Vt Iouis exploret radijs candore coruſcis,
Sintne ſui coitu naſcentes ſemine pulli,
Hæ gradiantur aues vt circum marmoris actam,
Atque paludoſa malint hæ viuere in vlua,
Aut nulli teneant adeundas vertice rupes,
Arboreisve comis alia conſidere malint,
Poſtquam remigijs enantes aera pennæ
Inſedere apicem frondis, feſsæque volatu
Corpus in arboreo poſuere cacumine ſidens,
Mollitæque ſuis ſunt ſtrata cubilia nidis:
Nec regem Oceanum ſubter degentia vitam
Noſtra fefellerunt, poſitæque in gurgite phocæ,
Squammigerúmque genus per dulcia flumina currens,
Quódque Boryſthenijs celatur mollius vndis
Quæque legat Tyro, quæ vel conchilia Sidon,
Et quibus exudet Libyæ ſerpentibus aer
Gorgonis in colubros animans (vt fama) cruorem,
Quà gelidi fontes, & lepto vmbracula deſunt
Frondea, et humorem veſtigant dipſades vſtæ:
Serpentéſque Arabum volucres vt paſcitur Ibis,
Rex tenuit, Pharios adeuntes aeris hauſtus,
Vt quoque torpedo paſtus, & ſquilla capeſſant:
Iſque malos genios potuit radicibus vnà
Excantare ſui progeſſos carminis arte,
Inde voluminibus quam rex ad multa reliquit
Sæcula: tum radix per quem monſtrata fugauit
Dæmonia, arctabat quàm ductilis ambitus auri,
Contigerat poſtquam nares dementis odore,
Tænareique fugæ fratres rata ſigna dederunt,
Excantans his ſi qua tamen præſcribere vellet,
Pelues quandoquidem, aut pulſárunt pocula tactu:

Cuius in extremum cùm fama excurreret orbem,
Limite ab extremo terræ venere tyranni
Viſendi ſtudio regis, populíque ſagacem
Colluſtrare auidi Solymarum ſedis alumnum,
Fantis & alloquium venerari, ac verba loquentis
Ardua mirari: Tyriúſque à littore miſit
Legatos Solymis rector, qui regna parentis
Iſaidæ fruito primæuis eruta fato
Fratribus applaudant, poſtquam Senioris amici
Exceptos obitus fleuit, gnatúmque tenentem
Bethſabees ſceptrum audiuit ditione regentem
Hebræos, patrióque ſimul diademate cingi
Corpus odorifera conſperſum aſpergine oliui,
Iſacidûm Tyriis, vt qui ſocialia regnis
Fœdera firmarat Solymûm commercia nactus,
Regis & implicitus extincti ſemper amore,
Donec in interitus gelidas vaneſceret vmbras,
Dum fortuna foret ſuperantis ſoſpite vita:
Gnatus amicitiæ cui mutua pignora iunxit,
Tranſmiſſóſque viros Salomo ſuſcepit amicè
Huc ab arenoſa venientes æquoris acta,
Quà poſitura Tyri fuerat prædiuitis oſtro:
Iſque vbi profuſas epulas, feſtóque nouauit
Per multos reparata dies conuiuia luxu,
Vocibus expreſſis, excepto & fœdere herili
Poſterius iuſto hos ſermones ordine reddit,
Coniungique auidum ſic eſt affatus amicum
Delatis literis, ſcriptóque remotus adiuit:
O mihi chare Tyri princeps, dilecte parenti
Scis patris arcanos ſenſus, arcanáque mentis
Expiſcatus eras, is cui, ſpirabilis auram

Dum traheret cœli, eſt partitus maxima tutò
Pondera curarum, cerebríque arcana recluſit:
Afflictatus vti qui circum viribus hoſtis
Non adyti potuit ſtructuræ impendere curam,
Haud dubitas, non cui licuit per bella, feróſque
Armorum crepitus incumbere cultibus aræ:
Tot ſæua horriſono gliſcebant prælia motu,
Artificéſque ſuis in pugnas vſque trahebant
Ignibus accenſos, quæ nunc pacata quieſcunt,
Haúdque modò Hebræos Martis circumſonat horror,
Suppoſitique iugo ſunt per victricia patris
Signa triumphati victoris fortiter hoſtes:
Quæ mihi parta quies cùm ſit feſtiua, meáſque
Poſt bellum intrepidas pax aurea mulceat vrbes,
Ac protelatis nullus furor ingruat armis,
Sitque horum nimio rabies ſatiata cruore,
Conſtitui mecum, tacitáque in mente peregi
Aetheris auctori luſtrales ponere ſedes,
Qui mandata dedit non aſpernanda parenti,
Poſt obitum ſuperans vt filius excitet aras
Suſcipiens ſolium reſtincti immobile patris,
Quas etſi genitor ponendo attollere ſumptu
Geſtierit, iuxta & ſtructuræ euoluere curas,
At ſuſpenſa operis diuturno eſt tempore moles,
Eſtq; adyti vetitus ſublimes ducere pinnas,
Is quia multiplici pollutus cæde, madénſque
Sanguine collatos in pugnam miſerat Orco:
Reſpondent fabricæ non verò prælia, quæ nunc
Sanguine ſucceſſus iugulis rorantibus empti
Impia ſedarunt, & cùm iam deſita ponant,
Pacalem imperiis Adonai molior ædem,

Cui cedros impende operi, ſedeátque tuorum
Artificum conferre manus procera ſecantum
Ligna: fabros mittam Solymos & confraga opaci
Ad nemoris ſcitos, auctoratíſque ſubinde
Largiar in victus inſumpto impendia ſumptu,
Téque diurna tuis pendetur iudice merces,
Qui nouere meis cedri concinnius artem
Cædendæ, ac operam, ſimulet vibrare ſecures,
Deiectáſque trabes ferro lauare bipennis,
Sunt adeò exacti fabricarum ſcilicet artis
Sidonij, vt poliant fabrè in laquearia cedros
Aſſiduè per cæſa manus alburna terentes,
Arboreíſque agitant Libani ſub frondibus æuum
Finitimi ſyluis, nemorúmque tepentibus vmbris:
Hæc vbi legati domino reſponſa ferentes
Rura viis retra ſunt obſeruata remenſi,
Securóſque Tyri portus tetigere carina,
Quà facilis puppes, curſúſque breuiſſimus effert,
Gaudia Sarranus percepit blanda tyrannus,
Geſtiuítque ſuper renouato fœdere amoris,
Poſſeſſórque patris ſolij quòd nutibus æthræ
Gnatus Hebræorum populo conſulta volenti
Iura daret, cuius totum ſpectata per orbem
Influat in mentes vltro ſolertia vulgi:
Atque hæc rex Tyrius tum reddit: tecta nouanti
Regia ſuffeci vt cedros in tigna parenti,
In delubra trabes ſic tute petitibus oras,
Panchæos inferre quibus iuuat igne vapores,
Durateáque ſacrum Cereris componere fertum,
Gentis & in morem libamina ſacra litare,
Seu cùm puniceos Pallantis proferret ortus,

Occiduus

Occiduus ſeu cùm repetet Sol littus Iberum,
Aut quoties radios reparabit Luna recentes,
Septima vel quotiens poſt ſextam vota quieti
Lux erit, atque die, qua multa eſt buccina clangens,
Cúmque tui in ſcena conuiuent textilis vmbra,
Neſcia fermenti mandent vel edilia, cúmve
Poſt quadraginta referent ſolennia luces
Altera póſtque nouem ſe templo: & clauditur auctor
Haud cœli ſpatio quamuis diffuſus in orbes
Aſtriferos, necnon æthra per inania verſans,
Qui pro ſede ſibi mentes pietatis amantes
Seligit, & quæ ſunt præcepta à Moſe, verentes
Tradita non faſtu captas, vanóque tumore,
Huius at amplecti non ſecius æde ſacrata
Numina contendis, multóſque incendere odores:
Aptari cui tigna velis quæ cædua templo.
Explorare tuum eſt, Libaníque à vertice currus
Sidonij vndantis reſonantem ad Doridos actam
Axe vehent cedros, & pinea ligna perinde:
Omnia quæ ratibus pariter digeſta reuinctis
In mare ſpumoſo faciam fluitantia fluctu
Aduentare tuis demum delata ſynedris,
Hoſpita quà Nubis ſublimi montis Ioppe
In tumulo attollens pyrgos contermina ponto eſt,
Et ſtatio Syriæ fido placidiſſima portu,
Culmine ab aereo cuius, cùm flamina ponunt,
In toto & recubant imbelles aere venti,
Eſt ſpectare acie Solymarum luminis arces,
Lignáque tranſmittam breuiore natantia curſu,
In Solyma quæ tum lauanda bipennibus vrbe
Induere inſignes formas exculta iubebis,

Atque per artifices Tyrios ſerrata poliri,
Vina quibus poſiti pretium dimiſſa laboris,
Oris & in victus horum frumenta repones,
Hordeáque, ac olea contentos vtre liquores,
Es quæ pollicitus ſylua tenuantibus vmbras,
Exhauſtas reuocent Cereali vt munere vires,
Motibus & gliſcens ſit amyſtide mitior æſtus,
Sotia adúſque meas quoque mittes annua gentes,
Non eſt quippe ferax multarum hæc inſula frugum:
Talibus aſſenſit captanti condere templum:
Cæſim iámque abies, & labitur ardua cedrus:
Triticeóſque coros decies bis mille quotannis
Præſtabat Salomo, totidémque ſequacis oliui,
Inſtabátque operis ſtudio non ſegnis agendi
Officio ſolers voluentis ſydera Olympi,
Et cùm Sidonio concepit principe fœdus,
Armorum quòd nulla acie diſcordia rupit:
Milliáque arboreos ſtirpes ter dena ſecantûm
Materiem edicens Libano præcidere iuſſit,
Intentè quorum vibrabant dena bipennes,
Curriculóque dabant operam Titanidis vno,
Interea in tecti cùm ſede ſupina quierant
Cætera, & hæc Phœbes exacto erroribus orbe
Menſe remittebant vtroque ſubinde laborem,
Inque vices anni partitè hos flexerat æquas
Abdaades luſtrans, quis inania vulnera, quíſve
Imprimeret ligno validis contenta lacertis:
Immanes humeros tunc bis vicena, decémque
Subiecere quidem vectando millia faſci,
Et vicena quater terrenis ſaxa metallis
Cædebant polienda, ſimul tectoria ſacræ

Ædis

Ædis arenato faciebant omnia circùm,
Quæ ter mille viri, & tercentum à principe lecti
Certatim impulerant ſtudiis vrgere laborem:
Et cùm iam Gibly lapides, lignique fuiſſent
Pondera metati tranquillo vecta profundo,
Grandibus inſtituit poni fundamina ſaxis
Rex adyti pretium fului ſuperantibus auri:
Omnia quadratis quæ tunc formata figuris
Expoliere Tyro prouecti, & ſanguine oborti
Iſacidum ferro fingentes læuia acuto,
Cura Adoniramo eſt operis dum credita vaſti:
Luſtrà ierant vicena quater iam, ſéxque decémque,
Ex quo Niliaci fugitantes iura tyranni
Per faciles flatus vltro cedentibus vndis
Præter Erythræum gradientes littus Hebræi
Incolumes fuerant, mare nil ſulcante carina,
Fundamenta adyti fuerant cùm iacta dicandi,
Meriadæ in tumulo trituræ accommoda Oronnæ
Area quà fuerat tauris imbuta litatis,
Præpes ſanguineum genius dum conderet enſem:
In ſolio iam bis geminati principis anni
Labentes fuerant, cùm bis protenta iubebat
Tricenis cubitis in longum immania duci,
Atque etiam in latum viginti aucteria, in altum
Aera ter verò denis: pro limine & ædis
Veſtibulum eſt poſitum, ſubiens quoque rite feneſtris
Lumen cluſilibus fanum clarauerat omne,
Sunt templi latera & facta muralia circùm
Aedes exiguæ triginta, háſque altera ſupra
Cellarum fuerat ſeries extructa, ſupérque
Tertia rurſus erat tectúmque decenter habebant

Quæque ſuum cellæ, quod non geſſere propinquò
Contiguum, ex trabibus longis cùm ſcilicet eſſet
Conſertum reliquum, latus & pertingere vtrùmque
Has cautum fuerat; paries quò firmior omni
Parte foret: ſubnixa quibus laquearia demum
Cedrina ſunt poſitis: fani & ſtructura politis
Et ex ſaxis, fuerat, nec commiſſura patebat:
Per cochleam & templi myſtæ ſuprema petebant,
Craſſamento inerat quæ templi incluſa, quòd ortu
A rapidi Solis huic maior ianua parti
Defuerat, latera at circùm via paſſa dabatur
Hoſtiolis. pinus ſubeuntum & calce iacebant.
Per ſeriem males ea dum coaleſcerat ingens
Læuatam lapidum, nunquam runcina ſonore
Increpuit ſtridente, ſonos vel marculus intus
Edidit illiſos, ac exaudita bipennis
Non fuit introrſum planctu reſonabilis Echo:
Cúmque opus exigeret Salomo, ſic conditor æthrâ
Affatus ſermone fuit: ſi iuſſa vereri
Noſtra libens pergis, faciam rata ſorte ſupremùm,
Quæ promiſſa tuo dederam conſtantia patri,
Et mihi ſacrata per te verſabor in æde,
Incumbénſque locis aduerſo haud vota precantûm
Numine reijciam, facili ſed commodus aure
Facta ſecundabo, quæ ſuſcipientibus vſque
Hebræis adero mentes inſtinctibus afflans,
Contactúque animans diuini pectora motus,
Atque ea fœcundans ingeſti ſemine veri,
Inque meos ſemper defigam lumina Hebræos
Omnia ſupremi ſpectans ex ætheris aula,
Hos neque deſertos duro ſuccumbere caſu.

Aduerſæve

Aduerſæ ve ſinam frangi diſcrimine ſortis,
Nec flebunt ſteriles ſulcos, culmúmque labori
Non reſpondentem fallaces propter ariſtas,
Inſuper emergent haud bella minacia circum,
Pacabit ſtimulos verò Bellona furoris,
Páxque ſoporatis florebit gratior armis,
Nec fluidæ cœlum ducet contagia peſtis,
Nec puer alatus ſtragem dabit aere læſo,
Funeſtum inſinuans hominum in ſpiracula inane
Aerea populos ceu quondam tabe peredit,
Gratior at Zephyris crepitabit mollibus aer,
Inque ſinum terræ ſoluetur, & arua tepore
Fœcundans pluuio, ſudánſque aſpergine roris
Luxuriare dabit flauas uligine ariſtas:
Fumabúntque mihi quoties thymiamate acerrae,
Muneráque arridens ſpectabo ex axe litantes,
Votorúmque reos faciam poſt ſacra potentes:
Sacrificæ Solymus quae rex ornatibus aræ
Audyt inuigilans, primiſque fauentia cœptis
Amplexus placidè eſt arcani oracula templi,
Quà locus interior ſignatam Moſis vtramque
Legiferi tabulam tenuit, victúſque labantes
Aere collatos Adonai munere quondam,
Arca vbi inauratos ſupra polluxerat axes,
Atque coruſcabat radijs rutilantibus auri,
Quæ tenui virgam frondentem rurſus Ieſbæ,
Et circum adſtiterant fuſi radiantibus alis
Inſtructi iuuenes, paſſiſque, cupreſſina quorum
Materies fuerat tectorum deſuper auro.
Obrizo interius & cùm penetrale niteret,
Hoc interſtitio fabricans præcluſerat auri:

Fecerat atque fores geminas ex axe cupreſſi,
Floribus has etiam patulis celauerat idem,
Atque Cheruborum circùm volitantibus alis,
Proceris pariter palmis, induxerat auro
Qui genios, necnon flores, palmáſque perinde,
Harum cardinibus conflatis omnibus auro,
Proiectura quidem quinaria poſtibus eſſet
Cùm forium, quos ſic in primo limine fani
Extudit artificis ex aſſere dextra cupreſſi,
Ex ſtrobilo & binas valuas, extantibus iſque
Floribus inſculptis, genijſque vnáque duarum
In foribus palmis has prorſum obduxerat auro:
Interiora ſimul extruxerat atria terno
Quadrati lapidis, cedrinarum ac ordine ſolo
Magnarum trabium, muros contexerat intus
Qui templi tabulis cedri, & laquearia: cúmque
Viginti in longum cubitis penetrale pateret
Sanctius, in reliquos ſeſe porrexerat ædes
Condita bis numero viginti, & cedrina templi
Materia interior tabularis ſaxa tegebat,
Quam patula ornabat florum ſculptura, ſimúlque
Celata hæc fuerat colocynthide, ſanctius autem
Obrizum penitus penetrale amicuerat aurum,
Id quoque pontifices calcabant ſacra ferentes,
Interioris & eſt aulæum ductile vtriſque
Oppactum foribus adyti: palatia réſque
Condidit, atque manum ſummam ſibi regia ſenſit
Imponi penitus, poſtquam Sol retulit æſtum
Ter, deciéſque ſuo viſens temone Syenem
Semiferi toties Capricorni à ſydere latus,
Omne opus exactum fani cùm primitus eſſet

Bis

Bis geminis annis,curſu & trieteridis,idque
Ante foret quarto fundatum principis anno
In ſolium euecti,cœptúmque fuiſſet Aprili,
Menſe quod Octobri per ſeptem induſtrius annos
Sumptibus abſoluit opifex,meritíſque tyranni:
Fecit & in Libani ſaltu prætoria condi
Rex Salomo,& centum cubitis diſpanderat ædes
In longum ædificans,quinquagintáque patentes
In latum,ac etiam triginta ad inania cœli:
Tranſtra quidem quorum cedri ſpirantia odorem
Fulta columnarum geminus bis geſſerat ordo,
Et fuerant cedro tabulata inducta columnis
Impoſita: hæ numero ſurgebant quinque peractæ,
Bis quoque vicenæ,triplex cùm liminis eſſet
Aërei ſeries,reſpondebántque feneſtræ
Inter ſe triplici verſu, fuit hiſque foramen,
Et foribus forma quadrata: & porticus vnà
Facta columnata eſt,intus quæ fulta columnis
Lata fuit cubitis triginta,ac ante penates
Tricenis fuerat nemorenſes longa, ſimúlque
Quinque ſuper denos: fuit & fabricata forenſes
Porticus ob lites,vbi rex iùs redderet,iſque
Fecerat hanc cedris operiri à tegmine terræ
Ad laquear,fuerant operis regalia cuius
Atria,rex quorum Solymarum habitauerat ædes:
Huius & extructa ad rationem regia natæ
Niliaci eſt regis,quæ raris omnia ſaxis
Condita,quadratis & ſunt ſerráque reſectis:
Ad Solymas etiam mandante Hyramus adiuit
Rege, parens peperit quem natum Neptalis aluo,
Qui Tyrio Hebræis oriundo patre creatus

Eximius ſculptis cælare anaglyta metallis,
Atque bonus coccum fuit,& depingere byſſos
Plumatas acubus,ſolidóque ex ære columnas
Conflauit geminas quater & firmauit in altum
Bis denis cubitis ,duodenorúmque peractis
Circuitus fuerat,capitella ac vtraque fecit
AEris materie : cubitos ea quinque fuerunt
Alta columnarum ſtatuenda in culmine ſummo,
Hiſque catenatum filis opus addidit,hiſque
Mala ſuper poſuit fabricator apyrina vtroque
Ordine,florebántque roſis capita alta columnis
Intra veſtibulum poſitis,cubitiſque iacebant
In tellure baſes diſtentæ quattuor,iſque
Ordinibus centum bis Punica mala ſecundum
Impoſuit ventrem capitelli,fuſilis à quo
Tum lacus eſt factus,duodena & corpora finxit
Huncce boum circum,ſpectabant flamina quorum
Arctoi Boreæ terni, totidémque madenti
Suſtiterant Auſtro obuerſi tres lucis Eoæ
Aduerſi radijs Matuta oriente rubebant,
Porrigerent cùm tot vultus in Iapyga Iberum,
Cúmque globi labrum ſubter colocyntidis eſſent
Multiplices,decima à fabro baſis area facta eſt,
Et ſuper areolas arctauit clauſula,& infra,
In quibus extiterant genij,paritérque leones,
Atque boues,ſuberátque baſi rota ahenea cuique
Bis gemina,ac inerant lapſus radijque rotarum,
Axis aënus erat quarum , cubitóque lauachri
Os patuit ſupra capitellum,ornauerat óſque
Culptura,atque decem confecerat ænea in vſum
Myſtarum tunc labra Tyri de ſede profectus

Ex ære

Ex ære & phialas fudit curuóſque lebetes,
Atque harpagones, & ſacra accommoda ſacris:
Hoc opus artificis ſudor tractauerat omne
Planitie in campi refluum Iordanis ad amnem,
Argillæque typis captum liquefecerat igne,
Campi gleba ſequax in qua tellure tenaci
Porrigitur Sartanem inter, Sochonis et vrbem:
Atque à rege fuit omnis collata ſupellex
Aurea leuigenis: ſplendore ac arſerat auri,
Ferta dicata deo quæ ſemper menſa gerebat,
Ac altare ſacrum, laturáque lampade myxos
Fulcra renidentes, capidéſque, allitia, & auro
Ex puro fuerant ſiculi, vigiléſque lucernæ,
Et phialæ, & lances, & acerræ, muſica necnon
Inſtrumenta: duces tum primo à limine regni,
Atque ſenatores Solymas venere vocati,
Patricÿque viri Salomonis iuſſa ſecundum,
Qui fremitu inſtaurent, feſtiuo & munere lucem,
Suſtollet Salomo cum ligna tenentia leges:
Contentus habuere ſuos in ſedibus vrbis
Cum Solymæ primi Iſacidum ſub tecta recepti
Regia, curriculo menſis iam ſeptimus anni
Ibat adornandis referens vmbracula ſcenis
Et poſt Erigonem iam libra examine luces
Noctibus æquarat inſtauratura tepores
Temperie, à calido cum Titan cederet Auſtro,
Frondibus vmbellas quo texunt tempore Hebræi:
Atque ſacerdotes venerunt ſacra tuentes,
Et ſublata ſacræ geſſerunt pondera ciſtæ
Conſcia per regem & tentoria fœderis icti
Æthereum Hebræis cum raptis litore Nili

Commoda portarunt & ſecum fercula ſacris,
Leuigénaque horum ſubmiſsi faſcibus vnà
Attriuere manus & pandum ob pondera tergum:
Quæ Salomon longo præceſſerat ordine cœtus
Plaudentis vario circundatus agmine pompa:
Iſque vbi ſtipatus multis cum millibus iret,
Cuncta reſultabant populari compita plauſu,
Intentique manus reſonabant pollice nerui:
Dúmque reclamaret chordis vocalibus aer,
Corpora multa boum flammis adolenda ruebant,
Ingentéſque ſolum tingebant ſanguine tauri:
Túmque ſacerdotes concepti fœderis arcam
Illatam genij ſtatuere vtriúſque ſub alis,
Quà fuerat ſacri penetralis ſanctior ædes:
Greſsi vixque pedem ſacrata à ſede trahebant
Cymbala cum conchis,& tinnula ſiſtra gerentes,
Solis inardeſcens radiis cùm ſplendida nubes
Perſpectum eripuit,concretúmque aera texit,
Haúdque miniſtrabant nimio prælumine myſtæ:
Quod ſic proſequitur Salomon interritus omen
Publicitus dictis,& coram talia fatur:
Ne trepidate viri,gelidóque horrore pauentes
Ætheris ob nubem tremulas dimittite mentes,
Nimirum volucres ſuſpendens aere fumos
Iſacidûm à caſtris arcebat nube ſequaci
Sub lucem rapido vibratos Sole calores,
Cùm per Erythræas pelagi cedentis arenas,
Deſertóſque locos regione à Taneos irent,
Certa quibus reſponſa dabat nutantibus idem
Aethere ab excelſo nubis celatus amictu,
Qui licèt aereis, & cœli tractibus inſit,

Explicet & toti ſua fuſe numina mundo,
Haud tamen aſpernatus erit ſibi molibus ædem
Compoſitam, fanum cui non delebile ſeclis
Conſtitui, & nullo caſuras tempore ſedes
Atriáque æternùm ſpatiis manſura locaui:
Et ſic verba iterat populare obuerſus in agmen,
Cùm fuit ob lætum ſucceſſum fauſta precatus,
Omnia dextra ſimul: tibi ſunt præconia rerum
Debita iure ſator, cui non optata per vrbes
Iſacidûm eſt ſtatio, quá cultum eucteria propter
Sacra tuum legeres, poſituram ac inſuper aræ,
Ex quo Niliaci dimotos iure tyranni
Per Nabathæa tuos rexiſti regna petentes
Fœlicis Syriæ poſitus vligine glebæ,
Iſaidéſque tuis ſoceri poſt buſta ſepulti
Auſpiciis diadema gerens componere ſedes
Cùm meditatus erat ſacræ contentiùs ædis,
Conſilia haud per te fuerant damnata parentis,
Is quia ſed factæ pollutus ſanguine cædis
Tutandis patriæ pro legibus arma capeſſens
Non potuit ſacris impendere cultibus horas,
Tollendis penitus quoque templi incumbere tignis
Bella tuo ſemper ſumens exercita nutu,
Iuſſiſti, generis curam traduceret æuo:
Quæ modò ſublatis adytis mandata peregi
Suffectus ſolio, ſicut promiſſa parenti
Conſtanter dederas ſacriſque ingentia fixi
Templa tuis, ligna & firmati fœderis inter
Iſacidas, numénque tuum monumenta fidémque
Seruitio Ægypti rapta facientia gentis
Pennigeros inter genios manſura locaui:

Atque etiam rex ad fumoſam cernuus aram
Cum paulùm fuerat, tum cùm ſermone tetendit
Brachia ad æthereos tractus, & lumina voluens
Ad cœlum hos pariter oratus pectore fudit:
Pax tibi ſit tribui multo pro munere laudes
O terra, atque opifex æthræ, cui cedere debet,
Permeat aſtriferos omnis qui ſpiritus orbes
Suppoſito offundens vibrantia lumina mundo
Excoquit & gremium terræ flammáſque miniſtrat:
Inferiora loco cedunt cui fixa per aras
Numina, Caſcorum coluit quæcunque vetuſtas,
Dum reſponſa darent horum ſub imagine bardis
Miſſi Tænarea genij Phlegethontis ab vnda,
Ac intra furiæ canerent oracula Auerna
Cultores fruſtrata ſuos: non lubrica planè
Sic tua vaneſcunt: conſers ea ſcilicet ad rem
Omnia veridicus venturi præſcia ſemper
Propter eos, qui te generoſa mente verentur,
Largitóque tuos cultus venerantur honore,
Admiſſæque ſoles mitis miſere ſcere noxæ:
Quæ ventura etiam pepigiſti fata parenti,
Euentu ſtabilis, ſolio ſuffectus vt vſque
Sceptra gerat, ſummúmque decus diadematis hæres,
Seclorúmque genus ſpatijs delebile nullis,
AEternúmque manens regnis potiatur auitis
Oppidáque infrænet ſerie regnata parentum,
Si tua iuſſa obiens virtutem haud exuat vſque,
Inſtar et Iſaidæ ſacratis cultibus inſtet,
Ac ſtatuas oſum ſimulet ſimulachra deorum,
Hæc tibi templa animi ſtudio deuota frequentet:
Haud quibus arctari quamuis tua numina poſſint,

Et

Et minimè anguſtere polis,at mœnia cœli
Præter eas omnes diffuſus in ætheris orbes,
Et ſudi explicitus,vaſtúmque per aera currens
Terrarúmque obiens extremo limite fines,
Cum pelagi Phœbo ſublátas erigis vndas,
Lenis & aereo fæcundas arua tepore,
Putribus & glebis humorem ſufficis almum,
Naturáſque tuo ſurgentia ſemina Sole,
Inque hominum excurrens imis cum mentibus inſis,
Aſpernare tamen non quas ereximus aras,
Haud poſitas vt te ſpatijs penetralibus arctent,
Oratu eliciant at verò ex ætheris aula:
Te quibus in ſpatijs non auerſare precantem,
Aſt vltro faciles aduerte petitibus aures,
Hæc quibus eſt feſtiua dies,templique dicati
Hoc penetrale volens ſupremo conſpice cœlo,
Præſidióque tuo noctes tutare,diéſque,
Es tibi ſolenni quod pactus honore futurum,
Cultibus & gratum,quo non impenſius vllum
Æthere deſpectes,& quo tua numina ſiſtas,
Congenulatus vbi te quando in vota vocaui,
Aſpira precibus,populique amplectere voces,
Quiſquis & huc tendens curarum fluctibus æger
Implorabit opem,quíque ad iuranda vocatus,
Adque ea adactus erit delata,hunc ætheris audi
Ex ſpatio,liti ſic redde & iura tuorum,
Damnato vt nocuo per te,cauſámque tenente
Innocuo geminis tum præmia digna rependas:
Atque refutati fuerint ſi Marte ſiniſtro,
A patria & pulſi propter ſua crimina Hebræi,
Hique diu vinclis conſtricti colla ſuperbo

Suppoſuiſſe iugo ſcelerum ſe nomine norint,
Inque adyto hoc demum ſolennia vota reducti
Soluere polliciti fuerint, iiſdémque ſolutis
Exoratus eris, odium vindicta reponat
Flagitij, obteſtor, hos dum metanœa ſubibit,
Propter & excluſos noxam à genitalibus oris
In patriam reuoca proauorum vomere cultam,
Et quoties madidans pluuiis non imbribus aer
Infima terrarum nimbos haud nubis hiatu
Fuderit, & nullos ſudores faſcia mittet,
Ac ſteriles ſulci fallaces mergite culmos
Ediderint nulla perfuſi aſpergine cœli,
Et radiis tellus arens ſolaribus hiſcet
Excipiens nullos, Auſtro ceſſante, madores,
Hanc ſacrata deus in vota vocatus ad aram
Aereos vſtis humores ingere glæbis,
Temperiémque refer ſiccis regionibus æſtu
Oblitus ſceleris, ac humida nubila confer:
Quòd ſi dira fames victus aſſumpſerit omnis
Auxilium, atque ſeges miſeros ingrata colonos
Luſerit, aut meſſes morſus rubiginis acer
Læſerit, aut prorſus ſint paſtæ has acrides olim,
Corporibúſque lues veniat miſeranda, ſatíſque,
Contagémque ferat, ventis recubantibus, aer,
Supplicibus verbis genti placabilis eſto,
Deriuare tuas in ſe quæ deſinat iras:
Accedétque tibi cùm ſacram exotica ad ædem
Externis veniens, longéque iacentibus oris,
(Quam ſtudium extremo ſacrorum allexerit orbe)
Cùm rumore tuas exceperit indice vires,
Hanc etiam voti remigrantem redde potentem,

Auxiliúm-

Auxiliúmque probet conferri munere templi,
Atque ſua id verſus flectentes lumina Hebræi
Commiſſa referant hoſtili cæde triumphum,
A patria quos pugna rapax diſcreuerit ora,
Flagitium quòd ſi propter te vindice fuſos
Conſerto ſuperent aduerſa examina bello,
Atque iugo ſubdant truculenter vincla ferentes,
Et patria amotos, illi crudele gementes
Seruitium impuræ contracta ob crimina vitæ
Id ſimulat templum tollentes lumina verſus
Suppliciter mœſta fuerint te voce precati,
Dum pietatis erit cultrix mens conſcia noxæ,
Ad frugem & fuerint reuocati in ſedibus hoſtis,
Admittente preces non auerſabere cœlo,
Quin mala dequeſtæ gentis ſedata leuabis,
Quæ tibi deuota eſt, legúmque addicta tuarum
Imperio, atque tuis ſe dedens cultibus vſque,
Ruſtica ius veluti patiuntur prædia herile,
Quondam quam Pharij raptam à diſcrimine regis,
Immitíque iugo ſectantis littus aduſque
Puniceum ſuperare vices, pelagúſque dediſti,
Impiáque Aegypti ductore ergaſtula Moſe,
Complexa eſt quia nulla adeò tibi pignore amoris:
Ergo dexter ades, feſſis & conſule rebus
Iſacidûm, haúdque mihi ſucceſſus abnue lætos:
Talibus orauit poſtquam, neruóſque ſubinde
Poplitis erexit detorquens lumina ab aris
Obuerſa ad populum, ſic dextra eſt verba precatus:
Qui nos pace beat cœli certiſſimus auctor,
Et rata proſequitur per Moſem oracula quondam
Edita, ſic nobis aſpirans fata ſecundet,
Nónque ope deſtituat, ſitque haud odioſus Hebræis,

Vt ſecura dedit ætati ſecula anorum,
Inſinuétque animos dociles, motúque volentes
Liberiore pati ſoluenda ænigmata legum,
Sacráque ab auſpicijs ad nos traducta parentum
Efficiat peragi, noſtris ac obſeret aures
Non precibus, captas at cœlo exaudiat, & res
Iſacidum curet ſtudio, ſatagátque ſalutis,
Inſtruet obductos ſeu dum nigrantibus vmbris
Intempeſtæ dolos nox ſtructa accommoda fraudi,
Seu dum lux operis referens exorta labores
Ingruet, aut mota diſcordes plæbe tumultus
Afferet, in pugnam vel ſtrictos cominus enſes,
Numen vt officia propugnans chara ſuorum
Commoda, & auertens euentum ſortis iniquæ,
Naturæque vices verſans ſciat auius orbis,
Pendet in Oceani quà tellus vltima fluctu,
Id prætérque aliud nullum conſidere in aula
AEtheris, atque hominum ſortiri fata decenter,
Cui nos morigeros par ſit parere libenter,
Haúdque fide ambigúa iuſſis inſiſtere legum,
Atque frequentatis operari cultibus aræ,
Et torrere ſimul ſalientia viſcera flammis,
Pérque tubas pariter clangorem attollere in æthram,
Hæc ceu feſta dies læto eſt celeberrima plauſu,
Quam noſtri memores per ſecula ſera minores
Solenni renouent ſonitu: fœlicibus auget
His rex lætitiam votis, qui munere lucem
Non minus inſtaurat, pecudes adolentibus igne
Iſacidis, ouium quater & tricena litauit,
Atque vndena boum rectori millia Olympi,
Atque ſuo templi ſpatium cum rege dicarunt

Hebrai

Hebraei vnanimes, qui luce ſacrauit eadem
Atria quæ templo fuerant prætenta dicato,
Fecit vbi pingui, et ferto, ratione ſalutis,
Ara quod his impar capiendis ænea viſa eſt:
Feſtáque ſeptenis bis ſunt celebrata diebus
Ex Amathes illo populis venientibus vrbe,
Quà meat oppreſſi Typhonis conſcius amnis:
Contractum & Syriæ eſt ſupremo à limine vulgus,
Ad fluuium AEgypti quod rura, & poſsidet vrbes,
Perfectiſque ſuas ſacris conceſsit in ædes,
Eſt vbi gratatum regi, lætiſque receſsit
Ob benefacta animis, quæ tot cumulata fuerunt
Auſpice Adonæo, quibus & deuinxit Hebræos,
Is quoque Ieſſæi gnatum fœlicibus olim.

Regum Liber decimus.

P*oſtquam factus honos eſt igne calentibus aris,*
Copia oues vt cuiq; fuit tauróſq; litãdi,
Atque vbi bis ſeptem gens eſt epulata diebus,
Súntque exacta operis ſacri faſtigia prorſus,
Extulit in cœlum & ſublimes regia pyrgos,
Ac domus in Libani eſt nemorenſis condita ſaltu,
Meſraæ meruit quam duci gratia nupta,
Viſus adeſſe deus Salomoni talibus infit:
Exaudita mihi ſunt per te orata precantem
Fuſa, domus quæque eſt ſumptu ſublata decente

Conſecrata, meæ ſedit gratiſsima menti,
Ipſe vbi conſtituam ſancti mea numina in aras
Allapſura adyti, donec duodena recurrens
Per ſigna auricomus ſuccedet Cynthius *vmbris,*
Háncque obeunte oculis ſemper me præſide tutam,
Securámque mea ſpectabo è mœnibus æthra,
Complexámque mihi curis tutabor amanter,
Tu quoque ſyncera cultor pietatis humati
Si patris in morem virtutis ſemina ſeruas,
Deiectiſque animi propugnas faſtibus æquum,
Obſequeriſque meis illæſo fœdere legum
I*mperiis digno celebrans altaria cultu,*
I*uſtitiæque vacas, & iura haud inclyta calcas,*
Vt ſum pollicitus lumen ſpirabile cœli
Ducenti Iſ*aidæ, nullis diademata ſeclis*
Collabefactabo, prolíque immobile regnum
C*onſtituam, montes vrens dum bruma viciſsim*
P*oſt calidos æſtus inducet frigora mundo:*
Quòd ſi me generis ſeries deterrima forſan
Oderit in vitij labem procliua, meíque
Numinis horruerit cultus, legéſque refigat
P*er. Moſem poſitas aliarum vincula malens,*
Barbariciſque deûm thymiama adoleuerit aris,
I*ſacidas glebæ poſſeſſo ex vbere prodam*
Quam rapido quondam per tot diſcrimina bello
Niliaca raptis ductor tellure paraui,
Iſacidum & nulla peperi mercede cadentum:
Ac delubra, mihi quæ nunc ſuffita dicaſti,
I*n cineres vertam, prorſúſque à culmine vellam,*
Ac modò quæ ſacris eſt gens mihi grata peractis,
Ridiculum fiet, vulgatáque fabula mundi,

Et teſtata meam domus hac delebilis iram
Bilis teſtis erit tum non impune mouendæ,
Proruta calcabit quam circùm ſaxa viator
Attonitus caſu, ſtupidúſque pauore iacenti
Prorſus in hac putres mirabitur æde ruinas,
Spectatórque ſibi ſtrephados tinnitibus aures
Inſonuiſſe querens, ſimulet coiiſſe cruorem
Tecta relicta metu, deſertáque mœnia obibit,
Squalentéſque ſoli glebas cultore carentes,
Aq̃ue ſuo cernet abductos rure colonos,
Et cùm flaminibus motis à limine templi
Hoſtili miſeros ciues ditione ſubactos,
Sacrati fuerint per quos non ædis honores
Haud vnum veritos numen, quod regis iniquo
Seruitio Pharij maiores multa ſolutos
Per portenta ſolum prouexerit vbere aduſque
Frugiferum, cuius neglecta lege minores
Sint ſimulachra deum venerati luce carentum
Et meriti immemores exotica ſacra pararint:
Funeſtis quos æqua malis vindicta ſequatur.
Bis decies currus canthos reuolubilis vrgens
In Noton à Borea Phœbus traduxerat orbem,
Ex quo ſumma ſacri Salomo faſtigia templi,
Regalémque domum fabrili duxerat arte,
Cùm memor à Tyrio collati principe quondam
Officij, pinus à quo, cedróſque recepit,
Illi dona ratus præberi alterna decere eſt,
Cui bis dena dedit Galilæis oppida in oris,
Non quæ Iordanis reflui confinia ripæ,
Aut vicina iacent Solymis, quà monte feraci,
Atque oleæ largo turres in Iapyga vergunt,

Verum Sidonio quæ ſunt contermina regno:
Hiramúſque Tyro conceſsit claſsis adactæ
Remigio in terra dimiſſo littore tractus,
Vt collata ſibi colluſtrans mœnia obiret,
Quæ non exanimi voto ceſſere, quod eſſent
Eſa vetuſtate, ac annoſo temporis æuo:
Dicta igitur Chabalon regio eſt Phœnicibus olim:
Hæc ergo Salomo non reſpondentia cedris
Oppida, & exeſore abitu carioſa dierum,
Artificum & ducens Tyriorum haud æqua labori
Regia bis denis auri, centúmque talentis
Munera penſauit: cui ſacra altaria præter,
Maximáque ingenti fabricata palatia mole
Extulerant plures Tyrij in confinibus arces
Vrbibus: & generi princeps Niloticus auxit
Imperium bello, profligauitque ſubortos
Sanguine Gazeridas Chananæo, mœnia quorum
Igni celſa dedit, medióque in vortice flammæ
Perfuſos iugulos populares ſanguine ſparſit,
Relliquiáſque rogi cinefactas oſſa per auram
Aeris excuſſit, vicinos iſque iacentes
Olim Gazeridum vicos ſub iure fruendos
Contulit hinc victor dotalia munera natæ,
Cuius erat Salomo genialem paſtada nactis:
Tranſcriptáſque ſibi ſocero donante nouauit
Vndique ſuffectas Chananæis cædibus vrbes,
A quo eſt inferior Bethoron turribus aucta
Aedificata etiam rege eſt Baalatha iubente,
Sunt animi cauſa quo tempore plura ſubinde
Condita regales ſeceſſus oppida propter,
Irrigua & fuerat poſitura perennibus vndis,

Temperie

Temperie aerea necnon iucunda, ſolúmque
Fructibus vbererat: pagos munierat idem
Oppida quadrigas etiam ſeruantia bello,
Atque equites: & qui nemorenſes ſtruxerat ædes,
Multáque per Solymas, vaſtum & penetralia regnum:
Eſt extructa etiam regali Palmyra *ſumptu,*
Greſſus ab Euphratis ripa quàm mane viator
Sole ſub occiduo radios frangente ſubibit:
Frenauitque ſuo gentis genus omne tributo
Edomitæ primum quàm non abolere vetuſtam
Iſacidæ potuere eadem in tellure domantem
Iugera vomeribus Amathes quoque mœnia adusque
Porrectam à Libano, quàm gleba adſcribere viſum eſt
Diſpoſitis vicibus, ſed non ſeruilia adegit
Ad iura Iſacidas, *equitum quos eſſe magiſtros,*
P*ræfectóſque hominum, ſtipatoréſque iubebat;*
Et bellatores, quadrigarúmque ſuarum
Ductorum dominos: quinquagintáque ſimúlque
I*ſacidum ex numero quingenti iura mouendo*
I*mperioſa dabant operi, peragentibus idque:*
Structuræ impoſita eſt poſtquam manus vltima prorſus;
Et nituere ſuo penitus laquearia cultu,
Filia Niliaci regis digreſſa relicto
Vertice montano Solymarum *à limine ceſſit,*
Maturata viri ſumptu quàm regia cepit:
Tum quoque rex celſas Mellonis condidit arces,
Ima ſoli per quem ſunt exæquata ſupremis,
Area vt ante fores templi foret æqua propinqui,
Semina quæ fuerant popularis prima tumultus:
Ruderibúſque nouis ſunt poſtquam exacta regeſtis
Templa, ſacrum fecit Salomon *ſolenne quotannis,*

Huicque in more fuit cœleſtem inquirere pacem
Armenti iugulis,& ter ſuffire vapore
Thuris odoratas per myſtam ſueuerat aras,
Neſcia dum coleret fermenti feſta ſaporis
Culmine iam flauo prorſum cerealis ariſtæ,
Altera cúmque ſuos agerent ſolennia curſus
Æternata datæ legis monumenta ſupernè
Aereo in tumulo,per nubem & Moſe relatæ,
Dúmque Noton repetens libra ſub iudice noctem
Delius æquaret luci,Solymáſque ſubiret
Turba frequens,ſtudio ſacrorum & viſeret aram,
Arboreo expediens præciſo palmite ſcenas,
Inflexíſque ſibi captaret frondibus vmbras:
Sic res nulla fuit Salomoni antiqua perinde,
Relligio templi quàm ſacra: haud ſegniùs idem
Interpres fuerat iuris,legéſque iubebat,
Ac pariter geſſit confecta negotia regni
Maxima ſollicitus: belli & quia nouerat acris
Haud dubiè neruos per reges eſſe mouendi
Ingenti ſpatio congeſtum temporis aurum,
Et facere ad fœdus,necnon conducere paci,
Claſſem in puniceo contexi littore fecit,
Quà pupes recipit Nabathæis Eſſia in oris,
Atque habiles illò nautas tractare rudentes,
Obliquare ſinus & moti in flamina venti
Nauigia aſſuetos Hiramus tendere iuſſit,
Iſacidûm qui cum ſortiti examine remos
Suppara paſſa darent vento ſinuanda ſonanti:
Hiquè pererrato velis fœlicibus alto,
Finitimum Auroræ quod leni impellitur aura,
Indorum penitus fodere in tractibus aurum:

Tum

Tum quater & centum conuectis claſſe talentis
Auri, biſque decem curſu rediere ſecundo,
Aureáque egeſtæ ſtatuerunt pondera maſſæ
Prouecti in Solymas cupidi ſub lumina regis,
Quorum is parte quidem ſumptus admiſerat hauſtas,
Cùm belli tamias ſeruaret cætera in vſus.
Et res ſolicitum Salomonem habuere gerendi
Imperij, is verò partitus ſorte labores
Claruit extremo titulis celebratus in orbe,
Famáque diſcurrit, quà ſydere Carcinus vrbem
Deſpicit æthereo flammantibus vltima Phœbi
Meta rotis, & tum Syriam regina Syenes
Tentatura adijt perplexo ænigmate regis
Ingenium, Ægypti cuius ſolertia genti
Illuſtrata foret peragendis dedita ſacris:
Atque ea conferto comitatu freta ſuorum
Aduenit Solymas auri conuecta camelis
Pondera, & Æthiopum ſyluis naſcentia vectans
Cinnama, & in patriæ decoctas climate gemmas,
Excoqueret pluſquam Solaribus India flammis
Humens Gange ſuo, Medi quoque flumine Hydaſpis,
Quæ radiis primùm naſcentis proxima Phœbi
Non calet in morem Nilo ſtagnantis arenæ,
Æthiopum aut pullis nigrentum pellibus inſtar,
Temperie at verò cœli fœcunda tepentis
Naturæ lapidum confert ſplendoris honorem,
Quos tepido haud latos donauit Gange Nicaule,
At quos igne calor mediæ durauerat æthræ:
Qua Pharias latè fama volitante per vrbes
Solertis ſtudio regis correpta videndi
Perſpicuum fecit, Solymarum vbi ſede recepta eſt,

Allectam in Syrias quæ cauſa attraxerit vrbes:
Difficiles nodos,perplexa & verba recluſit
Cui Salomo expediens natura arcana latentis,
Omnis erat rerum cui plana,& cognita origo:
Quos animi expiſcans habitus regina ſagaces,
Argutáque tuens eductos mente penates,
Quos adyti votos ſacris induſtria finxit,
Digeſtámque penum regalibus ordine menſis,
Atque miniſterium ſpectans famulare,virûmque
Inſignes habitus,ac aurea pocula cernens,
Atque adolenda rogis luſtralia viſcera ad ædem,
Et ſeriem cultus,ſacri ac penetralis honores
Diriguit confuſa animo,defixáque toto
Palluit obtutu,ſicque eſt ſermone tyrannum
Affata : haud equidem fallor rumore ſiniſtro,
Me neque deluſam popularis prodidit error,
At nunc arguitur,méque eſt ſpectata fideli
Iudice,quæ totum latè vulgata per orbem
Eſt tua terrarum celebris præſtantia in oris,
Atque habita eſt minimè de te mihi multa ferenti
Ante fides,licuit dextræ quàm iungere dextram
Accedénſque oculis conſpexi nominis eſſe
Inferiora tui titulo præconia famæ,
Nec ſat honeſtatum pretio,partémque minorem
Expoſitam luci,celata potiſſima cùm ſit
In tenebris,iaceátque latens,faſtúſque tumentis
Neſcia non miſerè populari gaudeat aura,
Concedátque tuo rumor pietatis honori:
Hoc deſiderium mihi non debere volenti
Vltra equidem potui,ne clam te longiùs eſſet,
Aſpectúſque tuos adij,prudentia cuius

Eximia

Eximia famam poſt ſe virtute relinquit,
Materiæque ſuæ celeberrima gloria cedit:
Naturæ ne priùs mirer, fortiſne bonorum?
O fortunatos proceres, fauſtóque beatos
Euentu Iſacidas, quibus eſt te cernere coram,
Téque frui domino, ſempérque ſuperſtite viſum
Paſcere, quique tuis miſcent alterna viciſſim
Alloquia, & iugis tua quos ſapientia flectit:
Hæc tibi rege quidem collata eſt auſpice cœli,
Iſacidûm ſceptris qui te regalibus ornat,
Grator & ipſa tibi, quòd ſic tibi fauerit, vt te
Ille ſuo imponat ſolio, Hebræiſque tyrannum
Conſtituat fidi miro præ pignore amoris
Semper adaugendis, confirmandiſq; per æuum,
Vt qui ius facias, æquato examine & æquum:
Quæ tua cùm virtus me greſſam allexerit vndis
A Nili in Syriam, de te quæ fama ferebat
Vt certò exciperem, præſens & dulce viciſſim
Conferrem alloquium, nihil eſt, quod diſcere malim,
Quàm quæ relligio eſt veſtras ſuſcepta per aras,
Qui fuerint cultus, qui mores gentis, & vnde,
Ac quibus auſpiciis orſi coaleſcere primùm,
Síntne hi per proauos Phœniſſa à gente profecti,
Sydereos primò quæ ſe nouiſſe meatus,
Sermonémque rudi perhibet ſignaſſe figura,
Niliacis eſſet cùm Bibli haud cognitus vſus,
Taneos an potiùs ducantur origine oborti,
Credere quos dignum eſt Moſem hinc tenuiſſe, quibúſq;
Iſacidæ aſſueuere diu per gramina agentes
Thebaidos pecudes, repetiti exorſibus altè
Qui genus vnde trahant; primis ediſſere cunis,

Confectæque viæ pretium id perſolue labori:
Cui rex : haud equidem,peragis præconia laudum
Quæ delata,mihi tribuo : ſolertiáque olim
Exaudita tuas ſi qua eſt ſermone per aures,
Gloria decurrens & ſi qua eſt noſtra per orbem,
Non opera quæſita mea eſt,ea numine vera
Conciliata fuit,pietas & noſtra mereri
Si potuit laudem,danti virtutis honores
Acceptos refero prorſus,templique ſacrorum
Notitiam,& populi mores,tribuóque perinde,
Quas teneo leges,me cuius munere doctum
Ingenuè fateor,quæ ſunt cunabula gentis
Anteriora meæ,quorum cùm ſumma cupido
Te capiat,dictis,quæ ſit gentilis origo,
Expediam : poſtquam ſtellati machina Olympi
Compoſita eſt,ſupra & formam referentis aquoſam
Cryſtalli ad ſpeciem poſitum eſt à numine cœlum
Campactum glacie ſupra deuexa perenni,
Idque ſuper gyros formauit mobile primum,
Cœlorúmque deo lecta eſt domus ignea ſedes,
Motibus aduerſis & ſubſidere planetæ,
Eſt quoque ſuppoſitus conuexis ignibus aer,
Conditáque inferior deducto pondere tellus
Aëris in medio nudi eſt librata,vagóque
Oceani fluctu circùm eſt madefacta ſonantis,
Sudauitque ſuos fontes,curſúmque ſonoris
Cruda dedit fluuiis,& poſtquam in ceſpite flores
Explicuit prodens animantum in pabula gramen,
Multa quoque exertum vimen radicibus arbos
Extulit,ac nemorum nituere cacumina fronde,
Inde parens hominum ſatus eſt à principe cœli

Ex

Ex fermentato rufata puluere terra,
Compleuitque ſuo flatu ſpiracula vitæ
Author,& irrorat ſimul vt per membra quietem
Somniferam,è coſta conficta eſt Iſſa *virili:*
Fœlices fuerant nimium violaria fructi
Securi imperiis animantia quæque tenentes,
Ni cupido vetitum libaſſent rumine pomum
Per colubri fabricam ſcelerantes guttura adeſo:
Scilicet hunc ſimulac deus execratus in horto eſt,
Corporis addixit curis,Cererique ſerendæ
Vſque virum intentans parituram nixibus Iſſæ
Difficilem:quos is extra pomaria abegit,
Indu*it & tremulos conſutis pellibus artus,*
Excluſóſque loco genius pro limine pernix
Denique in hunc vetuit geminos contendere greſſum,
Adque aditum poſitus vibrans eſt flammeus enſis:
Fœlicémque ſequens ſucceſſit decolor ætas,
Et rudis incuruo tellus pulſata ligone eſt:
Virque duos poſtquàm ſuſcepit coniuge partus,
Triticea faciens libata fruge Cainus,
Æmulus & fratris (magis vt qui grata litaret
Viſcera ſponte quidem natura,ac edita nullis
Artibus admiſtis,motúve laboris auari,
Quæ meritò flammis adolerent ætheris ignes,
Et quorum exciperet numen nidoris odorem)
Germani iugulum ſtricto mucrone petiuit,
Et refuga effugio ceſſit,palánſque receſſim:
A qua cæde parens Sethum generauit Adamus:
Inſcripſere Syro *tum cuius in orbe nepotes,*
Vt manſura forent,geminis inuenta columnis,
Cognitio aſtrorum fuerat dum capta meatus,

Quò ſi fortè operè ex figlino euerteret vndans
Diluuies factum columen, prorſúſque liquaret,
Vinceret incolumis cataclyſmum ſaxea moles:
Illinc exoriens domino gratiſſimus æthræ
Vitiſator placuit, pluuio eſt ſtagnante latentes
Diluuio terras lanata ex Gophere fecit
Cærula per pelagi currentem offuſa carinam,
Bina quoque aſſeruans animantum corpora ſecum
Victibus inconceſſa hominum, ſeptenáque naue
Bis numero occludens per legis edilia ſcitum
Cùm genere his hominum potuit ſupereſſe ruinis
Ante reduntata iactatus ab æquoris vnda:
Tranſtráque in Armeniæ deuexo monte quierunt,
Supra vbi nunc Minyas populos luſtrale bitumen
Mons Baris oſtendit profugis gratiſſimus olim,
Quod ſibi, amuletum veluti, vicinia quærit:
Delatúſque oleæ cùm ramus ab ore columbæ eſt,
Haúdque ea poſt rediit iam decreſcentibus vndis,
Eluuione ſoli ſuperans animalia abire
Coniugà permiſit, ſeruatus & extulit aras,
Mactauítque deo volucrum, pecudúmque perinde
Corpora mundorum: pepigit qui mitior alto
Poſteriùs terras nuſquam miſcere profundo,
Conſcia cuius erat Iunonia fœderis Iris:
Noáque digeſtas occepit pangere vites
Ebrius & temeto nudus tellure quieuit,
Cui ſuſcepti vtero cùm gnati coniugis eſſent
Tres numero, patris detecta virilia Chamus
Monſtrauit geminis, texere verenda parentis
Qui retro pedibus gradientes, patria cerni
Ne poſſet natura oculis: quo filius index

Hinc

Hinc pro ridiculo monſtrati penis in iras
Incidit accenſas patris, fratrúmque ſuorum eſt
Seruitio addictus, omen genitore profato:
A tribus his hominum creuit genus omne, ſuóſque
Ægyptus populos Chamo debere fatetur,
Vnde & Sidonij, Gazam & venere tenentes:
Chuſus eo genitus Chuſæos nomine dixit,
Aethiopes quos nunc appellat Græcia princeps
Eloquij, per te modò qui regina reguntur:
Deduxere genus Meſraï ab origine eadem
Principio Aegypti patriis in tractibus orti,
Quos etiam franas: gentes & nomine Phutes
Dixerat ante ſuo libycas. Atlantis in orbe
Vel nunc cuius habet nomen Mauruſius amnis:
Principalis & eſt Hebræis ſanguinis auctor
Semus, ab antiqua nati qua ſtirpe gigantes
Conſtituere Aſiæ turrim componere in æquo,
Confuſo artificum verò ſermone laborem
Inde remiſerunt, interceptúmque relicta
Molis opus, quamuis Nimbrodi viribus eſſent
Confiſi; is vetuit quos ferri itione metæcos
In tractum alterius ſpatij, mandante colonos
Numine transferri, gnatorum vt fuſius eſſet
Orbe genus: quæ ſunt prognati ab origine Hebræi:
Hac geneſi Abramus ducens primordia vitæ.
Fratre ſibi Melcham vinclo ſociante iugali,
Connubij in nexus vxorem duxit Ieſcham,
Cui ſimulachrorum fabricator Thera fuiſſet
Cùm pater, abſente hac venalia facta parente
Interdum expoſuit, atque obiurgatus emendos
A ſimulante deos mercari, dena, duóque

Luſtra quòd is natus curaret luce diei
Vnius exactam ſtatuam pro numine haberi,
Emporio exceßit pudefactus, túmque deorum
Chaldæorum ideo fregit ſimulamina fuſte,
Cognita Nimbrodus quem prendi ob fragmina iußit,
Inquit, adoremus ſacris, quoque, honoribus Ignem:
Imo, Abramus ait, Lympham, reſtinguitur ignis
Qua potiore: & aqua damnante haud principe cultus
Theraides fatur: ſunt nubes iure colendæ,
Contineant quòd aquas: ſtupido quod rege fatente,
Eſt venerandus, ait, ventus qui nubila differt
Dißipat & nubes, ſed homo eſt dignandus honore
Anteriore, poteſt qui ventos ferre ſonoros,
Flatibus eſt cûius prælata potentia: réxque
Hic interloquitur: narratur fabula per te:
Ignem nil equidem præter venerabile duco:
Quem colis, ergo tibi deus adſit, & ignis ab æſtu
Fornacis calidæ ſubiturum incendia ſeruet:
Quem deus aſſertum rapidæ à diſcrimine flammæ
Vnius ob cultus odioſum numinis, obq́ue
Teſtatum id nimia incenſis popularibus ira
A patria in fines alios concedere iußit
Pollicitus generi fœcundas hubere glebas:
Ilicet à Charris gnato comitatus Aranis
(Quem ſibi adoptarat germani pignoris inſtar,
Et Sechemos adijt, illuſtrem & nomine vallem,
Vtque deo Syriam ſpondenti altaria finxit,
Niliacum acceſsit greſſus fame littus oborta,
Exploraret vti, myſtæ de numine ſi quid
Sentirent, vel eis meliora oſtenderet index:
Eſſe vbi commentus eſt te ſibi Ieſcha ſororem,

Quæ

Quæ Pharium ad regem eſt ſurrepta, at reddita, poſtquã
Hunc contra in tumidas numen conceſſerat iras,
Peſte laborarent cùm paßim, & regna tumultu:
Inque virum Ægypti fando contendere adortus
Propoſitum iuris conſultum, & ſacra tenentem
Eſt habitus longè princeps per ſenſa tyranni,
Notitia & potuit aſtrorum condere nomen,
Illo ſydereos præeunte & calluit ignes
Ægypti populus, per quem Geometrica plana eſt
Facta ſimul ratio : de qua tellure profectus
Vxorem is remeans ſecum deduxit in oras,
In quibus Eoo Luzà conſtruxerat aras
Splendori oppoſitas, eſt quem ſectatus Aranis
Filius armenti diues, pecudúmque frequentûm:
Tunc quorum quoniam conpaſcua gramina verò
Suffecere minùs faciles in rumina victus
Lanigenarum ouium, tondenda & pabula tauris,
Diſcreuere ſibi partitis finibus ambo
Paſcua, dúmque comes legeret trans lene fluenti
Curriculum ſaturi viridantes ceſpitis herbas
Optans tecta ſibi penetralia in vrbe Sodoma,
Cis reflui Abramus Iordanis conſtitit vndam,
Pellitas & oues Chananæo gramine pauit,
Tellurémque deo circùm ſpondente iacentem,
Et generis ſeriem cumulandi pulueris inſtar
Greſſus in Arbeadûm poſitura ſuſtulit aras,
Cúmque obita pugna in Siddæa valle tyranni
Quatuor indigenas ſuperaſſent quinque, ferentem
Seruitium & Lotum, capti & popularis ab vrbe
Victores agerent prædas ditione feroci
Captiuum eripuit vernas in prælia ducens

Agmináque aggreſsus ad Danem hoſtilia noctu,
Reddidit & patriæ multis cum millibus idem:
Réxque Sodomanus remeanti occurrit ab armis,
Réxque vrbis Solymæ ripam prope fluminis ipſi
Obuius aduenit ſceptro, taníſque decorus,
Donata & decima ſpoliorum parte reuecto
Obtulit is panem, vinum quoque ob omina gratans:
Excipiénſque ſua remigrantia corpora ſorti
Sola Sodomanus rector, ſibi cætera victor
Armorum ſpolia vt retineret iure, petiuit,
Inde reportauit ſed verò Abramus eundo
Nil præter iuuenum victus, partémque virorum
Duxerat is ſecum tres quos in bella profectos,
Vnde redux iuxta Hebronem tentoria fixit,
Ogis vbi explicuit frondes duriſſima quærens:
Sollicitóque illi, tum ne ſuccederet aſſi
Hæres verna ſuo, promiſsum à numine ſemen
Germanæ eſt ſobolis, quod ſtellas ætheris æquet
Ardentes numero, Pharíque id regis iturum
Sub iuga præſciuit, centum quater ordine brumis
At fore ſoluendum: tranſactis póſtque ſoporem
Pulſis alitibus animalia iuſsa litauit,
Et ferrugineum conſpexit fornicis æſtum
Solis ab occaſu rutilantem & lampada flammis,
Protenſura ſimul Aegypti à flumine ſummo
Nouit ad Euphratem regni ſua ſemina fines,
At priùs is gnatum ſeruili ſuſtulit aluo,
Coniuge pro ſynodo non eluctante mariti:
Cui fuerant quòd non congeſti à pellice honores,
Illa ſuis Agarem thalamis, paſtóque fugatam
Arcuit, excluſa verùm puer aſtitit ales

Denia

Denia per nemorum prope curſus fontis aquoſi,
Solatúſque iugo monuit ſuccedere herili,
Pactus & innumeræ eſt ingentia nomina prolis,
Infeſtum & populis, infeſtandúmque perinde
Filiolum cunctis, luctaturúmque recepit,
Moribus atque ferum rigidis, qui Marte petitus
In conſanguineos omnes tentoria figat:
Quæ puteum appellans ſpectante ex numine cœli
Finitimum peperit maturo ætate parenti
Pignus, & id iuſſo mater de nomine dixit,
Mutauítque ſuum pater alti à principe Olympi
Commonitus, quòd erat venturi ſanguinis auctor
Gentibus innumeris præclara ſtirpe futurus,
Vxorémque ſuam mutato nomine dixit,
Egregia enaſcens ſe cuius origine vulgus
Explicet haud linguis numerabile, firma tonantis
Dum cupida excepit humani fœdera amoris,
Scilicet infantum pelles in pube ſecandas,
Poſteriùs lapſis quos ceperit altera ſeptem
Continuata dies, pretium per herile coempti
Si fuerint, vernæ ſeruarum aut partubus orti:
Et riſit ſenior anni ſpondente puellum
Numine, fortunet ſerua quod pellice natum,
Efferat è cuius biſſenos ſanguine reges:
Cui pater exorto ſecuit præputia verpæ,
Exeretiſque domi vernis, pretióque redemptis,
Atque peregrinis, necnon ſibi dextera herilis
Pelliculam excîdit ſeruata lege ſuorum:
Iſque deum geminis comitatum in valle per æſtum
Arbeadûm intuitus fœtum bouis igne propinquo
Torruit, atque ferens niuei carcheſia lactis

Aſtans appoſuit menſis ſub fronde butyrum,
Depſuit his factos & leſcha ſiligine panes,
Cui pepigit partum ridenti à victibus hoſpes:
Mœnia túmque oculis ſpectans impura Sodomæ
(Podicis infantum quòd erat polluta nefanda
Lampade) conceptas iandudum pectoris iras
Auxit, vbi ſtatuit ſceleroſos dedere morti:
Si pædicando pueros muliebria paſſos
Quo numero deni vitaſſent, deſita bilis
Inde foret: quos inter erat generatus Arane:
Exceptos adita genios is faucibus vrbis
Æthereos ducens intra ſua limina Sole
Inclinante rotas fermenti in fornice pictas
Expertes poſuit fruges, penetralia cuius
Indigenæ ciues obiere, vt podice inirent
Polluto iuuenes, iuit quibus obuius hoſpes
Cunctis proſtitui gnatarum corpora malens.
Tum quibus eſt marium poſtquam prælata voluptas,
Occluſere forem iuuenes ex æthere miſſi,
Orbauere ſimul iucundo luminis vſu
Pædiconum oculos, ſubducta & lucis amore,
Hoſpes vbi fuerat manibus ſub tecta receptus,
Atque illum ad roſeæ Phœbæum lampadis ortum
Cum gnatis geminis tutò contingere Balam
Suſtinuere, parum dilata vindice pœna:
Et vix extulerat nitidos Aurora iugales,
Et vixdum is trepidans montanam aduenerat vrbem,
Cùm ſalis in ſtatuam mutata coniuge retro
Obſeruata oculis veſtigia ſparſa tuente
Sulphuribus miſtis Adoneus depluit igne
Vertens in cineres flagrantia tecta Sadomæ,

Non

Non ſecus & volitent quam ſi fornace fauillæ,
Arbeadûm vidit fumos Abrahamus ab vrbe,
Immiſſis adeo candens Vulcanus habenis
Excidio dederat lapſas cum ciuibus arces,
Quas Iordanis iners, et nunc tenebroſa vorago
Occupat, & ſidunt lapidum ſub gurgite moles,
Nunc vbi ſublatum pigras ſuperemicat vndas
Atque ſtato aſphalthum ſupra ſe tempore tollit,
Soláque profluuio id muliebris tincta cruoris
Fila ſecant, ſua quem per menſtrua fœmina fundit:
Gramineóſque toros circùm ſe palmite flores
Arboreo produnt, turgéntque in margine ripæ
Futilibus ſtirpes pomis, ſpirantia ſurdum
Quæ cinefacta negant culmis ob frigora condi
Stagni ſulphureo nidore impura ſilentis:
Quod procul haud quoniam ſurgunt faſtigia Balæ,
Ponere in hac ſedem metuit prognatus Arane,
Montanúmque abiens gnatis comitantibus antrum
Subter delituit, quoniam non viſa prioris
Fida loci eſt ſtatio, quæ ſæpius obruta caſu
Chaſmatis exciderat, fumo luctante vaporum,
Terreni inueniunt cùm non ſpiramina flatus,
Tunc geminæ ardentes gnatæ ſenioris amore
Adiunxere animum genitoris nocte fruendos
Ad coitus, gererent vterum quo ſemine fœta
Vnde hæ ſpem generis poſſent educere partus,
Quòd conſanguineæ reſtaret ſanguine gentis
Nemo, foret cuius licitum denubere tædæ,
Eluſere igitur, vinique vapore ſolutum
Sopiuere patrem ſpelæi in fornice fuſum,
Concubuit cum quo reſoluto maxima natu,

Allectam in Syrias quæ cauſa attraxerit vrbes:
Difficiles nodos, perplexa & verba recluſit
Cui Salome expediens naturæ arcana latentis,
Omnis erat rerum cui plana, & cognita origo:
Quos animi expiſcans habitus regina ſagaces,
Argutáque tuens eductos mente penates,
Quos adyti votos ſacris induſtria finxit,
Digeſtámque penum regalibus ordine menſis,
Atque miniſterium ſpectans famulare, virûmque
Inſignes habitus, ac aurea pocula cernens,
Atque adolenda rogis luſtralia viſcera ad ædem,
Et ſeriem cultus, ſacri ac penetralis honores
Diriguit confuſa animo, defixáque toto
Palluit obtutu, ſicque eſt ſermone tyrannum
Affata: haud equidem fallor rumore ſiniſtro,
Me neque deluſam popularis prodidit error,
At nunc arguitur, méque eſt ſpectata fideli
Iudice, quæ totum latè vulgata per orbem
Eſt tua terrarum celebris præſtantia in oris,
Atque habita eſt minimè de te mihi multa ferenti
Ante fides, licuit dextræ quàm iungere dextram
Accedénſque oculis conſpexi nominis eſſe
Inferiora tui titulo præconia famæ,
Nec ſat honeſtatum pretio, partémque minorem
Expoſitam luci, celata potiſſima cùm ſit
In tenebris, iaceátque latens, faſtúſque tumentis
Neſcia non miſerè populari gaudeat aura,
Concedátque tuo rumor pietatis honori:
Hoc deſiderium mihi non debere volenti
Vltra equidem potui, ne clam te longiùs eſſet,
Aſpectúſque tuos adij, prudentia cuius

Eximia famam poſt ſe virtute relinquit,
Materiæque ſua celeberrima gloria cedit:
Naturæ ne priùs mirer, ſortiſne bonorum?
O fortunatos proceres, fauſtóque beatos
Euentu Iſacidas, quibus eſt te cernere coram,
Téque frui domino, ſempérque ſuperſtite viſum
Paſcere, quique tuis miſcent alterna viciſſim
Alloquia, & iugis tua quos ſapientia flectit:
Hæc tibi rege quidem collata eſt auſpice cœli,
Iſacidùm ſceptris qui te regalibus ornat,
Grator & ipſa tibi, quòd ſic tibi fauerit, vt te
Ille ſuo imponat ſolio, Hebræiſque tyrannum
Conſtituat fidi miro præ pignore amoris
Semper adaugendis, confirmandiſq; per æuum,
Vt qui ius facias, æquato examine & æquum:
Quæ tua cùm virtus me greſſam allexerit vndis
A Nili in Syriam, de te quæ fama ferebat
Vt certò exciperem, præſens & dulce viciſſim
Conferrem alloquium, nihil eſt, quod diſcere malim,
Quàm quæ relligio eſt veſtras ſuſcepta per aras,
Qui fuerint cultus, qui mores gentis, & vnde,
Ac quibus auſpiciis orſi coaleſcere primùm,
Sintne hi per proauos Phœniſſa à gente profecti,
Sydereos primò quæ ſe nouiſſe meatus,
Sermonémque rudi perhibet ſignaſſe figura,
Niliacis eſſet cùm Bibli haud cognitus vſus,
Taneos an potiùs ducantur origine oborti,
Credere quos dignum eſt Moſem hinc tenuiſſe, quibúſq;
Iſacidæ aſſueuere diu per gramina agentes
Thebaidos pecudes, repetiti exorſibus altè
Qui genus vnde trahant, primis ediſſere cunis,

Confectaq́ue viæ pretium id perſolue labori:
Cui rex: haud equidem, peragis præconia laudum
Quæ delata, mihi tribuo: ſolertiáque olim
Exaudita tuas ſi qua eſt ſermone per aures,
Gloria decurrens & ſi qua eſt noſtra per orbem,
Non opera quæſita mea eſt, ea numine vera
Conciliata fuit, pietas & noſtra mereri
Si potuit laudem, danti virtutis honores
Acceptos refero prorſus, templíque ſacrorum
Notitiam, & populi mores, tribuóque perinde,
Quas teneo leges, me cuius munere doctum
Ingenuè fateor, quæ ſunt cunabula gentis
Anteriora meæ, quorum cùm ſumma cupido
Te capiat, dictis, quæ ſit gentilis origo,
Expediam: poſtquam ſtellati machina Olympi
Compoſita eſt, ſupra & formam referentis aquoſam
Cryſtalli ad ſpeciem poſitum eſt à numine cœlum
Campactum glacie ſupra deuexa perenni,
Idq́ue ſuper gyros formauit mobile primum,
Cœlorúmque deo lecta eſt domus ignea ſedes,
Motibus aduerſis & ſubſedere planetæ,
Eſt quoque ſuppoſitus conuexis ignibus aer,
Conditáque inferior deducto pondere tellus
Aëris in medio nudi eſt librata, vagóque
Oceani fluctu circùm eſt madefacta ſonantis,
Sudauitque ſuos fontes, curſúmque ſonoris
Cruda dedit fluuiis, & poſtquam in ceſpite flores
Explicuit prodens animantum in pabula gramen,
Multa quoque exertum vimen radicibus arbos
Extulit, ac nemorum nituere cacumina fronde,
Inde parens hominum ſatus eſt à principe cœli

Ex fermentato rufata puluere terra,
Compleuitque ſuo flatu ſpiracula vitæ
Author, & irrorat ſimul vt per membra quietem
Somniferam, è coſta conficta eſt Iſſa virili:
Fœlices fuerant nimiùm violaria fructi
Securi imperiis animantia quæque tenentes,
Ni cupido vetitum libaſſent rumine pomum
Per colubri fabricam ſcelerantes guttura adeſo:
Scilicet hunc ſimulac deus execratus in horto eſt,
Corporis addixit curis, Cererique ſerendæ
Vſque virum intentans parituram nixibus Iſſæ
Difficilem: quos is extra pomaria abegit,
Induit & tremulos conſutis pellibus artus,
Excluſóſque loco genius pro limine pernix
Denique in hunc vetuit geminos contendere greſſum,
Adque aditum poſitus vibrans eſt flammeus enſis:
Fœlicémque ſequens ſucceſſit decolor ætas,
Et rudis incuruo tellus pulſata ligone eſt:
Virque duos poſtquàm ſuſcepit coniuge partus,
Triticea faciens libata fruge Cainus,
Æmulus & fratris (magis vt qui grata litaret
Viſcera ſponte quidem naturæ, ac edita nullis
Artibus admiſtis, motúve laboris auaræ,
Quæ meritò flammis adolerent ætheris ignes,
Et quorum exciperet numen nidoris odorem)
Germani iugulum ſtricto mucrone petiuit,
Et refuga effugio ceſſit, paláſque receßim:
A qua cæde parens Sethum generauit Adamus:
Inſcripſere Syro tum cuius in orbe nepotes,
Vt manſura forent, geminis inuenta columnis,
Cognitio aſtrorum fuerat dum capta meatus,

Quò ſi fortè operè ex figlino euerteret vndans
Diluuies factum columen, prorſúſque liquaret,
Vinceret incolumis cataclyſmum ſaxea moles:
Illinc exoriens domino gratiſſimus æthræ
Vitiſator placuit, pluuio eſt ſtagnante latentes
Diluuio terras lauata ex Gophere fecit
Cærula per pelagi currentem offuſa carinam,
Bina quoque aſſeruans animantum corpora ſecum
Victibus inconceſſa hominum, ſeptenáque naue
Bis numero occludens per legis edilia ſcitum
Cùm genere his hominum potuit ſupereſſe ruinis
Ante reduntata iactatus ab æquoris vnda:
Tranſtráque in Armeniæ deuexo monte quierunt,
Supra vbi nunc Minyas populos luſtrale bitumen
Mons Baris oſtendit profugis gratiſſimus olim,
Quod ſibi, amuletum veluti, vicinia quærit:
Delatúſque oleæ cùm ramus ab ore columbæ eſt,
Haúdque ea poſt rediit iam decreſcentibus vndis,
Eluuione ſoli ſuperans animalia abire
Coniuga permiſit, ſeruatus & extulit aras,
Mactauítque deo volucrum, pecudúmque perinde
Corpora mundorum: pepigit qui mitior alto
Poſterius terras nuſquam miſcere profundo,
Conſcia cuius erat Iunonia fœderis Iris:
Noáque digeſtas occepit pangere vites
Ebrius & temeto nudus tellure quieuit,
Cui ſuſcepti vtero cùm gnati coniugis eſſent
Tres numero, patris detecta virilia Chamus
Monſtrauit geminis, texere verenda parentis
Qui retro pedibus gradientes, patria cerni
Ne poſſet natura oculis: quo filius index

Hinc pro ridiculo monſtrati penis in iras
Incidit accenſas patris, fratrúmque ſuorum eſt
Seruitio addictus, omen genitore profato:
A tribus his hominum creuit genus omne, ſuóſque
Ægyptus populos Chamo debere fatetur,
Vnde & Sidonij, Gazam & venere tenentes:
Chuſus eo genitus Chuſæos nomine dixit,
Aethiopes quos nunc appellat Græcia princeps
Eloquij, per te modò qui regina reguntur:
Deduxere genus Meſræ ab origine eadem
Principio Aegypti patriis in tractibus orti,
Quos etiam franas: gentes & nomine Phutes
Dixerat ante ſuo libycas. Atlantis in orbe
Vel nunc cuius habet nomen Mauruſius amnis:
Principalis & eſt Hebræis ſanguinis auctor
Semus, ab antiqua nati qua ſtirpe gigantes
Conſtituere Aſiæ turrim componere in æquo,
Confuſo artificum verò ſermone laborem
Inde remiſerunt, interceptúmque relictæ
Molis opus, quamuis Nimbrodi viribus eſſent
Confiſi, is vetuit quos ferri itione metœcos
In tractum alterius ſpatij, mandante colonos
Numine transferri, gnatorum vt fuſius eſſet
Orbe genus: qua ſunt prognati ab origine Hebræi:
Hac geneſi Abramus ducens primordia vitæ.
Fratre ſibi Melcham vinclo ſociante iugali,
Connubij in nexus vxorem duxit Ieſcham,
Cui ſimulachrorum fabricator Thera fuiſſet
Cùm pater, abſente hac venalia facta parente
Interdum expoſuit, atque obiurgatus emendos
A ſimulante deos mercari, dena, duóque

Luſtra quòd is natus curaret luce diei
Vnius exactam ſtatuam pro numine haberi,
Emporio exceßit pudefactus, túmque deorum
Chaldæorum ideo fregit ſimulamina fuſte,
Cognita Nimbrodus quem prendi ob fragmina iußit,
Inquit, adoremus ſacris, quoque, honoribus Ignem:
Imo, Abramus ait, Lympham, reſtinguitur ignis
Qua potiore: & aqua damnante haud principe cultus
Theraides fatur: ſunt nubes iure colendæ,
Contineant quòd aquas: ſtupido quod rege fatente,
Eſt venerandus, ait, ventus qui nubila differt
Dißipat & nubes, ſed homo eſt dignandus honore
Anteriore, poteſt qui ventos ferre ſonoros,
Flatibus eſt cuius prælata potentia: réxque
Hic interloquitur: narratur fabula per te:
Ignem nil equidem præter venerabile duco:
Quem colis, ergo tibi deus adſit, & ignis ab æſtu
Fornacis calidæ ſubiturum incendia ſeruet:
Quem deus aſſertum rapidæ à diſcrimine flammæ
Vnius ob cultus odioſum numinis, obq́ue
Teſtatum id nimia incenſis popularibus ira
A patria in fines alios concedere iußit
Pollicitus generi fœcundas ubere glebas:
Ilicet à Charris gnato comitatus Aranis
(Quem ſibi adoptarat germani pignoris inſtar,
Et Sechemos adijt, illuſtrem & nomine vallem,
Vtque deo Syriam ſpondenti altaria finxit,
Niliacum acceſsit greſſus fame littus oborta,
Exploraret vti, myſtæ de numine ſi quid
Sentirent, vel eis meliora oſtenderet index:
Eſſe vbi commentus eſt te ſibi Ieſcha ſororem,

Quæ

Quæ Pharium ad regem es ſurrepta, at reddita, poſtquã
Hunc contra in tumidas numen conceſſerat iras,
Peſte laborarent cùm paßim, & regna tumultu:
Inque virum Ægypti fando contendere adortus
Propoſitum iuris conſultum, & ſacra tenentem
Eſt habitus longè princeps per ſenſa tyranni,
Notitia & potuit aſtrorum condere nomen,
Illo ſydereos praeunte & calluit ignes
Ægypti populus, per quem Geometrica plana eſt
Facta ſimul ratio: de qua tellure profectus
Vxorem is remeans ſecum deduxit in oras,
In quibus Eoo Luzæ conſtruxerat aras
Splendori oppoſitas, eſt quem ſectatus Aranis
Filius armenti diues, pecudúmque frequentûm:
Tunc quorum quoniam conpaſcua gramina verò
Suffecere minùs faciles in rumina victus
Lanigenarum ouium, tondenda & pabula tauris,
Diſcreuere ſibi partitis finibus ambo
Paſcua, dúmque comes legeret trans lene fluenti
Curriculum ſaturi viridantes ceſpitis herbas
Optans tecta ſibi penetralia in vrbe Sodoma,
Cis reflui Abramus Iordanis conſtitit vndam,
Pellitas & oues Chananæo gramine pauit,
Tellurémque deo circùm ſpondente iacentem,
Et generis ſeriem cumulandi pulueris inſtar
Greſſus in Arbeadûm poſitura ſuſtulit aras,
Cúmque obita pugna in Siddæa valle tyranni
Quatuor indigenas ſuperaſſent quinque, ferentem
Seruitium & Lotum, capti & popularis ab vrbe
Victores agerent prædas ditione feroci
Captiuum eripuit vernas in prælia ducens

Agmináque aggreſsus ad Danem hoſtilia noctu,
Reddidit & patria multis cùm millibus idem:
Réxque Sodomanus *remeanti occurrit ab armis,*
Réxque vrbis Solymæ *ripam prope fluminis ipſi*
Obuius aduenit ſceptro, taníſque decorus,
Donata & decima ſpoliorum parte reuecto
Obtulit is panem, vinum quoque ob omina gratans:
Excipiénſque ſua remigrantia corpora ſorti
Sola Sodomanus *rector, ſibi cætera victor*
Armorum ſpolia vt retineret iure, petiuit,
I*nde reportauit ſed verò Abramus eundo*
Nil præter iuuenum victus, partémque virorum
Duxerat is ſecum tres quos in bella profectos,
Vnde redux iuxta Hebronem tentoria fixit,
Ogis vbi explicuit frondes duriſſima quærens:
Sollicitóque illi, tum ne ſuccederet aſſi
Hæres verna ſuo, promiſsum à numine ſemen
Germanæ eſt ſobolis, quod ſtellas ætheris æquet
Ardentes numero, Phar*iíque id regis iturum*
S*ub iuga præſciuit, centum quater ordine brumis*
At fore ſoluendum: tranſactis póſtque ſoporem
Pulſis alitibus animalia iuſsa litauit,
Et ferrugineum conſpexit fornicis æſtum
Solis ab occaſu rutilantem & lampada flammis,
Protenſura ſimul Aegypti à flumine ſummo
Nouit ad Euphratem regni ſua ſemina fines,
At priùs is gnatum ſeruili ſuſtulit aluo,
Coniuge pro ſynodo non eluctante mariti:
Cui fuerant quòd non congeſti à pellice honores,
Illa ſuis A*garem thalamis, paſtóque fugatam*
Arcuit, excluſæ verùm puer aſtitit ales

Denia

Denia per nemorum prope curſus fontis aquoſi,
Solatúſque iugo monuit ſuccedere herili,
Pactus & innumeræ eſt ingentia nomina prolis,
Infeſtum & populis, infeſtandúmque perinde
Filiolum cunctis, luctaturúmque recepit,
Moribus atque ferum rigidis, qui Marte petitus
In conſanguineos omnes tentoria figat:
Quæ puteum appellans ſpectante ex numine cœli
Finitimum peperit maturo ætate parenti
Pignus, & id ipſo mater de nomine dixit,
Mutauítque ſuum pater alti à principe Olympi
Commonitus, quòd erat venturi ſanguinis auctor
Gentibus innumeris præclara ſtirpe futurus,
Vxorémque ſuam mutato nomine dixit,
Egregia enaſcens ſe cuius origine vulgus
Explicet haud linguis numerabile, firma tonantis
Dum cupida excepit humani fœdera amoris,
Scilicet infantum pelles in pube ſecandas,
Poſteriùs lapſis quos ceperit altera ſeptem
Continuata dies, pretium per herile coempti
Si fuerint, vernæ ſeruarum aut partubus orti:
Et riſit ſenior anni ſpondente puellum
Numine, fortunet ſerua quod pellice natum,
Efferat è cuius biſſenos ſanguine reges:
Cui pater exorto ſecuit præputia verpæ,
Exeretíſque domi vernis, pretióque redemptis,
Atque peregrinis, necnon ſibi dextera herilis
Pelliculam excîdit ſeruata lege ſuorum:
Iſque deum geminis comitatum in valle per æſtum
Arbeadûm intuitus fœtum bouis igne propinquo
Torruit, atque ferens niuei carcheſia lactis

Non ſecus & volitent quam ſi fornace fauillæ,
Arbeadûm vidit fumos Abrahamus ab vrbe,
Immiſſis adeo candens Vulcanus habenis
Excidio dederat lapſas cum ciuibus arces,
Quas Iordanis iners, et nunc tenebroſa vorago
Occupat, & ſidunt lapidum ſub gurgite moles,
Nunc vbi ſublatum pigras ſuperemicat vndas
Atque ſtato aſphalthum ſupra ſe tempore tollit,
Soláque profluuio id muliebris tincta cruoris
Fila ſecant, ſua quem per menſtrua fœmina fundit:
Gramineóſque toros circùm ſe palmite flores
Arboreo produnt, turgéntque in margine ripæ
Futilibus ſtirpes pomis, ſpirantia ſurdum
Quæ cinefacta negant culmis ob frigora condi
Stagni ſulphureo nidore impura ſilentis:
Quod procul haud quoniam ſurgunt faſtigia Balæ,
Ponere in hac ſedem metuit prognatus Arane,
Montanúmque abiens gnatis comitantibus antrum
Subter delituit, quoniam non viſa prioris
Fida loci eſt ſtatio, quæ ſæpius obruta caſu
Chaſmatis exciderat, fumo luctante vaporum,
Terreni inueniunt cùm non ſpiramina flatus:
Tunc geminæ ardentes gnatæ ſenioris amore
Adiunxere animum genitoris nocte fruendos
Ad coitus, gererent vterum quo ſemine fœta
Vnde hæ ſpem generis poſſent educere partus,
Quòd conſanguineæ reſtaret ſanguine gentis
Nemo, foret cuius licitum denubere tadæ,
Eluſere igitur, viníque vapore ſolutum
Sopiuere patrem ſpelæi in fornice fuſum,
Concubuit cum quo reſoluto maxima natu,

Poſteriúſque ſenis ſynodum eſt experta parentis
Altera ſorbenti per lucem pocula miſcens,
In cuius reſoluta ſinu eſt ſubeuntibus vmbris
Introrſum excipiens genitalia ſemina pube,
Is temulentus vbi neſcit concumbere gnatæ,
Ad coitum & vini pulſu, fumóque mouetur
Non edormito Bromio congreſſibus vſus:
Natarum in gremio cuius iacuiſſe duarum,
Nec coiiſſe rati grauidata eſt vtraque vtroque
Concubitu, ac vterum concepto ſemine geſſit:
Moabus hinc natus, hinc & fuit editus Ammon,
Moabidæ per quos, Ammonæique *ſuborti*
Poſſedere ſoli glebas Arnone dirempti:
Oppoſitum ſpectant Abarim qui ſolis ab ortu,
Tollentémque iugis apicem viridantibus Hippum
Cardine ab Heſperio Iordanis *flumine clauſi:*
Illis monticolæ Nabathæi finis ab Auſtro,
Súntque Batanæi Boream *vicinia verſus:*
Hinc Abrahamus iter faciens Hebrone *relicta*
Aduenit Geraram, cui rex ea mœnia ſeruans
Diſtulit vxorem, congreſſu haud polluit autem
Reſtituítque viri cumulatam munere amori,
Conſternatus enim eſt, morbóque exterritus acri,
Concipiente preces at redditus hoſpite ſoſpes,
Eſt quoque lætatus grauidis ob viſcera ſeruis
Fœcundata ſuis: eſt & gauiſus Ieſcha
Filiolum pariente ſua, compleuerat æui
Theraides cùm luſtra decem, quem nomine dixit
Iſaacum cædens orto præputia verpæ,
Scilicet ob riſum maternum hoc nomine dicto,
Lux geminata quater cum lapſa à partubus init,

Et

Et puero fecit conuiuia lacte repulſo,
Coniuge & excreto deqneſta pellice natum
Illuſiſſe palam Cerealia ſemina ſeruæ,
Is gelida pariter repletum contulit vtrem,
Atque domo iuſſit victu concedere onuſtam,
Cum nothus amiſſæ biſſenos clauderet annos,
Qui bis legitimum geminis prægreßus,& vno eſt
Berſabees errans per deuia matre relictus
A miſerante ſitim,& lachrymis rorante ſubortis
Arboreas ſubter frondes,tantúmque receſſit
Triſtis ab aſpectu,quantum vibrata feruntur
Spicula,deficeret cum iam liquoronnis in vtre,
Dumque inſtaret humo genitrix aduerſa virenti,
Ne fors fata ſiti gnato properata videret,
Attulit abiectæ iuuenis lenimina præpes,
Et generis quondam generoſam à ſanguine gentem
Venturam pepigit, puteúmque recluſit opertum,
Quo genitrix latices exhauſtos vtre recepit,
Atque propinauit nato,qui fonte refectus
Creuit,& eximius per in hoſpita fundere cornu
Spicula ab Aegypti ſponſam tellure petiuit
Connubij genitrice toris authore iugalis:
Tunc caligatorum fretus ductore ſuorum
Rex Geraræ comittante viam deiuria vinxit
Per ſua Theraidem,concepit fœdera cum quo
Non ſibi,vel generi nocituro,offecerat vſquam
Haud veluti rebus iurantis,conſcius haud ſit
Qui putei à ſeruis poſſeſſi viribus,vtque
Illius is teſtis depreſſi. certior eſſet
Hebræorum opera,facti quà nomine dicta eſt
Vrbs iuramenti, ſunt agnæ in cæſpite ſeptem

Sepoſitæ fidei monumentum,ſumeret vrbis
Quæ Geraræ princeps: à quo remeante relictus
Conſenuit numen venerabile cultibus vnum
Diuinis Abrahamus habens,ſeniórque moratus
Luſtra Philiſtæos permulta recenſuit inter,
Is lucum viridem quorum conſeuit in ora,
Cuius cæde fidem gnati,iuguloque probauit,
Moriade edixit quoque ſummo in vertice numen
Quinque ſibi gnatum peragentem luſtra litari:
Nec mora:componens is acapna,et pignus amicum
Supra conſtituens adolendo admouerat enſem
Iam ſenior,genius cœli cum reſtitit ales,
Occidit atque aries ad veprem cornibus hærens
Hoſtia:cui numen felicia fata rependit
Innumeræ ſpondens pro cultu pignora prolis
Inſtar arenarum,quas non conprendere pronum
Eſt numero,aſtrorúmque modo,quæ maxima nulli
Percenſere licet:quæ regni clauſtra parandi
Occupet hoſtilis mundo felicius omen
Poſteritas:quibus exactis penetralia tecti
Inde ſui poſuit ſenior,quà ſtructa fuere
Mœnia Berſabees,iurandi conſcia quæ ſunt:
Audijt & Melcham fratrem feciſſe parentem
Filiolis octo,pariter qui pellice Roma
Bis geminos habeat,morientem & fleuit Ieſcham
Mœſtus in Arbeadum ſpatijs bipatente recondens
Exanimam Ephronis coniux confinis in antro:
Iámque ſenex propior ſenij fugitantibus annis
Obteſtatus erat ſeruum per totius æthræ,
Atque ſoli dominum,gnato quò rite locaret
E conſanguinea prognatam prole maritam,

Nec peteret vinctus Chananæa è gente iugales,
Suppoſita eſtque manus femori ſeruilis herili:
Ilicet ille decem connectans dona camelis
Aduenit geminis circumflua rura fluentis,
Conſociata viro thalamos vbi Melcha tenebat,
Et puteum ſiſtens animantia propter aquoſum
Is petijt latices prono iam Sole Rebeccam,
Quæ gelidam hauſiſſet feſſis cum ſponte camelis,
Hanc in coniugium domini, paſtúmque dicatam
Mentis ab augurio coniecit, in aure puellam
Qui donauit vbi, gemina eſt armilla ſubinde
Aurea virgineis manibus collata duabus,
Prolatúmque ſimul geſtarunt colla monile
Virginis iſque genus ſcitans, noménque perinde
Parthenices venit donata munere in ædes,
Obtulit ora Laban cui protinus obuia eunti,
Hoſpitio excepti & properauit edilia orexi,
At non ore dapes poſitas prius attigit hoſpes,
Ordine quàm ſeriem monitus narraſſet herilis,
Virginis ac itidem ſponſalia pacta paraſſet,
Cui ſolido argento, perfectáque protulit auro
Pocula, et in mundum muliebrem adiecit amictus.
Germaniſque dedit, ſimul & munuſcula matri,
Atque hanc in domini comitatam altrice penates
Intulit aduentans, quo ſeſe tempore agebat
Obſtipis oculis commentans plurima ſecum,
Et viridantis herus gradiens telluris in agro,
Vmbra diem cum poſt mediam iam longior eſſet,
Hanc qui virgineæ tendentem flammea fronti
Paſtade ſuſcepit vxorem, cuius amore
Lenijt amiſſas materno à funere curas:

Eſtque locata patri coniux, quæ denia pellex
Cum gnato peragrans humeris geſtauerat vtrem,
Quæ ſenos peperit gnatos, genitorque creatos
Pellicibus rerum largitus dona ſuarum
Legitimo abiunxit gnato, quos tendere Eoum
Curauit ſpatium verſus, demúmque ſenecta
Languidus occubuit, cumque eſt vxore ſepultus:
Biſſenóſque duces ex ſe cum viderat ortos
Progenies Agaris, gnatorum aſtante corona
Lumina demiſit fato: quæ pellicis autem
Nomen habens Hagaris primum poſt nuptâ locata eſt,
Appellata fuit, demúmque vocata Ketura eſt,
Eſſet quæ genitus cum filius Afra parente,
Africa regna ſuo ſitientia nomine dixit,
Maxima pars quorum tibi nunc regina tributum
Pendit, & adueniens illuctum condidit Aphram,
Nomine déque ſuo dixit ſocer Herculis olim,
Et comes Antæum contra telluris alumnum
Amphitrioniadæ: porrò generatus Ieſcha
Vxorem grauidam fecit, peperitque gemellos
Illa vtero fœtus, quorum prior hiſpidus inſtar
Pellis erat calcem fratris præſſauerat alter
Depilis, inde reſes coluit qui tecta, ferinæ
Cum ferret patrium germanus edulea in vſum,
Ius quoque primæue genituræ pulte redemit
A venante feras Iacobus patris ab aſſe
Denique res duplices habiturus: numine quorum
Eſſet cum genitor monitus deflectere greſſum,
Ire nec Aegyptum, Geranſis mœnibus vrbis
Se tenuit, fuerat dum nil tellure feraci
Intentata fames, cuius non fabrica fugit

Notitiam regis, cum planè ex more ſororem,
Quæ tamen vxor erat, ſibi finxerat hoſpes haberi:
Huius at indigenæ lætis ægreſcere fatis,
Foſſos pérque patrem puteos obducere glæbis,
Réxque abitus illi de regno edicere pulſo:
Iſaacus ſic ad Gerarenſem conſtitit amnem,
Atque aram inſtituit mittenti agalmata noctu
Fortunata deo, Geraræ & cum principe fœdus
Percuſſit poſitis dapibus, puteóſque parentis
Depreſſos opera quondam, patríſque ſepulti
Funera completos is poſt ſuprema laboris
Arte Paleſtini depreſſit rurſus, opúſque
Tres puteos, ipſique alium ſeruile cauauit,
Berſabee cuius de nomine dicta ſubinde eſt:
Tum gnato geminæ cuius nupſere mariti
Iámque ſenex huic è ſyluis de more ferinam
Ferre ſibi edixit, reduci cui læta precetur
Omina, præripuit quæ fratri matris ob artem
Pellibus hædorum munitus, lauor habebat
Quas ceruicis, erat manus huic ſimul hiſpida circum
Vtráque palpamenta patri, vinúmque miniſtrans:
Venatórque pedem referens dedit ore querelas
Exitium intentans germano, fabrica poſtquam
Plana fuit potuítque doli noteſcere fines:
Conſilio exoſus igitur præeunte parentis
Ad Charras adijt commutans nomina luzæ:
Ille vbi per noctem recubans fœlicia regnis
Somnia ab ætheris vidit migrantia, humóque
Captus vt optata eſt, infixa labanidos ori
Oſcula porrexit, putei dum mole remota
Exhauſta pecudes ada quaſſet virginis vnda.

Cepit aqualiculus hanc cum ſiphone fluentem,
Quem gremio amplexans conduxit auunculus vſque
Ad tecti penetrale ſui, gnatæque recepit
Coniugium, tum ſi trieteride ouilia curet,
Biſque annis geminis paſtor: luſtróque peracto
Huic annum geminum ſupra Lea nocte locata eſt,
Et gremium amplexa eſt Iacobi mane querentis
Concubuiſſe minus ſibi natu ob pacta minorem
Per tenebras ſoceri gnatam: mercede recepta
Cuius is aſſeruans annis pecuaria ſeptem
Virginis optato eſt nubentis amore potitus:
Per ſpatium ſeptenne gregem qui pauit ouinum
Graminibus rurſus: cui non quod amabilis eſſet,
Quæ Lea diſplicuit oculorum lippa madore,
Horum damna deus penſauit partubus alui:
Cui ſoror inuidit gnatos, quos pellice Bela
Suffecta ob ſterilem ſeſe lætata creari eſt,
Atque ſibi tribuit: ſic & germana marito
Miſcuit effœta Zilpham matrice, puellos
Gignere deſierat poſtquam, largita mariti
Quæ fuit obſcura congreſſum nocte ſorori
Tum gnati gemini parituræ, & pignora nata,
Mandragoráſque habuit conceſſæ præmia noctis,
Atque ea Ioſephi tum partu eſt reddita mater:
Ire parens Syriam quo demum optauerat auo,
Conſilium verò deflexit mobile mentis
Mercedem aſſiduo referens, pretiúmque labori
A ſocero ſparſos maculoſo vellere fœtus,
Populeáſque ouibus virgas, & ad ora colurnas,
Caſtaneæ & poſuit prope lumina ab arbore vulſas,
Corticis & partem detraxit, imagine quarum,

Conciperent

Conciperent pecudes fœtus, quas diſtulit autem,
Admiſſura parum generoſi aduenerat hora
Qua pecoris: ſic rem labor is paſtorius auxit
Hanc conſanguineis feciſſe querentibus aſtu:
Inde gener ſocerum contracta fronte minacem
Conſpiciens, monitore deo, migrauit, eúmque
Dum ſocer audiuit concedere vellera carpens,
Solibus eſt ſeptem refugam ſectatus ad Hippum
Clam cepiſſe fugam queſtus, furtímque deorum,
Effigies latas, reſidens quas gnata parenti
Rimanti occuluit, ſe paſſam menſtrua fingens:
Quæ poſt verba duo fœdus iunxere viciſſim,
Elato pariter ſtatuerunt ſagmate molem
Ingentem lapidum, confecta pacis vt vſque
Teſtes inde forent: ſocero cedente per vmbras
Nocte Macheruntis gener hinc miratus in ora eſt
Aligeros iuuenes Nabathæi ad limina regni
Ire iubens comites, qui procedentis Edomi
Tranquillent animum, ſimul illi in dira mouenti
Bella quater centum caligatos munera miſit,
Colluctánſque viro cum forti Solis ad ortum
Contractos retulit perſtricto poplite neruos,
Iſque ſub Auroram gradiens examina agentem
Lenijt affectum germanum pronus honore
Oſcula figentem labris, fletúque madentem,
Commiſſi & ſeriem comitatus inde tuentem,
Is pecorum & poſtquam poſuit munuſcula Idumo
Multa reclamanti, neque fratris dona volenti
Excipere, ereptus demum à diſcrimine tanto
Turmarum, pariter germani aſſertus ab armis
Succhothi fluuium traiecit ſede relicta:

Ille vbi ſtructura vt votas attolleret aras
Emit ab indigenis, qua parte tetenderat, agrum:
Promoto eſt ſpatiata gradu tunc filia cuius
Dina puellaris viſu lactata corona,
Eripuit Sechemus miſero quam victus amore,
Propter & oblati vitij commiſſa querentem
Blanditijs mulſit, nuptúſque à patre petiuit
Compreſſæ vetito ventura piacula amori,
Et prius is gnatæ ſponſalia amica popoſcit
Iſaaci gnatum, fratréſque ſororis amatæ:
Hique receperunt tum vincla ingaliatæde,
Circumcidat amans ſibi ſi præputia verpæ,
Atque hunc indigenas morem ſeruare laboret:
Qui dum pelliculas præcidi in penibus omnes
Rite peregiſſet, excepto tertius ibat
Hoc à more dies popularibus, aque reſecta
Pelle verendorum, cùm Dinæ immane ſororis
Dedecus vlturi ſunt greſſi in mœnia fratres,
Atque trucidarunt genitalis vulnere tardos,
Raptorémque neci, inuenumque dedere parentem,
Prædatique domos vrbis retulere ſororem
Bella ſuper cæde ac veritò Chananea parenti:
Numine qui monitus luZam concedere in aures
Occuluit ſubter quercum, ſtatuáſque deorum
Barbaricas, iuxta Sechemam quæ fronduit vrbem,
Hincq́; facceſſentem cœli terrore pauentes
Haud ſunt indigenæ pugnaci pube ſequuti,
Iſq́; tenens luzam conſtruxit molibus aram,
Tempore quo vidit radices oſſa Deboræ
Condita ad lignus compreſſáque ab aggere terræ
Atque [illegible] Iacobum nomine iuſſit

Dici

Dici alio numen, Iſraelémque vocari
Se mandante deus voluit regnanda Syrorum
Oppida pollicitus, claróſque à ſtirpe nepotes:
Cui properè erectus ſurrexit ſaxeus agger,
Exunctúſque oleo eſt capiens libamina ſacri:
Cúmque adolens donis altaria tempore verno
Bethlehemam peteret, lucina effeta labore
Occubuit, dederat quæ coniugis oſcula propter
Mandragoras, quam vir non longè à tramite humauit,
Ephrata quà petitur, ſupráque exangue locatum
Exanimæ corpus dixit de nomine cippum:
Inde ſuper turrim gradiens, quæ dicitur Edre
A gregis appulſu, poſuit tentoria, túmque
Indicio agnouit facili coiiſſe Rubenem
Pellice cum Bala, quod non laudabile viſum eſt,
Arbeadûmque adijt degentem in ſede parentem,
In tumulo poſuit quem fratres ſuperſtite honori:
Vxoréſque ſatas Chananæo à ſanguine ducens
A patriæ hirſutus germanus limine abiuit,
Non vtriúſque gregi quòd tonſo ceſpite gramen
Sufficeret tellus, Nabatheáque regna petiuit
Montibus inſidens, Gobolitis monte frequenti,
Quà regio intumuit, cuius de ſanguine reges
Ordine Idumæis regnarunt finibus octo
Saulus Hebræorum ſuſcepit ſceptra priuſquam:
At frater Seirem, ſpatiúmque petentis Idumes
More patris pecudes Chananeo pauit in orbe,
Et per Ioſephum, paritérque exercita fratres
Gramine veſtitis fuerat pecuaria in agris,
Licia Ioſephum cum verſicoloria comptu
Ornarent tunicæ, percenſens ſomnia ephebus

Qui ſua germanis odiorum ſemina mouit,
Fuſcis adoraſſent cuius Cerealis ariſtas
Dragmata cunctorum, quemque amplificaſſet honore
Cynthius, & radiis pollucens Cynthia Phœbi,
Et quem bis geminæ, ſeptem ſimul ordine ſtellæ
Obſtipis oculis veneratæ lampadis eſſent:
Iſque ex Arbeadis nutu genitoris adiuit
Paſcentes Sechemo pecuaria ceſpite fratres,
Cui ſunt hi properè meditati fata recepto,
Molliti placido verùm ſermone Rubenis
Exutum tunicæ ſolùm talaris amictu
Depoſuere ſolo fundi putealis in alto
A gelida vacuo, quem diſtraxere Napheis
Sublatum pretio greſſis à montibus Hippi,
Meſraæ vt veherent telluris ad oppida merces.
Cuius puniceos hœdino ſanguine amictus
Deploranti obitus demonſtrauere parenti
Ducenti iuuenem laniatum dente ferino,
Et nece adumbrata luctus lenire neganti,
Atratóque ſimul céntone ob funera gnati:
Seruitium is Petephris iam ſub ditione ferebat,
Archimagirus erat qui regi lectus alendo,
Ac mactatores lanios primarius inter,
Aut equitum, ſenſus alij vt voluere, magiſter:
At magis euenit fœlix ſucceſſus Iudæ,
Quippe ſuæ excepit tria pignora coniugis aluo,
Sed commiſſa Thamar gnatis à patre duobus
Reſtitit extinctis Selam du[illegible] maritum,
Matura ingrueret quo tempore [illegible]hebia [illegible],
Maſtuprator erat nimirum perditu[illegible] [illegible],
Suſceptæ ſoboli fratris ne redderet aſſem

Laxande

Laxandæ à ditione ſua nihil inde reportans
Nomine pro vano patris, ſynodique labore:
Quæ promiſſa quidem propter fruſtrantia votum
Veſtimenta ſuo mutans nigrantia peplo
Preſtitit ad callem, quà Thamnam paſſibus itur,
Paſſa viam & propter Venerem coeuntis Iudæ eſt,
Tutatura fuit cui vultus gratia mores,
Si non ſuſpicio quæſtus, ſcortique reclamet,
Præcepto coitus pretio quæ pondere ventris
Intumuit, quam tum meretrice pignoris auctor,
Ambiguique lupam ſecum ratus eſſe pudoris
Pro ſcelere in flammæ demitti incendia iuſſit,
Edidit haud exempla tamen, dum pignora amoris
Hæc manifeſta palam congreſſus conſcia fecit:
Eſtque enixa duos lodice in Chosbide partus,
Dum ſeruile iugum domui præfectus herili
Ferret Ioſephus, hera quem ſplendore venuſtum
Summè deperijt, commendatúmque modeſti
Aſpectus facie, ſtupri & neglecta parati
Inſimulans iuuenem, ac deriuans coniugis iras
Commiſit reprimi pro noxa carcere ſeruum,
Appellata foret tanquam de crimine ſtupri:
At verò phylacæ cuſtos molimina rerum
Huic ſua commiſit, fecit qui ſomnia regis
Prægustatorum captiuo plana magiſtro,
Atque huic, panifices fuerat primarius inter,
Qui reflante ſibi diua Rhamnuſide nondum,
Explicuit pariter Meſræo viſa tyranno,
Atque boum cecinit ſeptem ſub imagine obeſa
Quos totidem macie confecto corpor[illegible] man[illegible]ant
Conſore, vt incipiant [illegible]rtleſcere campi,

Luxuriantis item ſeptenæ ſchemate ariſtæ,
Fœlices totidem portendit meſſe futuros
Hubere prouentus, dum ſeptima transfluat æſtas,
Æqua luxuriæ ſeptem ſit culmus ad annos
Continuò ſterilis, ſeruandáque ſemina frugum
Submonuit, regis in parte hauſurus amoris
Qui præfectus humo eſt Cererem in granaria condens,
Ante famem & geminos ſuſcepit coniuge fœtus:
Et poſtquam eſuries vaſtum eſt bacchata per orbem,
Innumerum aggeſſit diſtractis frugibus aurum:
Hucque petituri venere alimonia fratres,
Quos ille increpuit, numerata numiſmata verò,
Atque reportantes victum remeare parentis
Siuit in aſpectus chari: rurſúſque pereſis
Frugibus hi fratrem natu vexere minorem:
Quo viſo illachrymans menſis prolixius omnes
Dapſilis excepit dictis, Cererémque ferentes
Sub lucem in Syriam, pretiúmque à calle reduxit
Compoſito haud minimum natu cratera gerentem
Inſimulans furti fratrem: & cum pondere vellet
Supplicium meritò cunctorum nomine Iudas,
Principis Ægypti haud coniector lumina fletu
Abſtinuit, nomenque ſuum pauitantibus edens
Et ſeriem promens euentus numine rectam,
(Rex largitus erat cum plauſtra) citauit alendas
Goſſenis pecudes acturum in gramine patrem,
Diſſimilem exercens Ægypti vt gentibus artem
Inuidiam fugeret, quibus haud pecuaria cura eſt,
Quas ditant grauidæ ſat Nili vligine meſſes,
Hoc etiam factum eſt, vt gnato proximus eſſet:
Venit eò monitore ſenex lætiſſimus ergo

Numine,

Numine, cum fuerat ſacris operatus in ara
Suſcipiens vota, vt conſulto cederet omen
Lætius omne deo, gnatóſque haud clade feriret,
Aegyptóque iterum in Chananeam adduceret oram:
Obuius occurrit lachrymans cui filius vltro
Factus ad Heroum gradienti præuius, iſque
Hunc ſimul amplexans ad principis ora locauit:
Conſtituitque ſoli fines, & munera frugum,
Quas tunc indigenæ ſibi raras ære parabant,
Atque inopes rerum pecudes, glebáſque iacentis
Diſtraxere ſoli: ſic facta eſt regia demum
Omnis humus, præter myſtarum prædia, qui non
Vſquam triticeos peperere numiſmate fœtus:
Et largita ſimul ſunt vulgi ſemina ſulcis,
Prouentus pendatur vti pars quinta quotannis
Regibus Aegypti, regio qua lege tenetur:
Iámque grauatus ſenij pater obſitus æuo
Deuinxit per ſacra ſuum de iuria gnatum
Inſerta femori dextra, cineréſque rogauit
Ne tellure ſuos Meſrea in funere humaret,
At verò in patria proauorum conderet ora:
Et propior fatis eſt fortunata precatus
Omina Ioſephi gnatis, natúque minorem
Dextrorſum ſtatuit, maiorem & parte locauit
A læua ſenior, ſobolique ſubinde ſuorum
Iunxit adoptatos, reuehendóſque eſſe minores
In patriæ fines cecinit, pactóſque receſſus,
Et quæ nactus erat certamine prædia belli,
Sunt data Ioſepho præcepta hæredia, preter
Legitimam partem, generis quæ debita iuri eſt,
Fœtibus vtque ſuis venturos ordine fati
Prodidit euentus, contractis frigore neruis

Occidit, amplexans verò quem filius vlnis
Ingemuit curans condiri corpus odore,
Poſt quater & denos Ægyptia lumina Soles
Impoſitum molli pheretro fleuere parentem,
Ter vicena dies donec de more vetuſto,
Et decima in luctus inſumpta gementibus eſſet,
Tempore quem planctus exacto corporis auctor
Conditi patrij patrum comitante corona
Tranſtulit, & curru vectis cum fratribus iuit,
Comperit eſſe vias cum non à rege negatas,
Stipatúſque equitum, quadrigarúmque frequenti
Agmine perſoluit extincto iuſta parenti,
Et duplicis fundi furno ſepeliuit in antro,
Ephronis quod erat, Abrahami & ſumptibus emptū eſt:
Atque illum Arbeadūm ſacris in rure peractis
Orauere Syræ ſubmiſſim voce precantis
Germani reducem, ſuſceptum & Tancos vrbe,
Vt mente exueret iras, habitúmque doloris
Ex animo oblitus, conuitia quanta licente
Opprobrio tulerat fratrum: mandata ſuperſtes
Quæ pater ante obitum coram teſtata dediſſet
Hæc memori probri forſan mulſura dolentem
Perferri ſermone Syræ poſt fata ſubinde
Verba iubens, precibus quoque placatura paternis:
Exoratus ea eſt & cum per dicta petitus
Coniector Pharij regis, manſueſcere cepit,
Conuentúque habito fratrum fodicantibus omnes
Poſterius iuſſit germanos parcere curis,
Haud quos ſollicitos habeant aut probra vetuſti
Dedecoris, victus venturo aut tempore, ſi non
Vſquam defuerint, cum numinis omnia nutu

Cælicola

Cœlicolæ ſtabili fuerint conſtantia fato:
Iam ſibi conſpecta triplici qui ſtirpe ſuorum
Ante obitum patriæ repetendæ preſcius oræ
Per ſobolem quondam iurandi pignore fratres
Orauit ſenior deuinctos, frigida morte
Vt ſua ad exanimum transferent oſſa parentem.
Iſque decem ſupra cum centum exegerat annos,
Inditus eſt feretro perfuſus puluere amomi:
Quo rex ex animo nimium coaleſcere Hebræos
Non patiens, hi ne, ſi bella exotica ſurgant,
Auxiliare ferant ſociati hoſtilibus armis
Præſidium, Iſacidas ducenda in mœnia fecit
Vectores operum, quos moles ponere iuſſit
Pyramidum, necnon componere chomata Nili,
Et premere aggeribus aditum, partúſque fluento
Niliaco edixit mergi genitale gerentes
Nixibus à matrum monitus de ſtirpe creandum
Theraide puerum, qui ſubducturus Hebræos
Sit ditione ſua, Meſræo hæc fata docente
Sortilego ſcriba ſacrorum: at publica nactæ
Munia Lucinæ nuſquam geſſere tyranni
Imperio morem, nec maſcula gurgite Nili
Pignora merſerunt, quæ pro pietate parentes
Fœtificauerunt: tunc & ſata rege puellum
Impoſitum ciſtæ fluitanti ſuſtulit amne
Nomine Thermutis inter miſerata papyrum
Infantem poſitum, celare diutiùs horrens
Chara parens intra quem iuncina texta locatum
Leuigena coniux liquidis admonerat vndis:
Qui per adoptantem Moſes eſt nomine dictus
Impoſitam paſſus elabi à rege Tiaram,

Calcauit pedibus quam tum ceruice labantem:
Quod ſtupefactus erat præſul puerile per omen
Infantem perimi ſuadens, quem filia verò
Principis aſſeruit à cæde: is grandior æuo
Ægyptum Aethiopes populatos ſuſtulit armis,
Hunc vt ſubſidio ſortes cecinere futurum,
Is quoque ſerpentes deflexerat ibide multa
Aſſibus incluſa, Mereos quoque victor in vrbem
Iuit, & Aethiopum generatam principe natam
Duxit in vxorem, Tharbis quæ nomine dicta eſt,
Nec tulit Hebræum Meſrai impune ferentem
Verbera, & auctorem plagæ clam iudice nullo
Cuſpide confecit vindex, texitque ſaburra,
Cui regerens crimen patratæ cædis Hebræus
Contraxit pauido ſubita formidine mentem,
Cognita res poſtquam fuerat, regiſque ſub aures
Venerat exemplum facta pro morte volentis
Edere: rura fugax igitur Midianica venit,
Et Madianæi gnatas antiſtitis illic
A pulſu aſſeruit paſtorum, túmque bibendos
A multo gregibus latices ſiphone meantes
Contulit hoſpitio capti quo nomine præſul
Vindicis addixit ſolenni rite locatam
Coniugio gnatam, partu quæ reddita mater
Eſt gemino, interea Iſacidæ cùm principe humato
Taneos ingemerent ob iniqui pondera faſcis,
Et lachrymis vulgus miſerantem flecteret æthram:
Cúmque ageret ſoceri pecudes per deuia Moſes
Relligione loci motis paſtoribus olim
Non adeunda ratis illic conſiſtere numen,
Atque igitur circùm viridantia gramine multo

Parui

Paruit huic ſeptus rutilo deus igne rubeti,
Stans & in Horebi ſupremo vertice, & inter
Conſpicuus ſentem patuit, cui taurea mandans
Vincla pedum ſolui dixit lamenta ſuorum
Excepta Iſacidûm, Phario quos rege diremptos
Seruitio euellat, ſaturáque vligine in ora
Conſtituat poſitos, iuſsitque accedere Moſem
Primores populi, quo poſcant principe regem
Cedendi veniam facienda ob ſacra, viáſque
Ægypti accipiant funeſta ſtrage tenendas,
Maſraáſque domos populent, pignúſque viciſſim
Collati alloquij virgam, teſtémque futuram
Polliciti dedit in ſinuoſa volumina verti
Serpentis, ſpiráſque, dei quoque dextera cuius
Haud dubiè affatus teſtetur, pluribus vt quæ
Nunc lepræ maculata notis reparata ſaluti
Sit properè, fluuiíque ferens è curſibus vndam
In roſeum offuſam poſſit mutare cruorem:
Necnon ora atypo monitor facunda recepit,
Occurrens aditum cuius comitetur Ieſba:
His animaduerſis Moſis cum coniuge natós
Ægyptum ſoceri venia conduxit, itérque
Dum faciens foret ad mortem minitante petitus
Numine diuerſor, poſtquam meritoria iniuit,
Huius corripuit ſilicem conterrita coniux,
Exciditque ſuo pubis præputia nato,
Soſpitis admouit pedibus quæ ſecta mariti:
Virque occurrentis comitatu fretus Iesbæ,
Atque ſenatorum Chencris penetrale ſubiuit,
Numinis & ſummi patefecit iuſſa tyranno,
Quò facere Hebræos triplici per deuia luce

Permittat pecudum pingui, ne ſacra morantes
Aeris aut vexet tabes, aut Martius *horror:*
Quos nimis effrænos ſe rebus ſoluere lætis
Rex ratus hos ſtudijs operarum inſiſtere iuſſit,
Coctilium & laterum celeres abſoluere penſum,
Inſuper & morem præter diſtringere culmos:
Propterea ad Moſem qui ſunt crudelia queſti
Verbera, qui fuerit ſtimulandi principis auctor:
Iſque igitur regi prodiuit numine iuſſus,
Inque venenatum virga eſt mutata draconem:
In quem dum fuerant haſtilia verſa magorum,
Moſis longè eadem potioris virgula adedit:
Inflecti potuit quo non rex omine Chencres,
Poſt tenebras quamuis eadem Pallantide *oborta*
Sparſerit & refluas, & inertes ſanguine lymphas
Piſcibus enectis, fluuius cùm fœtidus eſſet,
Nili quippè magi commutauere colorem,
Excinere ſuo natas & carmine ranas,
Non animare tamen potuere inſecta, ſuæque
Mentis non habitus his coram à Moſe creatis
Mutauit Pharao, *nec per contagia peſtis,*
Omnia languerent vomicis animantia quamuis,
Et crepitans exin commiſto fulmine grando
Deprenſos homines ruri, pecudéſque per herbas,
Ac ſata, & impulſu lignum, ramóſque perinde
Triuerit innumeros vicinæ innoxia glebæ
Thebaidos, Chencres *eſtque obfirmatus, adeſas*
Acridibus quamuis prorſus mandentibus herbas,
Iſque, vbi collegit nigra formidine cœlum
Immanes tenebras (ſoli cùm luce potiti
Iſacidæ fuerant) operari hos denique ſacris

Indulſit

Indulſit pauitans non armentale mouentes
Examen, pecudúmque greges, & cedere Moſem
Iuſſit ab aſpectu multandum cæde minaci,
Si poſthac ſubeat conſpectum, & lumina regis:
Túmque deus iuſſit cedenti, vt voce moneret
Omnes Iſacidas, quò vaſa argentea quiſque,
Aurea vicini & conuaſet tradita nutu,
Commodet Ægyptus quæ non meditata fugaces
Emigrare ſolo, mediæ qui tempore noctis
Edita ſit primo verſurus pignora partu
Omnia, quæ matres vtero geſſere per omne
Aegypti ſpatium non in Goſſene morantes:
Tempus & inſtituit tum deinde nepotibus anni
Principium dici, dederat quo ſigna minaci
Æthere, cùm Titan rediens à ſydere Capri
Vicenas quater ante dies flexiſſet in orbem
Quadriiuges, cuius decima in penetralibus agnum
Quiſque die anniculum metetur luce, marémque,
Comparet & minimè hunc temeratum, dúmque diei
Ad decimæ quartæ iam prima crepuſcula menſis
Cuſtoditus erit, tandem mactetur ab omni
Iſacidûm populo, nec refert, agnus edilis,
An verò fuerit hœdus, tum ſanguine cuius
Conſpergi deceat poſtes morientis vtroſque,
Atque etiam partem forium, quæ limina ſupra eſt:
Pulpa quidem noctu mandetur corporis aſſi,
Et ſine fermento panis, ſimul intubus eſca eſt:
Inteſtina quidem cùm ſint comedenda, capútque,
Cruráque ab Hebræis, ſi quid ſuperauerit, omne
Condecet aggeſtis cinefactum exurere flammis,
Inſtructóſque via ad curſum manibúſque bacillos,

Calceolum pedibus & vtrumque perinde gerentes
Succinctos latera,& trepidanter carpere cœnam,
Pérque dies iuſſum eſt fermento parcere ſeptem:
Quæ non cœlicolum regis ſunt iuſſa morati
Iſacidæ,& cœlo circumlabentibus vmbris
Pignora fœtura nixu primæua prioris
Edita per matres habitantes Taneos vrbem,
Ægyptíque ſolum cœli puer horridus enſe
Suſtulit:exanimis Pharao qua ſtrage ſuorum,
Et nimio fletu matrum,gemitúſque ſonore
Percitus Hebræos Goſſenis cedere campis
Orauit,pecudéſque via traducere tractu:
Haud mora:Succhotum in pugnas venere parati,
Millia túncque ferè peditum ſexcenta fuerunt
Imbelles pueros præter,nuptáſque ſequaces:
Quos poſtquam, proauoſque iugo preſſere tyranni
Centum Niliaci quater excurrentibus annis
Tricenos numero ſupra,liquere penates
Thebaidos,noctíſque viam carpſere per vmbram,
Cùm ſine fermento panes edere citatim,
Intubáque,ac agnos ac aſſos ignibus hœdos,
Haúdque ea conducti mercede,aut aduena mandunt,
Atque empti pretio verpæ niſi pelle reciſa:
Pérque deum Moſes monitus primæua dicauit
Pignora,quæ merito ſint conſecranda Tonanti,.
Atque oue progeniem redimi eſt hortatus aſelli:
Numinis & monitu non per poſseſsa propinquis
Rura Philiſtæis Syriæ regnanda petiuit
Oppida, ab indigenis poſſint ne bella cieri,
At verò tetigit rubrum per deuia tandem
Littus,Ioſephi deuectis oſſibus vmbræ,

Extulit è medio quæ vaticinantia Nilo,
Numinis apricum demiſſo nomine in amnem,
Caſtráque metatus Ethamæ fixit in oris
Hoc tunc Latopolim deſertam tempore linquens,
Luce quibus cœli nubes vmbroſa calorem
Arcuerat, noctúque ſequax polluxerat vſque
Effigiem reddens candentis flamma columnæ:
Iſque vbi digreſſus mouit tentoria tangens
Littus Erythræum, fugitantes curribus vrſit
Hebræos Pharao, cúmque hi propiore fremitûm
Horrerent acie, diſcreuit nube coruſca
Vtraque caſtra volans genius, quæ noctis opacæ
Illuſtrans tenebras à tergo illuxit Hebræis:
Cúmque manum in rubidum Moſes protẽderet æquor,
Nocte ſinus rubidos perflauit ſpiritus Euri,
Arentíſque ſoli preſſit peditatus arenas,
Perſequitur quem dum Chencres equitatibus à ſe
Ad mare conductis, rurſum eſt & dextera Moſis
Intractus extenta maris, reuocabilis in vim
Mane ſuam ventis ceſſantibus, vnda redibat,
Et refluens æſtus merſit fugientia contra
Curribus admiſſis Meſræi examina regis
Omnia, in Aegypto poſt quem regnauit Acherres:
Hebræíque maris, Meſræorumque periclis
Denique ſeruati laudes egere Tonanti,
Adiunxere fidem cui Moſis verba verentes,
Lætitiámque ſuo cantu ſoror auxit Ieſbæ,
Quæ fuerat vates Mariama, & tympana geſtans
Atque egere choros flectentes carmina matres:
Aque mari demum rubido cum Moſe profecti
Iſacidæ pedibus ſunt, quos penuria torſit

Deficientis aquæ labriſque admotus amari eſt
Ingratus laticis humor fluitante ſaporem
Poſterius ligno mutans: quos cepit Elymus
Vrbs tum Moabidûm, frondoſa cacumina in oris
Ter cuius palmarum inerant vicena, decémque
Et propè biſſenos fontes ſua caſtra locarunt:
Vnde iter emenſi ſeſe Goſſene diremptos
Sunt grauiter queſti, quos non annona feraci
Deficeret cumulata ſolo, quos fumida ahenis
Paſceret offa quidem ad fumantes ignibus ollas:
Ros verò ingluuiem, ſtomachíque repreſſit orexim,
Conſtrauitque ſolum, qui poſtquam euanuit, vt cum
Terra ſuper vitreis canet cooperta pruinis,
Paruit hinc quiddam Syluæ in tellure minutum,
Ac tenue, orbiculi referens & imagine formam,
Æquabátque fauos mellis dulcedine guſtus,
Grandius haud quod erat coriandri ſemine viſum,
Occiduo volitans cum Phœbo multa coturnix
Sufficeret pulpam, cum manna & funderet aer
Vſque ſub Auroram, ſeruatum craſtina verò
Quod ſibi pædoris lux triſti cœpta ſapore,
Vermibus & putrens vitiabat Sole liquatum,
Adſeruaretur niſi iurè in feſta diei,
Otia poſt ſenos quæ Soles reddita ſemper
Inſtauranda refert Hebræis, quæque labores
Artificum differt, necnon pede ſabbatha preſſo
Obſeruare iubet, qua non per inania rores
Melliti in teneras frondes, terrámque fluebant:
Vaſe nouo quorum Moſes hortante recepit
Numine dona, forent vt tum monumenta minorum
Temporibus cunctis: atque hæc cœleſtia fudi

Munera

Munera bis populum vicenis iugiter annis
Exhibuere cibo dulci cerealia nuſquam
Dona laborantem, Syriæ dum tangeret oras:
Qui Sine digrediens turbas in Moſea fecit
Immodicè ſitiens, locus eſt vbi Maſſa vocatus:
Et Meriba inuentu Moſis gliſcentia propter
Iurgia, vt Horebi & percuſſu proxima petram
Virga ducis, fuſum manans adaperta liquorem
Delicuit rupes, vomuitque excurſibus vndam:

Regum Liber vndecimus.

DVm popularis vbi eſt conuentus fonte refectus,
Quos regio in Petra *Gebolitis cõtinet vrbe,*
Tamnani Iſacidas contra per bella petitos
Conſeruere manus, in quos examina ſecum
Egit Nune ſatus, ſtaret cùm vertice Moſes
Montis in excelſo ob repetenda orata ſupinans
Brachia, quæ poſtquam languente remiſerat orans
Neruorum officio, lætis ſucceſſibus hoſtis
Vſus erat, quòd ſi contenta intenderet vſque,
Arma ſecundabat pugnæ potiora ſuorum:
Iámque fatigati poſito ſub podice ſaxo
Suſtinuit cubitos ſacer Hure adiutus Ieſba,
Erectóſque manus neruos tenuere ſupinæ,

Æquore dum Titan radios fregiſſet Ibero:
Redditus eſt precibus tum cuius Ioſua victor,
Gloriáque acceſſit afflicto cladibus hoſte:
Quæ, Deus edixit, faſtis vt prælia Moſes
Inſita digereret æuo monumenta futuro,
Dedecus & victis, quorum ſit nominis orbe
Deperiturus honos: ſucceſſus nomine cuius
Dux populi potior ſubrexit molibus aram
Rite deo auſpiciis fœlicibus arma gerenti:
Quo ſocer in ſpatio generi tentoria viſens
Audiuit dimiſſa polo portenta minaci,
Sipporam *& geminis vexit cùm fœtibus illò,*
Cui *gener occurrit, impertiuitque ſalutem,*
Tectáque deducto ſubter, quos calle labores
Hauſerat, explicuit, Meſrai *& regis ab armis*
Hebræos *celumes, ſeruante hos numine Olympi:*
Tum ſocer huic gratans libauit munera cœlo,
Réſque vbi confecta eſt diuina, immiſtus iniuit
Patriciis *epulas, conuiua præſule Ieſba,*
Iuridicum inſtantem cauſis quoque Solis ab ortu
Lucis ad occaſum pro lege capeſſere curam
Submonuit *danda populis, horúmque referre*
Cauſarum *facies varias ad Numinis vſque*
Arbitrium ſummum, ſimul explorare fideles,
Atque viros fortes, reddant qui iura Synedri,
Relligione quibus quoque mens obligata laboret
Crimine auaritiæ nullo, quò faſce laboris
Partito in proceres tantùm grauioribus eſſet
Iudiciis præſens: monitoris tale ſequutus
Conſilium populo reddenda ob iura legebat
Synceros homines referentes ilicet ad ſe,

Quæ

Quæ perplexa nimis fuerant: ſoceróque ſubinde
Abſcedente ſuper montes venere Melanes
Iſacide,& Moſem ſupra faſtigia euntem
Vocibus affatum eſt numen,quod ſemper amore
Ardeat Iſacidûm,niſi legem,& ſcita grauentur,
Dictáque narrantem per tota examina vulgi
Affari ſtatuit coram caligine ſeptum,
Diuinis hunc conſtet vti ſermonibus vſum,
Vt minimè Hebræi nutent,qui pallia poſtquam
Fontibus abluerint, manifeſta ſigna loquelæ,
Clangorémque tubæ tumuli in radice morantes
Excipiant,aderit lux poſtquam tertia mundo:
Quæ ſtata cum rediens fuerat, Phœbíque rubebat
Finitimis aer radijs,tunc fulgura claro
Emicuere polo,cepítque dehiſcere nubes
Obducens tenebras monti,tellúſque ſonore
Ingenti intremuit,crepitúmque impenſiùs vrgens
Buccina contentum concuſſit caſtra pauore,
Nec minus halantes volitabant igne vapores
Prætereunte iugum fumo,flammáque micante,
Quod Moſes adyt,montiſque à culmine cedens
Numinis ob iuſſum monuit,ne tenderet vltra
Plebs poſitos fines, quos ſit tranſmittere ſolis
Flaminibus licitum,venerantibus hiſque ſupremum
Numen Moſe procul,ad regem acceſſerat idem
Vnus cœlicolum,legémque ex nubis hiatu
Ad populum referens patefecit verba loquuti:
Non fieri Hebræis qui vult ſimulamina diuûm,
Hóſque deum ſolùm venerari,adhibere nefaſtum
Iſacidas cuius ſit nomen inaniter ore:
Condiderat ſicut qui ſenis aſtra diebus

Omnia,& extuderat pelagus,telluris et orbem,
Exactáque operam ſtellante remiſerat æthra,
Sic ſeptena dies ſanctè eſt,& agenda quiete:
Obſeruare iubet qui nos vtrumque parentem,
Parcere & humanæ cædi:ceſtúmque iugalem
Soluere fas nuptus nulli eſt,furtúmque patrare,
Réſue ambire animo,ſynodúmve optare cupitæ
Coniugis alterius,ſeruúmve, aſinúmve, bouémve,
Falſiloquum aut fieri teſtem:mandata ſupernè
Quæ diuina daret cùm nubibus aera denſans,
Horruit auditu vulgus,ſtupuitque micantes
Lampadas,& ſonitum conchæ,montiſque vaporem,
Néque repræſentet pœnas tùm funere numen
Multiſonora poli flammantis murmura propter,
Necnon horribiles fremitus,nubiſque fragores,
Pectora ſunt tremefacta metu,quo nomine voces
Exaudire magis placitum eſt à Moſe ferendas,
Quàm fuſas authore deo captare feroces:
Dúxque iubens animo demum ſecludere curas
In ſubtexta iterum fumo faſtigia venit,
Plurima vbi didicit,quæ ſcita exponeret olim:
Argento hæc prohibent fabricari numina,& auro
Saxa quoque altaris ferro quadrata poliri,
Et ſtructam gradibus vetitum eſt accedere ad aram,
Præſtitis vt nulli poſſint obſcæna videri,
Congeſto melius quæ ceſpitis aggere fiat:
Bubus vbi cæſis,balantibus eſtve litandum:
Emptus & è noſtro creuit qui ſanguine ſeruus,
Sex vbi ſeruitio ſubmiſſus condidit annos,
Liber abit tali velatus veſtis amictu,

Comptus erat quali,primum cùm paſſus herile
Eſt ditione iugum,coniux quæ ſoluitur æquè,
Quæ data per dominum eſt,fœcundáque reddita partu
Si fuerit,dantis fœtus,& fœmina ſunto,
Emigrans potis eſt à cuius iure maritus
Cedere,libertas ſi non vxoris amori
Poſtpoſita eſt, is quem ſeruans ducetur aduſque
Iuridicos quorum priuata examine cauſa
Excutiuntur,vbi prætoris munere ſummi
Dicendi his fuerit iuris permiſſa poteſtas:
Applicitis & valuis, poſtíve forauerit aurem
Subula cùm ſerui traiectam,ſemper herile
Seruitium patitur:ſi verò gnata parente
Sit diſtracta ſuo,poſtquam ſatiauit amorem
Emptoris,dotémque refert,pretiúmque pudoris,
Expleti coitu vel gnato nupta locanda eſt,
Aut mittenda manu ſecus eſt ea libera gratis.
Quíque hominem pulſans captauit dedere morti,
Is capitalis erit,nec ſe tutabitur aris,
Mortuus eſt poſtquam meditata ad fata petitus:
Conſultò & minimè qui cædem fecerit,idem
Præſcripti in ſtatione manet ſecurus aſyli.
Eſt matrem pulſare etiam capitale,patrémve,
Hiſque etiam verbis maledicere:clepſerit & qui,
Vendideritque dehinc hominem,celauerit & qui
Supplicio peccans ſupremo furta piabit:
Non ita,qui pugno,vel fecit vulnera telo,
Incidit in fraudem capitalem,prodijt æger
Limine ſi tecti gradiens,nixúſque bacillo
Eſt itione foras veſtigia flectere viſus,

Percuſſor quoniam ſolum medicamina propter,
Et cubitum faciet ſumptus, victúmque iacentis:
Si quis inhumanè & baculi ſua verbere cædit
Mancipia afficiens ea morte, haud criminis expers
Conijcitur, ni ſint vna ſuperantia luce,
Si quibus eruerit dentem, vel luminis orbe
Is deſioculum corrupto ob vulnera ſeruum
Reddiderit, damna hæc contracta remunerat æquè
Libertatis honos: at dum conflictibus enſes
Impellunt gemini, diſcordia cuſpidis expers
Aut vbi dat turbam, grauidæ ſi matris abortum
Inferat alteruter vtero, multabitur author,
Duxerit arbitrium quanti referre mariti,
Occubuit quòd ſi necto cum pignore mater,
Non pretio, at verò mors ſola morte piatur,
Non ſecus ac oculus oculo diſpendia penſat,
Dextra itidem dextra, necnon dens dente reuulſo,
Et pede pes, vibex etiam vibice flagelli,
Et velut accipitur vulnus pro vulnere adacto:
Bóſque petens hóminem ſaxorum ſagmate multò
Obruitur, dominúſque domi niſi cornua frænet
Admonitus noxæ, ſimul & bouis ante petulci,
Cum boue tolletur, cui ſed ſi imponitur æris
Multa ob perniciem, redimenda vſura futuri
Temporis eſt pretio, fuerit quodcúnque petitum,
Eſto & iuris idem, feriat bos ſiue puellam,
Seu puerum, quòd ſi linquens præſepia ſeruum,
Aut petit ancillam viginti lege, decémque
Sicli ſunt domino ſoluendi, bóſque rotatis
Interimendus erit ſaxis, luctamine qui ſit.
Vulnerat alterius taurum, cæditque peremptum,

Poſterius venit viuus, pretióque viciſſim
Partito domini diſcernunt corpus inane,
Pendit herus vero torua ceruice minacem,
Subiecit monitus cui non retinacula collo,
Exanimúmque refert, ceu qui non aſſere apertam,
Aut ſaxis obtexit humum, cùm labitur intra
Bos demiſſam, aſinus vel pandus, cúmque ſolutam
Eſt domino argentum, ſibi totum exangue cadauer
Vendicat, & tranſfert: clepſit qui nocte iuuencum,
Reſtituit verò quinos præſepibus, abſit
Si rapidè furto noctis dilatus in vmbra,
Próque oue bis geminas: quod ſi poſſeſſor ouilis
Contuderit noctu furem non Sole ſuborto,
Haud pauitat pœnas, ſed cum ſublata ſuperſunt
Corpora penduntur, totidem: ſi diſſita deſunt,
Fur venire ſolet, ſoluendo vbi conſtitit impar:
Et fuerit vites animal qui rodere paſſus,
Aut ſegetis paſci culmos, diſpendia ſarcit,
Vt qui frugiferis immiſit meſſibus ignes:
Lege quidem noſtra damnatus iudice duplum
Depoſiti reddit cuſtos, ſi ſubdola mens eſt,
Ablatum ſed ei ſi furto eſt, vnica præſtat
Damna, feræ quod ſi rapuere, hunc denique raptus
Non præſtare decet, ſi teſtis idoneus adſit:
Redditur & duplum deprenſo à fure, reíque
Si domino moritur abſente, aut frangitur id, quod
Vtendum is dederat, nuſquam iactura luenda eſt
Vtentis pretio, ſed ſi conduxerat, idque
Ante erat addictum pretio, haud fatalia ſarcit
Detrimenta, palam ſi non præſentia herilis
Admiſſa abfuerat à noxa: & lege receptum eſt,

Vt qui parthenicem non ſponſam eluſerit, huícque
Obtulerit vitium, dotatæ virginis idem
Connubium nuptus ineat, genitórque puellæ
Illi nolit eam ſi tædæ iure locari,
Huic ſaltem patria de more numiſmata dotem
In meritam accedent, ſeret vt dos debita adultis
Virginibus, faciens ſtuprum quæ pendere debet:
Atque veneficij compertas viuere ſagas
Non ſinimus, bruta ac ineuntem animalia, ne ſe,
Contemptimque habeant homines ſua ſemina: dijſque
Sacrificans moritur ſacratus: & aduena curæ eſt,
Haúdque peregrini veniunt angore premendi,
Hebræi fuerant quales Nilotidos ore
In ſpatijs poſiti: pupillis haúdque nocendum eſt,
Aut viduis, quoniam ſi queſtus flebilis edant
In cœlum ſonitus, exaudit iure querelas
Numen fœmineas, pupillaréſque grauémque
Condit Adonæus iram, & vibrante nocentes
Interimit ferro, viduas & amore virorum
Morte peremptorum ſpoliat, pupiſque parentem
Eripit: haud inter fieri qui fœnora Hebræos
Annuit, eſt poſtquam numerata pecunia egenti
Præcipit & reddi prolata pignora veſtis,
Sol pronus radios auerterit orbe priuſquam,
Velatura torum quia ſit de nocte iacentis:
Eſtque magiſtratus iuſſum, regémque vereri,
His neque detrahere, haud capiti mala verba precari,
Principis haúdque licet auertere ab æde liquorem,
Aut fruges, decimas quarum libare Tonanti,
Primitiáſque decet, latóſque adducere natu
Primitios hominum fœtus, ouiúmque, boúmque,

Per

Per ſeptem ſimul vt linxerunt hubera Soles:
Corpora perque feras libata comeſſe nefandum eſt,
Eſt facinus ruri quoque raptam mandere carnem,
Proijcienda canum quoniam eſt ea vilis orexis:
Falſidiciſque nefas eſt dedere teſtibus aures:
Impuríque hominis ſociali vinctus amore
Quiſquis erit, peccat coiens, iniurius vt ſit
Poſterius teſtis: turba & pendere frequentis
A vitio vetitum eſt, necnon in lite creata
Crebra ſequi rectum non ſenſa tenentia morem,
Indulgere homini quoque egeno in lite dirempta,
Atque virum propter odioſum euertere leges,
Dedere & inſontem morti, falſúmque tueri,
Iuráque donorum, pretiíque infringere amore,
Cæcutire etiam quoniam per munera acutum
Euenit ingenium peruertere ſueta bonorum
Sermones hominum quondam: laudabile verò eſt
Exercere odijs nuſquam regione profectos
A poſita longè, ac inimici inducere aſellum
In ſtabulum errantem nimio eſt qui faſce leuandus,
Succubuiſſe oneri fuerit ſi viſus iniquo:
Et ſata ſunt poſtquam ſenos frumenta per annos,
Agricolis præbet requietem ſeptimus annus,
Et tenues tolerant vitam naſcentibus vltro
Fructibus, atque feræ ſeſe ſuperantibus explent
Relliquijs: legitur ſic non à vite racemus
Ablaqueanda olea eſt nec bis trieteride lapſa,
Hinc vt Palladiæ ſparto ſtringantur oliuæ:
Sic, vbi ſex populi turba eſt operata diebus,
Septima lux differt ſemper, ſedátque labores,
Vt tunc bos opera, pandúſque remittat aſellus

Aduenáque, ancilláque ortus ſudare quieſcat:
Externíſque dijs vt non conceditur aras
Tollere, ſic horum teſtari haud numina fas eſt:
Atque deo ſolis ter feſta quotannis aguntur,
Veris & à populo celebrantur menſe priore,
Dúmque dies redijt, cùm rubram haud claſſibus vllis
Iſacidæ arentis enantes æquoris actam
Excepere iugo legis præcepta relatæ,
Et cùm à frugifero collectis fœtibus agro
Axe diem nocti labentem Cynthius æquat:
Ter feſta hæc redeunt, pariter ter ſiſtere partus
Rite mares iuſſum eſt ad numinis ora quotannis,
Nec Phœbi alterius naſcentis aduſque ruborem
Aſſeruare adipem, fermentum aut indere ferto,
Victima cùm fuſo fuerit torrenda cruore:
Hœdus & haud coquitur per nos in ſanguine matris:
Primitiæque deo frugum libantur ad aras,
Leuigeníſque datur decimus de meſſe maniplus,
Hincque ſacerdotes decimam corradere partem
Quoque ſolent anno, decima & pars debita frugum
In ſacras epulas templo eſt ſiſtenda quotannis,
Diſſita ſed nimiùm pretio eſt redimenda licenter,
Quartáque pupillis, viduíſque eſt debita alendis,
Curriculum ſimulac clauſæ trieteridis iuit,
Quæ datur ad limen mandanti, ſportula tanquam,
Leuigenis iunctim non inficienda perinde:
Dúmque ſuos curſus exegit ſeptimus annus,
Mos ſuſcepit, vti ſua nomina lege remittant
Iſacidæ, quibus eſt opulentia tanta ſupremo
Pacta ab Adonæo, vt metuenda ſit aſpera nulli
Pauperies: quòd ſi conſanguinitate propinquus

Non

Non nemo fuerit ſupplex in rebus egenis,
Illi ſi qua nimis contracta eſt dextera, peccat:
Súntque magiſtratus omnes reſponſa per vrbes
Vllius haud hominis ducta ratione daturi
Proſtatæ numero ſeptem, quibus vſque miniſtrant
Leuigenæ gemini ſpeciatim in quoſque tributi:
Illis iudicium quod ſi nutauerit anceps,
Haúdque liquere ſibi fateantur nubila nodi,
Leuigenas ſtatus eſt myſtas referendus aduſque,
Præſidis & puteal, cui ſi quis pareat ægrè,
Pontificique gerat non morem, mittitur Orco:
Cultoréſque deûm, ſtatuas & honore verentes
Flagitij gemino comperti teſte, ſuóque
Per ſaxa intereunt patri parere negantes,
Atque ea mœchalidas per inane volantia cædunt:
Nec gens noſtra ſerit lucos altaria propter,
Nec creat externo prognatum ſanguine regem:
Argenti nimius, qui nec ſit plenior auri,
In vaſtis habeat nec plurima equilia regnis,
Ne fortè Iſacidas auerti haud numine iuſſos
Copia in Ægyptum ſtipata reducat equorum,
Quem ſibi multiplices nuptas ſit ſumere crimen,
Aſt operæpretium verſare volumina legum eſt:
Nóſque apud haud teneant domitas cum vomere glebas
Leuigenæ, adſit ouis ſi victima, bósve, capérve,
Maxillæ his geminæ, cum toto ac armus omaſo
Debentur pecudis, muſtique ac pinguis oliui
Primitiæ, necnon frumenti, ac velleris vnà,
Attonſarum ouium, poſſuntque impune remoti
Finibus è patriis alio conſidere fano,
Quod deus ob cultum diuini legit honoris:

Traijcere haúdque licet gnatum, gnatámque per ignem
Aut verum auguriȷs, aut ſomno exquirere ſortes,
Aut per aruſpicium: vates & vana loquutus
Funere multatur, vindicta quod ætheris vrget:
Falſiloquúmque ſolet in teſtem rite recudi,
Quæ faba in alterius fuerat comperta ruïnam:
Procinctique ſumus ſimulac in bella, ſacerdos
Quémque mouet ſtimulis: in commoda corpora pugnæ
Inde magiſtratus repedàre in patria ſciſcunt
Limina, & obſceſſos hi primum fœdera ciẽt,
Aut flictus optare iubent, ſolúmque tributum
Morigeris ſolet indici, penitúſque rebelles
Interimunt, nullóſque mares à clade reſeruant,
Haud tamen impubes iugulant, cædique remiſſo
Fœmineæ parcunt, quod ſi Chananæa labantes,
Proſtratóſve ruant Hethæa per oppida vallos
Debita fatorum ſerie, dant omnia morti
Corpora, ſed nunquam ſtringunt in ſtirpe ſecures
Arboreo, cum ſunt vberrima brachia pomis.
Híque vbi ab aduerſo conuectant agmine prædas,
Deprenſaq́ue acie rapiuntur amore puellæ,
Vnguibus hanc cæſis circum: capitiſque reſecta
Cæſarie, atque noua deſpondent cyclade comptam
Connubia, geminos vbi fleuit menſe parentes:
Collegit ſi cuius amans faſtidia amoris,
Haud ea diſtrahitur pretio, ſed libera cedit:
Ac ſi cui è geminis exoſa eſt altera coniux,
Non minus inuiſæ gnata eſt pars debita duplex,
Si primæuus erit: rurique exangue cadauer.
Si iacet, & factæ nuſquam deprenditur author
Cædis Hebræorum toto regionis in agro,

Huic

Huic mage finitimi ciues tellure cientur
Túmque ſenatores vrbis ſueuere iuuencæ
Frangere ceruicem perpeſſæ haud pondus aratri,
Vaſtis vbi vallis erit, incultáque, & aſpera ſaxis,
Teſtatíque ſcelus ſi non miſerabile ad ortos
Sunt extra poſiti noxam, quibus omne loquela
Crimen diluitur optante piamina cœli:
Atque lauant in valle manus, ſupráque iuuencæ
Exanimum has corpus februant: pactúmque cadauer
In cruce pernoctat nuſquam, ſed humabitur ante,
Atra ſoporiferas quàm nox collegerit vmbras:
Scitáque noſtra vetant muliebrem corpore cultum
Ferre mares, ſexum mentita & veſte virili
Fœmina, & ornatu diuinas excitat iras,
Excipiens & qui per ſyluæ auiaria nidos
Cum genere ereptam detraxit ab arbore matrem
Haudque eadem ſulco committens ſemina eidem,
Conſita vinetis & miſcellanea, quive
Cum boue araturum forti religauit aſellum,
Atque lacertoſo diuerſa animantia tauro:
Noſtráque gens tignis ſtructos molita penates
Extantem ædificat loricam in vertice muri,
Funeſtetur vti lapſorum haud ſanguine ſedes:
Textáque vitanda eſt veſtis ſubtegmine lini
Lanea, geſtatur ſolum & circundata limbo:
Si quis & oſtendit pra nuptibus eſſe maritam
Flore pudicitiæ lapſam, tum fœmina iuxta
Veſtibulum, patriſque fores cadet obruta ſaxis,
Gnata ſacerdotis verò torrebitur igne,
Síque nefas coniux non teſte probarit vtroque,
Caſtigandus erit: pretio multabitur idem

Aut ſi poſterior moritur, ne polluat oram
Illa datam Hebræis coitu oblimata duorum:
Nec potis Iſacides congreßum accedere belli eſt
Coniugis ante initum ſponſus, neque munia tractat
Publica, dum prorſus ſpatium decurrerit anni:
Haud mola & inferior, ſupremáque pignoris ergo
Dantur, & humanum ſunt ſi qua parantia victum:
Eripitur lucis huic ſanè vſura cadenti,
Diſtrahit Hebræum qui fur, pretiúmque reportat:
Intrat nilque domum, ſcrutatur & intima tecti,
Mutua qui dederit, cum rem pro pignore poſcit,
Limine conſiſtit verò, ſi pauperis autem
Sedibus elatum eſt, reddi ſub Solis egeno
Conuenit occaſum, reddenti nocte precetur
Vt bene veſte ſua tenuis popularis amictus:
Omnino patrium ob peccatum in pignora non lex
Iſacidûm ſæuire ſolet, neque noxia gnati
Officiet patri: pupilli nónque licebit,
Atque peregrini donis corrumpere diti
Indicium, viduæ vel ſumi ob pignora veſtem,
Atque oleam relegi, & ſuperantem vitibus vuam:
Sontibus & plexis infingi verbera iuſſum eſt,
Exigit vt ſceleris leuitas, grauitáſve, decétque
Bis tantum hos decies cæſos, totiéſque feriri,
Dedecoretur uti non multo verbere coram
Iſacideis: tauro & ſudanti pabula tolli
Haud decet, os vel ei ſtipari: & lege iubetur,
Vt quæ poſt cineris ſuperauerit oßa virilis
Contumulata ſolo, ſuccedat coniugis vxor
Germanæ exanimi, primæuáque nomine proles
Dicatur tumulo preſſi, non ducere gloßem

Si volet at Lenir, mulier gradietur adúſque
Ora ſenatorum, ſi velle & ſumere præſens
Se neget hanc nuptam fratris germanus humati,
Depede calceo lumgos demet inire negantis
Connubium, pariterque hominis ſpuet ora grauati
Nomen in extinctis ſuffectos gignere fœtus:
Stricto fœminea & cadenda eſt dextera ferro,
Deffenſura virum quæ prenſa virilia tractat
Aduerſati hominis, orto certamine vtrinque:
Et diuerſa nefas in fiſco eſt pondera haberi:
Menſuráſque domi diuerſas nullus habeto.
Hæc cum iuſſa mea primo ſunt prodita genti,
Caſtra frequentabat, quæ tunc egreſſerat extra
Podicis infoſſum terræ peditatus oletum,
Hinc neque prodibat comitum in commercia, ſi quis
Pollutus fuerat penis per ſomnia luxu,
Eſſet aqua prono febru atus Sole priuſquam:
Circumuentus eam nubis caligine Moſes
Attulerat legem, cuius præcepta ſequuti
Iſacidæ genio metatos præpete poſſint
Ante ſecante vias ſecuri tangere fines,
Gentibus & Syriæ deiectis regna capeſſant,
Harum ſi ſtatuas aris, moréſque peroſi
Proruerint ſimulachra deûm, ſoliq́ue litarint
Pulchrè ſacra deo, Cereris qui dona ſecundet,
Arceat & rigidos columi de corpore morbos,
Et vitam incolumem fortunet adúſque ſenectam
Vſque puerperio fœcundans matribus aluum,
Quique coercendam portentis terreat oram,
Aduerſóſque fugans ceſtro volitantis aſili
Paulatim iubeat populos decedere terra

Hi ne ſi propere patrio de limine cedant
Sit regio incultu ſqualens,& inhoſpita glebis,
Et deſerta feris ſecura cubilia præſtet,
Quæ ſtabulis pecudes iugulent,rictúque colonos
Oris hiante petant,regniſque licentius errent,
Tethyos vndiſonæ vaſtum qua terminet æquor
Puniceúſque ſinus, deſertáque adúſque fluentum
Sint quibus Euphratis pro limine:dúmque feraci
Denique fœlices poſitura inſiſtere glebas
Contigerit,cautum eſt,gentis commercia Hebræi
Indigenæ vitent,huic nec ſe fœdere iungant,
Finibus inque ſuis hanc nuſquam degere vitam
Suſtineant,huius ne relligione deorum
Corrupti Iſacidæ peccent permulta,deique
Vnius à ſacro deflectant pectora cultu,
Perniciale ſacrum quod ſit cultoribus olim.
Auribus excepit quæ poſtquam ſingula Moſes
Scita dei montem ſupremum aſcendere iuſſus
Nadabo comite,ac Abio,atque antiſtite Ieſba,
Atque ſenatorum pompa,quos plebe dirempta
Bis numero duxit tricenos calle,decémque,
Cuncta renarrauit populo præcepta receptæ
Pollicito legi parere,ac omnia iuſſa
Expoſuit,ſimul & perſcripſit,& extulit aram
Montis ad extremam radicem mane,duóſque,
Atque decem poſuit cippos ſua caſtra ſequentum
Pro numero tribuum,ſolidóque vbi victima agendo
Occubuit ſacro,cæſique fuere iuuenci,
Is ſuper inuexit ſacratum altare cruoris
Dimidium,cùm pars crateribus indita primum
Dimidiata foret,ſeruanda conſcia legis

Quæ populo aſperſa eſt per lecto fœderis ante
Publicitus libro ſitientes plebis ad aures:
Et videre quidem Moſes, & Iesba *perinde,*
Nadabúſque, Abiúſque Deum, pariterque recepti
Monte ſenatores, opus eſt & cœlile viſum
Sapphiri ſpeciem referens, cœlúmque ſerenum,
Idq́ue Dei pedibus ſuberat mirabile viſu:
Nec quicquam grauius ab eo ſunt corpore paſſi
Primates populi: quo viſo edere cibatum:
Hácque ſuum reditum Moſes *in ſede morari*
His vbi præcepit, ſacrúmque reliquit Iesbam,
Ac Hurem ſocium I*ſacidis in lite futuros*
Diſceptatores, iuſſus conſcendere montem
Numinis imperio faſtigia ſumma petiuit,
Vt legem acciperet, tabulámque in vertice vtramque,
Quem famulus fuerat comitatus Io*ſua ſolus:*
Viſáque tum nubes montem eſt obducere Sinam.
Huicque Dei inſedit ſplendor, ſeniſque diebus
Obductum is tenuit cum Moſem, nube vocauit
Hunc deus è media, poſtquam lux ſeptima fulſit,
Ille vbi conſpexit numen ſplendore coruſcum
Ignis in ardentis ſpeciem, quæ flammea Hebrais
Viſa fuit, Moſes *& tum veſtigia nubem*
In mediam fecit, fuit iſque in monte moratus
Vicenos, totidémque dies, hunc ſcanderat ex quo,
Denas atque quater noctes: cum Moſe *loquutum*
Inde aliquid Numen cunctis ſibi honoris haberi
Sanxit *ab Hebrais donum ſacrantibus vltro,*
A quibus argentum, detur quoque purpura, & aurum,
Byſſus item, poſtquam netum reuolubile filum
Rurſus erit: coccum ac iteratum, hyacinthus & vnà

Ornamenta

Ornamenta adyti propter ſacranda ferantur:
Vellera conferri per quos caprina, ſimúlque
Melibus euulſas pelles, & ligna iubebat
Cedrina, quæque aries veſtiuit ſcortea lanis
Artificis rubefacta opera: quod munera odorum
Creuit ad vnguentum, necnon ſuffimina ferri,
Expreſſóſque oleæ ſuccos ellychnia propter,
Ac onychas gemmas, celaturáque monilis
Appoſitas cauſa, ac ornatus nomine ephodi,
Et ſibi præcepit fieri ſacraria templi,
Ac cedrinis arcam lignis, quam veſtiat aurum
Intus, & inducat extra, quámque aurea cingat
Crolla, bis huic geminus conflетur & annulus auro,
Qui cedrinos vectes traiectos orbe receptet,
Et tabulam ſupra ſit vterque Cherubus in altum
Aureus expaſſis alis, ſint lumina cuius
Altera in alterius vultum iactata propinquum
Aduerſa facie: cruſtari cedrina & auro
Menſa eſt iuſſa modò ciſtæ cingenda corona,
Leuigena geſtent arcæ quàm vectibus inſtar,
Quámque ſuper panes ſtatuendos vſque reponant:
Extundi & phialas auro libaminis ergo,
Ac pateras; ſimul & diſcos, fieríque catinos
Iuſſit Adonæus, puro & mandauerat auro
Myxophorum is ſolidum fingi, ſcutuláſque, globóſque
Et ſcapos numero ſenos, ac lilia, cruſque,
Et cùm forcipibus ſoculos, ſeptémque lucernas:
Cuncta quidem fiant auri quæ vaſa talento:
Dena etiam ex byſſo texenda fuere vienda
Lintea, cum cocco ac iterato his purpura iungi
Debuit, ac hyacinthus item Phrygionis opella,

Pecta Cheruborum facie qua fibulet vncus
Aureus, Achorum vicenus vtrinque per oras,
Sit quoque ter decimus, ligulis & inhæreat idem
Tot numero, ſpecie ſit quarum hyacinthia forma:
Atque etiam ex ſetis caprarum ſtragula fiant
Vndena, & ligulæ, quibus interiora tegantur
Lintea, quæ ſupra rubefactæ tegmina pelles
Vtraque ſint, aries quas multus geſſerat olim,
Deſuper atque aliæ detractæ mellibus inſint:
Aſſeribus cedrinis & multa argentea ſubdi
Iuſſa eſt ſpira, quibus poſt annulus aureus inſit
Multus, is ac auro contecta repagula cingat:
Et fieri ex byſſo velum à Phrygione decebat,
Atque etiam cocco, ac hyacintho, ac inde columnis
Quatuor appendi cedrinis, auróque tegendis,
Argenti baſibus fultis quibus aurea ſupra
Sint capitella: deus quod ſubter iuſſerat vncos
Suſpendi, penetrale ſacra quò ſanctius æde
Diuideret, poni quod ciſtam edixerat intra,
Extra & myxophorum menſæ è regione locatum
Adlatus obuerſum nebuloſi flatibus Auſtri,
Oppoſito flabris lateri cum menſa Boréis
Imponenda foret: voluit quoque ad oſtia fani
Effultum cedrinis columellis ſurgere quinis,
Et ſimul auratis aulæum, hinc aurea deſint
Non capitella quibus, baſium quoque ahenēa ſedes.
Licia contexi per verſicoloria verò
Aulæum decuit, cui non cum purpura abeſſet,
Atque hyacinthus item, byſſúſque eſt victa licando
Ante fores, coccum huic iteratum accedere iuſſum eſt,
Atque coaſſari cedrinis poſt axibus aram,

Incruſtari

Incruſtari etiam per flammas ære liquato,
Quo ficus & circum retis fabricabitur inſtar,
Et bis vtroſque latus orbes altaris vtrumque
Inſixos habeat, cedrinos quibus indere vectes
Immiſſos liceat: geminus bis & angulus aræ
Bis geminata gerat ſupremis cornua in oris:
Cui ſcopæ ad cineres fiant, & cacabus vnà
Multus, & accuſis pelues ex ære batillis,
Cúmque tricuſpidibus hoc vaſa tridentibus aræ
Omnia conſlentur: ex byſſo & vela vienda
Sint centum cubitis extenſa à parte Boréis
Flatibus obuerſa, totidémque ex paſſa locentur
A latere Auſtrali: cuinis & ineſſe columnas
Viginti deceat, capitella argentea quarum,
Ærea ſitque baſis: quinquagintáque patebunt
Vela quidem à Zephyro cubitis, in parte columnæ
Quæ dena, totidémque baſes molimine fiant:
Triginta & cubitis, vigintíque atria ab ortu,
Sicut ab occaſu Solis, protenta pateſcant,
Quindenûm ſed erunt cubitorum lintea ab Euro,
Vt latus hinc, illinc porta veletur vtrumque,
Tréſque baſes fiant, totidémque hinc inde columnæ,
Atque ſit aulæum per verſicoloria factum
Licia viginti cubitis ad lumina longum,
Coccineus cultus, pariter quod ianthinus ornet,
Atque vienda ſimul byſſus, ſint quatuor autem
Ære baſes facta columen bis vtrumque gerentes,
Atque columnarum capitella argentea fiant:
Tunc quoq; ephodus, erat cinctus quoque habẽdus Ieſbæ,
Circumtexta ſimul tunica, & prætexta, gerique
Infula temporibus iuſſa eſt, collóque monile,

Subligar iſque habeat circa genitale, ſupérque
Ex byſſo tunicam, prætexta at Ianthina verò
Fiat, erit cuius extrema limbus in ora,
Punica ſint in quo byſſo confecta vienda,
Et cocco, & pariter hyacintho mala, ſimúlque
His alterna decet factis crepitacula poni
Aurea: ſitque ſuper prætextam, & pectora ephodus,
Necnon terga tegat, quem byſſus, purpura & æquè,
Condecorétque ſimul hyacinthus, & inſuper ornet
Limbum haud materies diſpar, & epomida ſtringat
Baltheus: & geminas incidi à numine gemmas
Præceptum eſt onychas, humeri faſtigia ſupra
Impoſitæ quæ ſint, impreſſa threumata quarum
Iſacidûm ſeruent nomen celamine vtrinque,
Circulus & puro geminus conflabitur auro,
Huic inſerta et erit geminata catenula pendens
Aurea, perplexíque operis peragenda labore eſt,
A qua pontificis par ſit pendere monile,
A phrygione quidem quod epomidis eſſe peractum
Materiæ decuit, biſſenarúmque decenter
Compleri ordinibus gemmarum quattuor, hæ ſint
Iſraelis vti generis monumenta nepotum
Ventura ſoboli: ac violacea vitta monilis
Debuit axillis hærere, hanc annulus & bis
Contineat geminus, cultus qui corporis Eſſen
Dicitur in partes ſpatio palmarius omnes,
Inditus expleret quod èphodi rite lacunam
Conſulto artificis opera texente relictam:
Eſt quoque præſcriptum, quæ præſulis infula crines
Implicet, hanc etiam quæ lamina condita puro
Ambiat ex auro perſcriptum ſacra Tonanti:

Deſuper & petalon quæ præſſet Ianthina vitta,
Et quas Leuigenis tunicas contexere lino,
Quod tegimen deceat capiti,quæ cingula veſti,
Quem priſci Iſacidæ cultum dixere Chanaas:
Quo tunc Leuigenis ornatu corpora velans,
Hóſque dicans taurum iugulari fecerat vnum.
Atque expers vitij eſt aries mactatus vterque
Qui ſine fermento patulis geſtanda caniſtris
Ex ſimila fieri tunc cruſtula adorea iuſſit,
Et ſine fermento panes huiúſque carentes
Infuſo molliri oleo fingique placentas:
Túmque ſacerdotes lotos in limine templi
Conſtituens oleum nudata in tempora fudit,
Inque baſim inuexit reliquum,fibrámque ſubinde
Is iecoris,renéſque duos,& renibus hærens
Pingue adolens,necnon omentum prorſus in ara
In flammis corium cum tauri carne cremauit
Extra caſtra, ariéſque in plurima fruſtra reciſus
Cùm fuit abſumptus accenſis ignibus alter,
Alterius taſi dextras circumtulit aures
Sanguine cunctorum,manuum cum pollice dextro,
Atque pedum:reliquo & rubuit ſuper ambitus ara,
Leuigenæ aſperſi quo ſunt,oléxque ſacrati
Palladiæ ſuccis: et ritè operata peractis
Religio eſt poſtquam ſacris,ac flamma quieuit,
Hi pecudis caudam retulere adipémque duóſque
Deſumpſere ſibi renes,omentáque,& armum
Cum iecoris fibra dextrum,qui renibus hærens
Pingue habuere ſimul,panis quibus inſuper vnus
Eſt datus,éxque oleo commiſſo,& pane placenta eſt
Addita,cum libata forent & cruſtula ad aram

Neſcia ſermenti, ſumpſere ex omnibus vnum:
Corporibus ſanè quæ ſunt defecta litandis,
Porricienda deo pecudum pectuſcula ſunto:
Conferri & generi debet veſtibus Ieſbæ,
Denique inungatur in quo, manibúſque dicandis
Sacretur Superûm domino, ſeptémque diebus
Hunc geret ornatum penetrale in ſanctius intrans,
Debita cùm pulpa eſt comedenda ad limina templi,
Conditáque in qualo Cerealia munera mandet
Veſtibulum iuxta ſuperantes Solis ad ortum
Relliquias igni mandans, quibus aduena debet
Nemo cibis veſci, ſeptémque altare piandum
Solibus eſt vngi cautum, libandus vtérque
Quoque die anniculus quod ſupra eſt iugiter agnus
Cùm vino, & ſimila victu renitentis oliuo,
Diſcutiet quoties nocturnas Phoſphorus vmbras,
Et tenebris quotiens concedent lumina lucis:
Ac aram fieri cedrinam ſuffimina propter
Parſuit, emineant vbi cornua quatuor auro
Tecta, & vbi vectes cedrini mittantur vtrinque
In geminos orbes conflatos primitus auro,
Inde corena ſuper quam cinctus ambiat inſtar,
Prorſus inauretur quatum ſtatuenda ſecundùm
Vela adyti, ſub quo venerabilis arca locanda eſt:
Altare ac cedrinum ſub noctem, & mane ſacerdos
Suffiet æternum Panchæo pronus honore,
Præſcripta ſibi lege fouens cùm lampadis ignem
Septena rutilis offundet pabula flammis,
Deſuper & tantùm conſperget cornua præſul
Sanguinis attactu febriuantis crimina vulgi
Anno quoque ſemel delubra per intima vadens,

Sanctius

Sanctius haudque petet greſſu penetrale, priuſquam
Abluerit geminàſque manus, calcéſque liquore:
Inque opus Hebræi pretium ſunt pendere iuſſi
Quatuor excreti luſtris ratione potentum
Non hominum ducta, fortuna aut ſortis egenæ:
Nullus cúmque foret per Moſem cenſus habendus,
Quémque hominem decuit ſemiſſem ſoluere ſicli:
Et labrum fieri iuſſum eſt ex ære lauandis
Leuigenis, ſcapus cui fuſilis æneus inſit:
Componique ſibi pariter Deus vnguina iuſſit
Ex myrrha, acoleo, calamo quoque, cinnama cuique
Iris & accedant, quibus arcam, & ſanctius vngi
Conueniat myſtis adytum, quibus omnia & edi
Commoda, diuinis & cultibus apta perungi
Par fuerit, ſimul & cùm patre antiſtite natos,
Si quibus eueniat populares corporis vti
Delitias propter, vel concinnare, ſuorum
Tollendi è numero ſunt iure: ac inſuper aræ
Suffimen fieri eſt præceptum, Galbana cui non
Cùm ſtacte, atque croco deſint, & thure friatis,
Et ponatur idem ſacratum oracula propter,
Adiutus ſocio quod demum filius Vri
Conficiat, necnon vnguentum, ac omnia, Moſi
Quæ fuerant præcepta, ſacras & præſulis vnà,
Gnatorúmque ſimul veſtes, conflatur & auro
Quicquid, & argento, flammis ac ære liquato,
Quicquid & extundit fabrilis dextera cedro,
Quique etiam gemmas anaglyptes ſcalpere poſſit:
Hæc vbi dicta deus dederat, rurſumque diei,
Quæ ſeptena redit ſemper placidiſſima Hebræis,
Sunt mandata coli diuino ſabbatha cultu,

Tradidit huic tabulas hæc cuncta effatus vtraſque
Inſcriptas digito diuino in vertice Sinæ,
Quem de monte quidem monuit ſuccedere valli
Quod populus pecudes vitulo mactauerat inſtar
Numinis, húncque Dei fuerat veneratus honore,
Conflari nec erat luctatus Iesba colendum:
Dux populi cinerem cuius commiſcuit vndis,
Háſque propinauit libandas omnibus ore,
Et ſimul aſſenſum non reclamantis Iesbæ
Increpuit, caſtríſque mouens in bella ſequutos
Leuigenas Erebo miſit tricena ſuorum
Millia, & inde iugum ſubiit, numénque precatu
Orauit, ſtimulos, meritáſque remitteret iras:
Atque id multa querens, & vulgo plura minatum
Oppida commonuit contendere debita fatis,
Tramite quod ſeſe referat, ne ſtragis ituros
Deiiciat caſu populos pro crimine bilem
Concipiens: comitem genium quod conferat inde,
Atque ducem calli: quo tum ſermone recepto
In lachrymas ſoluit rorantes lumina plebes,
Induit haúdque humeris ſumptas de more lacernas,
Ac ſummota procul caſtris tentoria fixit
Nube ſuperpoſita dux circumfuſa columnæ,
Atque in veſtibulo reddens reſponſa querelis
Mutua commentans cum numine dicta ferebat,
Inde pedem qui ſi remigrans itione referret,
Sede faceſſebat nil Nunis Ioſua natus:
Quódque ſacras Moſes cliui in radice tabellas
Fregerat auditis choreis, populíque ſtrepentis
Cruſmatibus poti iam nectare vitibus olim
Deſumpto Meroes, incidit more priorum

Is

Is tabulas,tum dena quibus mandata notauit
Culmina conſcendens montana,vbi potibus,haudq́;
Eſt epulis vſus,donec numerata fuiſſet
Bis vicena dies,nox & viceſima vati
Bis conſumpta foret : didicit commercia qui non
Exercenda Syrægentis,Syriáſque locandas
Non eſſe Iſacidis ſponſas,libatáque diuis
Viſcera non eſcam propter ſumenda,nec aris
Ponendas ſuperûm ſtatuas,atque aggere montis
Multiplices monitus retulit,qui monte reuerſus
Non radiare cutem clari ſibi nouerat oris
Numinis alloquio radiati brachia geſtans
Per ſubiecta duas tabulas,ſunt flectere Hebræi
Cuius in obtutum veriti ſua lumina, Ieſba
Congreſſum pauitante ducis, ſermone citatus
At cum principibus flamen cùm Moſe loquutus
Se reuocante fuit, ſuſcepta cacumine ſummo
Reddita ſcita quibus ſunt plana: & mollia poſtquam
Velamenta ſuo Moſes *obtenderat ori,*
Conticuit facto dicendi fine,deique
Conſpectum quoties eſſet progreſſus aduſque
Tollebat detracta ſua velamina fronti
Tempus aduſque abitus,prætendere vultibus autem
Præ fulgore cutis rediens à monte ſolebat,
Hebræis diuina quidem cùm iuſſa referret:
Omnibus ille quibus faciebat verba coactis
Sex opus hortatus ſemper patrare diebus,
Id verò differre,foret lux ſeptima poſtquam
Viſa polo,atque focis ignes procudere nullos
Torrendam ob Cererem flammis,pecudéſve coquendas
Inque adyti cultus conferri munera iuſſit,

Largiti ex animo quæ ſunt ingentia Hebræi,
Fœmineǽque manus byſſum neuere, ſimúlque
Primates onychas, atque ob cælamina gemmas,
Ad quæque odoratum ſuffimina iuſſa dederunt,
Palladiúmque oleum ſeptena in lampadis ignes:
Cum ſocio expedijt quæ pulchrè filius Vri
Afflatus ſupera collati numinis aura:
Inque opus inuecta eſt Phœbæos tanta ſub ortus
Congeries rerum, præconis vt ore canoro
Hæc intermitti ſit Moſe edicta iubente
Luxuries egreſſa modi farragine fines:
Artis & exacti fabricarum, vſúque laboris
Artifices ſciti cocco, byſſóque perinde,
Et plumata decem fecerunt murice miſto
Lintea, viginti cubitis quæ ſingula, & octo
Longa, bis at verò geminatis lata fuerunt,
Tricenus numero, vicenus & aureus vncus
Oſtrinis totidem ligulis quæ nexuit, hiſque
Omnibus exactis caprarum ſtragula ſetis
Sunt vndena etiam confecta, & tegmina pelle,
Quæ ſibi detracta ſe multus ſenſerat olim
Non aries glubi, poſtquam demortuus eſſet,
Pellibus extinctis & melibus ante reuulſis
Sunt facta ob pluuias tegumenta locanda ſupernè:
Et cubito latus, ſemiſſe & cedrinus aſſer
Eſt factus cubitis bis quinis longus, ad Auſtri
Qui vicenus erat flatum, viceſimus atque
Ad Boream, à Zephyri & trepidi bis flamine ternus,
In templi & fuerat verſura erectus vterque,
Vtraque dum cuiuis argentea ſpira ſubeſſet:
Quináque poſt templi confecta repagula vtrique

Cedrina

Cedrina ſunt lateri, totidémque à parte locauit
Occidui Solis fabricator capta per orbes,
Veláque depinxit acubus ſubnixa columnis
Quattuor, & quinis aulæum in limine pendens
Licia contextum per verſicoloria fecit,
Ac etiam cedrinam cedrinis cum vectibus arcam,
Ex auro & tegumen, geniúmque vtrumque volantem,
Ac cedrinam Cereris capturam munera menſam,
Ex auro & phialas, ac vaſa accommoda menſæ,
Laturúmque etiam ſeptenam lampada fulcrum,
Et cum forcipibus ſiculos, ſuffimina & aram
Propter odoratus cedrinam, cúmque vnguine ſacro
Suffimen pariter ſacri ad thymiamata fani,
Atque recepturam pecorum libamina texit
Ære, bis & geminis inſtruxit cornibus aram,
Labrum Leuigenas propter ſimul extudit ære,
Atriáque, & fecit pendentia vela columnis,
Aulæúmque etiam, et paxillos ære, ſacráſque
Pontificis veſtes, & ephodum, onycháſque duobus
Impoſuit geminas humeris, pendénſque monile
Gemmarum ordinibus ornauit quattuor, eſtque
Prorſus facta ſacri prætexta hyacinthina ephodi,
Textilis in limbo quæ geſſit apyrina mala
Stridula tinnitu: necnon cum præſule gnati
Ex byſſo tunicas habuere, & lamina Iesbæ
Impoſita eſt capiti ſtringente coercita vitta,
Infula cui ſicut collata eſt, tempora tanas
Circum ſic etiam gnatorum cuncta gerebant,
Velauere quidem quorum capitalia crines,
Subligar ex lino factum eſt quibus omnibus vnà:
Accurata dei ad præſcriptum ſingula Moſes

Quæ ſpectans populo poſtquam eſt bona verba precatus,
Fante ab Adoneo ſacra eſt tentoria iuſſus
Alterius primam ſub lucem figere menſis,
Ligna quibus ſtatuat genium geſtantia vtrumque,
Et ſimul aulæum, ac oppangat vela columnis,
Aduerſámque adyti defingat faucibus aram
In cinerem aggeſtis verſuram viſcera flammis,
Inter & hanc necnon delubri limina labrum
Collocet accipiens gelidam, qui mulceat ædem
Vnguine compoſito ſacratam, & ſtragula ſubter
Interiora domus quæcumque fabrilis opellæ
Condita conſtiterint ſtudio, labrúmque, rogíſque
Exta crematurum, carnéſque altare deuſtas,
Inſuper & lympha lotum ſacra ad oſtia Iesbam
Cum genere, atque olei fuſis aſperſibus vnctum
Veſtibus aduelet, gnatorum & corpora byſſo:
Ille igitur menſis primi penetrale Kalendis
Sanctius erexit, atque aſſamenta, baſéſque
Suppoſuit, qui poſt digeſta repagula ſcitè,
Atque columnarum ſeriem tentoria ſurſum
Extendit, tegiménque ſuper, genióſque locauit
Introrſum aligeros arcam ſuper, haúdque videndam
Omnibus hanc poſtquam templum celauerat intra
Diuitis obtentu veli, compegerat idque
Ante vaporandam fumo thymiamatis aram
Extra ſe poſitam, Boreæ tum flamina verſus
Conſtituit menſam, panéſque, horúmque locatæ
E regione palam rutilabant lampades igne;
In quoque inauratam ſuffitor ſuffyt aram,
Et templi placuit aulæum obtendere portæ,
Atque aram pecudes propter prope limina poni,

In qua eſt ſacrificans operatus munere ferti,
Inter & hanc labrum poſuit, fanúmque propinqum,
Atque infudit eò gelidam, cum præſule gnati
Purgarentur uti ſubituri templa, manúſque,
Perluerḗntque pedes: cinxerunt atria & aram,
Et fanum pariter, aulæo obtendere quorum
Rite fuit portam mandante à numine iuſſum:
Omnia quæ poſtquam digeſſerat ordine Moſes,
Protinus obduxit delubri oracula nubes,
Sic ſplendore dei quæ ſunt radiata ſuperni,
Vt non poßet eò Moſes penetrare, viámque
Carpere: ſe quoties & templi à tegmine in altum
Suſtulerat nubes, ſibi debita regna petebant
Iſacidæ fatis, eadem cum ſiderat autem,
Penduláque in cœlo ſteterat, non caſtra mouebant
Diſpoſiti in turmas, dêrat neque noctibus ignis
Illuſtrans tenebras, neque ſemper fuſca diebus
Defuerat nubes, donec regione recepti
Pollicito Hebræi promißa numinis eßent,
Cunctorum numero quorum ſexcenta fuere,
Et tria quingentos populares millia ſupra,
Bis quoque vicenos ponentes caſtra, decémque,
Condiderant qui iam quinquennia quattuor omnes,
Qui verò haud poſitus complexos calculus in ſe
Leuigenas habuit, numen mandauerat aræ
Stare ſuæ quos pro primæuis fœtibus olim
Interitis genij non cuſpide, quóſque iubebat
Excubias agere in templis, tunc millia quorum
Geſtandis fuerant accommoda faſcibus octo
Quingentos homines ſupra ſic ſacra gerentes
Pondera, vicenóſque quater, quibus omnibus ætas

Ter geminis fuerat luſtris matura peractis.
Tunc lepra maculis ſparſum, Moſéſque madentem
Profluuio eiecit genituræ, prodidit iſque,
Funeſto è medijs pollutum funere caſtris:
Hæc deus exponi pariter mandauit Hebræis
Si quis, ſiqua etiam peccatum fœmina peccans
Fecerit humanum, potuit committere læſo
Numine cum multam, profitens ſua crimina primo
Impoſitæ ſummam debebit pendere multæ,
Cui commiſſa fuit quoque multa, huic inſuper addet
Particulam quintam, quam nemo ſumat herili
Si demum ſibi iure ſuam, deſitque propinquus,
Multa ſacerdoti pecudem ſit debita præter
Supplicium propter: cuius donaria ſunto
Omnia quæ Hebræi conſecrauere deúſque
Pertentare fidem muliebrem hoc more docebat
Ambiguam, deceat quo vaſi infundere lympham,
Puluere déque ſoli deſumere, et indere in vndam,
Ac tondere caput muliebre, & tradere fertum
Detonſæ manibus ſine thure, oleóque ferendum,
Et diram manibus, & amaram puluere geſtans
Præſtes aquam iurando adiget ſub templa vocatam,
Atque is porriciens fertum poſt ſuffiet aram,
Vndæ & fœmineo potum dabit ore bibendæ.
Qua pota, ſtuprata fuit ſi fœmina quondam,
Diſtendetur ei ventris membrana, femúrque
Decidet, hæc quod ſi fuerit non conſcia ſtupri,
Progeniem illæſo procuſam ventre creabit:
Ne cum ſe Iſacidæ luſtrant votíſque dicantur
Aſtricti, haud temetum, vel acetum, aut vina bibuntur,
Haudque ſereneſcentes licitum eſt, vuáſque recentes
Guſtare,

Guſtare, aut acinos, vinacea & vlla comeſſe,
Nec capitis crines admota nouacula radit,
Cæſariem paſcunt hi verò, munere donec
Prolato fuerint ſebruati, à funere & atro
Auertunt oculos, tactúmque cadaueris horrent,
Corpora quo fuerint at ſi polluta repente,
Radendum caput eſt, luxerta eſt ſeptima poſtquam,
Octonáque die defertur pullus vterque
Turturis in templum, geminusve columbulus, vtque
Tempora complerunt capiti præſcripta ſacrando,
Eſt expers aries vitij ratione ſalutis
Victima, & anniculus agnus ſimul agna litatur
Annicula haud vitio labefacta, oleóque ſubactas
Præterea poſitum eſt in more offerre placentas,
Necnon vncta oleo cum ferti cruſtula dono
Neſcia fermenti, et ſimilagine facta, decétque
Inſuper offerri ſacra ad libamina vinum:
Hos populo tradens mores ſacraria poſtquam,
Vnguine & aſperſit templi ſpectantia cultum,
Sex geſtura adyti fabricam ſarraca, bouéſque
Patricij tribuere viri bis munere ſenos
Aggeſſere datis etiam munuſcula plauſtris
Simplicis argenti, peredenda & viſcera flammis:
Exaudiuit vbi Moſes oracula cœli,
Clara Cheruborum fuerat quà forma duorum,
Atque is Leuigenas ſparſit luſtralibus vndis
Veſtibus ad labrum lotis: cæſaque pilorum
Luxurie geminúmque bouem, ſimilamque litauit:
Quinque obeant actis aræ qui munia luſtris,
Et qui poſt totidem grandæui à munere ceſſent,
Creditáque aſſeruent ſtudis donaria tantum:

Iámque ab Erythrea traiecto littore arena
His rediens Veris curſus proceſſerat alter,
Cùm ſine frumento durarunt fornice fruges:
Feſta nec admiſſi verò in celebranda fuere
Funere polluti, Phryxæo à vellere donec
Delius ad Tauri ſydus temone rediret:
Hique die menſis quarta, decimáque ſecundi
Feſta celebrarunt ſub viſa crepuſcula, & agnum,
Intubáque ederunt, fuerat quibus azyma cunctis
Eſca Ceres, ſocia pariter qua lege tenentur,
Qui coluere nihil ſolennia menſe priore,
Calle quòd à caſtris ſeiuncti longiùs eſſent:
Semper ſtánſque ſuper tentoria candida nubes
Signa viæ dederat, ſeſe cùm tolleret autem
Per tenebras eadem, ſeu luce, aut lucis in ortu,
Argumenta dabat rapiendi tramite greſſus,
Et fractos ſonitus argentea buccina promens
Vtraque vellendis clangebat teſſera caſtris,
Cúmque ea habebantur. eadem & clangore ciebat
In cœtum gemina Iſacidas, dum turba frequentis
Conuentus ex more foret cumulanda Kalendis,
Pollucenda foret cùm feſta aut victima luce:
Qui montes adeo cuncti liquere Melanes:
Tum ſuper & nubes ignota Pharanis inumbrans
Auia conſedit, vbi iunctim à Moſe rogatus
Hobabus & conferre gradum, quòd filius eſſet
Is ſoceri: ſpatio Hebræi quo caſtra mouentes
In Syriam fecere pedem, triplicíſque diei
Ibant curriculo, quos tot duraſse labores
Emenſi piguit callis, iaculatáque cœlo
Caſtra dedit cineri vindex extrema querentum

Flamma,

Flamma,quòd indignis Adonæi queſtibus aures
Impulerant,Tabera & locus eſt ex igne vocatus:
Hique etiam rurſus fleuere cupidine ducti,
Piſcibus atque etiam,carníque inhiauit orexis,
Ac porris, ſimul & cepis: ſubiere pepones,
Alliáque Ægypti mentem,cucumérque perinde
Ceruleus quondam Meſrais lectus in hortis,
Pertaſúmque fuit labentis ab aere victus:
Atque ſenatorum poſtquam ſolertia menti
Didita Moſis erat per numen fata canentûm,
Innumera à vento raptim eſt diſperſa coturnix,
Ingluuiem qua ſic explerunt ortyge edones,
Carne vt non penitus conſciſſa dentibus iram
Numinis incenſam facerent igneſcere edaces,
Cladibus affecti quo ſunt, tumuliſque ſepulti
Nomine,ob infelix & buſta cupidinis omen
Hunc dixere locum non merſi funere acerbo,
His & Haſerota ex Buſtis petiere profecti:
Atque vbi digreſsum eſt ſuperans à mortibus agmen,
Cùm Maria præſul primos inuidit honores
Legifero Moſi,quem per maledicta malignè
Inſectatus erat,proſcindebátque proterua
Oris voce ducem carpens ſermone ſiniſtro,
Æthiopis quoniam generatam ſanguine patris
Duxerat vxorem,& diuinis creditus idem
Vnicus à populo fuerat ſermonibus vti,
Cum Maria, ſecum & collatos eſse perinde
Quos circumtulerat flamen: mitiſſimus eſset
Cùm verò populi ductor,conſcinderet haudque
Vllos Iſacidas,ingeſta ob probra frequente
Hunc deus à populo iuſſit,caſtriſque remotum

Cum Maria, necnon antiſtite tendere ad aram
Quam maledicentem, fuit atque affatus Ieſbam,
Qui mantes alios nuſquam dignetur amico
Alloquio præter Moſem, per ſomnia quamuis,
Viſáque ſe notum faciat, meritóque loquelas
Preſtitis increpuit, Mariaque: & nube rotata
Illa niui ſimilis viſa eſt, lepráque laborans,
Atque ea per ſeptem eſt à caſtris prodita Soles
Incolumis *precibus poſtremò reddita* Moſis:
Qui cum Nune ſato iuſſit, comitante Calebo,
E tribubus proceres delectos ire Syrorum
Exploraturos fines indagine furtim
Ad Noton, & populi vires, numerúmque ſitúſque:
Proceſſere igitur iuſſi, quo tempore Titan
Lampade maturas vineti coxerat vuas:
P*ræteriere quidem qui Nyſam Moſe relicto,*
Ac videre ſatos Hanakimo Hebronis in vrbe:
Ac fluuij Eſcolis progreſſi littus aduſque,
Vertice Carmeli *montis qui labitur alto,*
Hi cùm palmitibus lectas frondentibus vuas,
Cotton*áque in calathis, & punica mala tulerunt,*
P*óſtque quater denas emenſo tramite luces*
A*rboreos fœtus, botróſque à vite reciſos*
E*xplicuere ſuis tellure exacta docentes,*
Viſos atque ſatos Hanakimo, & mœnibus vrbes
Vndique præcinctas, latóſque vligine campos:
Cúmque alij reduces, progreſſi & callibus iiſdem
P*roferrent ea regna ſuis infida colonis,*
C*orporáque Hebræis illic potiora gigantum,*
Compreſſit facili rixam ſermone C*alebus,*
Finitima & ſuaſit regionis quærere fines:

Non

Non minus at noctis ſpatio, quam longa, querelas
Protulit illachrymans ingenti murmure vulgus,
Confecítque ducem dubiis cùm flamine curis,
Hóſque vbi iam vellet ſaxoſo tundere nimbo,
Idque Calebe nihil, vel Ioſua voce teneres,
Lacte licèt niueo fœcundum, & melle referres,
Atque ſolum Syriæ pomis pendentibus huber,
Coſtituit rapida hoc Adoneus perdere peste,
At veniam grata Moſes est voce precatus,
Comparet Ægypto ne tandem hæc gaudia clades
Hebræorum abitus questæ, letóſque dolenti
His fore ſucceſſus: poſuit quibus ilicet iras
Rerum opifex precibus, bilémque ſubinde remiſit:
Puniceo, at quotquot fuerant à littore ducti
Funeribus tetros atris damnauit Hebræos
Auia per terræ tumulandos, quattuor omnes
Luſtra peregiſſent qui iam florente iuuenta
Ante ſubiuiſſent quam pacta minoribus arua,
Per geminata quater quorum quinquennia tardo
Errabunda gradu ſoboles deſerta peragret,
Et quorum liceat nulli tellure potiri
Termite pomiſero fœlici, ac vbere læto
Nunc ſatum præter, complexum & amore Calebum:
Nomine quo turba ſcelerati iuere ſub Orcum:
Verba renarrauit quæ dux minitantia genti,
Non minus in Syriæ greſſum quæ protulit oras,
Luxit vbi, aſcendit quoque mane cacumina montis
Numinis iniuſſu, quam tum Chananæus ad Hormam
Perculit vſque ſequens, profligauítque ſubactam,
Thamnani premerent cùm terga fugacia ponè:
Edicens & ſacra deus dum myſtica factum

Ex oleo ferri ſirtum, ſimiláque iuberet
Cum pecore, et vino, lignantem luce diei
Deprendit populus, quæ ſunt pede ſabbata Hebræis
Obſeruanda procul non à ſtatione mouendo:
Dux igitur, poſtquam tenuit cuſtodia ſontem,
Rebus Adonæi in dubijs conſulta petiuit,
Atque hunc caſtra ſuper productum verbere cædi
Mandauit lapidum cœleſtia iuſſa capeſſens,
Iſacidáſque togæ limbos ſubtexere creuit,
Addi vitta quibus debet violacea circùm,
Oblitus reuocet per quam mens conſcia leges:
At verò à populis Mariamæ, & funere plexis
His, qui exploratis reuocabant vulgus ab oris,
Inuidia in Moſem non eſt reſtincta, virique
Pontificem contra coniurauere gregales:
Bis centum hi, quater & deni coiere, decémque,
Coráque mouit eos, Pheleto & genitore creatus,
Et cum fratre Datan Abiramo, ſumere acerras,
Quos humus audentes patefacta vorauit hiatu
Bis centúmque homines, quinquagintáque ſubinde
Æthereo abſumpſit delabens ignis Olympo,
Ære & acerrarum permulta vbi lamina facta eſt,
Hac aram artifices incruſtauere, fuitque
Hebræis ea res monumentum, ne quis Iesbam
Suffitum faceret præter, vel præſule natos:
Eſt compreſſa grauis cuius ſuffimine clades,
Deperiere hominum quæ bis geminata, decémque
Millia victorum, ſeptingentique ruentes,
Præter eos Coræ quos cauſa immiſerat orco:
Sub fani introitum porro, liménque ſedentem
Ad Moſem redijt placato numine flamen,

Quod iuſſit tribuum primores promere virgas,
Atque ſua virga quemuis inſcribere nomen,
Ac vnam pariter inſcribi nomine Iesbæ,
Fiet enim, fruticans ſit myſtæ vt virga legendi,
Edidit & demum per Iesbam *tradita flores,*
Quæ fruticabatur, poſtquam lux craſtina fulſit,
Atque ea gemmaſcens templi ſeruanda relata eſt
Sanctius in penetrale, Deo mandante referri,
Quò foret exemplo ſeruata rebellibus vſque,
Seditionis vti compreſſo murmure nulli
Occiderent inſtar morientum chaſmate, & igni:
Curáque flaminij ſelecto ex omine florum
Eſt mandata ſcelus propter populare piandum,
Qui pecudum ad fanum torreret viſcera flammis,
Quo tantum maribus victu conceditur vti
Leuigenis ſemper vigiles ſeruantibus aræ
Excubias, cuius ſacrata oracula adire
Vllum non licuit, proſtatem præter Iesbam,
Præſulis & gnatos ſacrorum arcana tenentes,
Quos decuit minimè ſortiri hæredia quando,
Illis primitiæ Cereris, generatáque primo
Debentur, & pecora decima pars debita frugum,
Cuius pontifici decimam ſunt pendere iuſſi,
Cui ſuſceptus erat in lucem Eleazarus ortu,
A quo expers vitij, ſimul vnci neſcia aratri,
Villorûmque etiam genitiuo ruffa colore
Vacca procul caſtris cum tergore, ſanguine & vnà,
Cúmque ſui pariter libetur ventris oleto,
Excipiant cuius iteratum brachia coccum,
Et lignum cedrinum, ac hyßopum ſumere debent.
Inque rogum inijciat vaccæ, quæ myſta coegit,

Quam flammis adolens Solem pollutus aduſque eſt
Occiduum, lauit quamuis cum corpore veſtes,
Exuſtæ cineres cuius frigentibus vndis
Immiſſi Iſacidas pollutos brachia tactu
Corporis exanimi ſuffuſa aſpergine luſtrant:
Tum quibus exactis greſſi per deuia demum
Hebræi venere Cadem, Mariama ſepulta eſt
In quo tunc ſpatio lachrymis defleta ſuorum,
Mota vbi turba data eſt, cum fontis egeret aquoſi
Vulgus, vbi petram virga percuſſerat autem
Dux ſemel, atque iterum, manauit copia lymphæ,
Pacarat quoniam qui non cum preſule rixas
Auxilio haud hortans Adonæi fidere plebem,
Et gelidæ curſus ſperare, haud limina quondam
Intra pollicitæ ducat regionis Hebræos:
Ex in qui precibus Nabathæo à rege petiuit,
Non per agros vt iter, vel per vinea pateret,
Quà via ſuſtinuit ſed verò regia currus,
Atque ſolituros pretium promiſit aquarum
Iſacidas, ſi ſe his, pecora & ſitientia curent:
Prodijt infeſtus cui rex examine multo:
Nomine Idumæis quo dux conceſſit ab oris,
A Cade & egreſſus turmis comitatus ad Horem
Montem aduenit, vbi fuerat confinia Idumes,
Atque Arabes petiit pergens per inhoſpita, & agrum
Arrabiæ acceſſit vrbis, quæ primitus Arce
Appellata modo per Graios Petra vocatur,
Quam Recemen populari Arabes dixere loquela,
Præmonitum Moſes quam iuxta in culmine Ieſbam
Conſtituit montis ſupremo ad lumina vulgi,
Exuit & petalon capitis, veſtéſque dicatas

Pontifici,& gnatus Eleazarus inde parenti
Cum ſuffectus erat,patria quoque Epomide *comptus,*
Greſsibus is Moſem comitans iam patre perempto
Hore *abijt,quem tum ter denos omnia Soles*
Lumina fleuerunt, ſunt iuſta & facta ſepulto:
Réxque Aradus poſtquam per deuia tendere greſſus
Audijt Hebræos, ſubſeſſarúmque venire
Tramite,captiuos duxit per prælia adortus,
Denique & à victis mutata eſt ſorte ſubactus
Vrbibus euerſis, ſimul vt fecere precatu
Vota deo,euentúque locus nunc Horma vocatur:
Et mare Erythræum *cum verſus ab Hore migraret,*
Plebs *vt* I*dumeæ fines telluris obiret,*
Hac pertæſa viæ, Moſiſque eſt facta, Deique
Queſta,quod Ægypto deducta per auia morte
Deperitura foret,quibus vt non panis adeſſet,
Atque aqua: in hanc igitur immiſſæ numine læſo
Dipſades intulerant multis per vulnera mortem,
Hóſque venenarant morſu,vulgúſque veneno
Extinctum foret omne,rogis conflaſſet ahenum
Dux niſi præſterem, factum quem pertica geſsit
Edicente Deo , ſerpens qui ſaucia ſolo
Protinus obtutu reparabat membra ſaluti,
Corpora Marmaridæ veluti languentia Pſilli
Gramine conſanant ſerpentum læſa veneno:
Et demum incolumes perplexo errore viarum
Metati ad fluuium ſunt caſtra Arnonis Hebræi,
Carmina qui propter fluuium luſere perennem:
Túmque profecturi Sehonem adiere tyrannum,
Hoſpitibus ſineret metiri vt limite regnum,
Qui ſint innocui veſtita palmite viti,

Agrorúmque ſatis, puteos neque fonte liquenti
Exhauſtos vacuent: quin is ſua regna recuſans
Prætereunda legi conſertim pube coacta
Prælia commiſit ſed non fœlicibus armis,
Vertere imparibus turmis quem bella gerentem
Iſacidæ, & regi poſſeſſos ante colonos
Submiſere iugo, captis qui mœnibus oræ
Omnibus, in primæ regnarunt ſedibus vrbis,
Principis occiſi fuerat quæ regia quondam:
Inde Batanaus rector quos milite multo
Oges appetijt, multa & mercede ſuorum
Exanimis terram generis cùm ſanguine tinxit
Regnanda imperio victoribus oppida linquens,
Sexagena quidem per ſe poſſeßa decémque
Cui fuit vrbs quondam Rabbatha potiſſima regni,
In qua lectus erat regalis ferreus octo
In longum cubitis ſpatium porrectus, & vno,
Quattuor in latum verò: tractúque profecti
Argobiæ in campis vicinis caſtra locarunt,
Reſpondet quibus Ierichus cis ducta fluentum:
Tum rex Moabidum Zippore parente creatus
Territus audito geminorum funere regum
Protinus acciuit generatum patre Beore,
Regis ad imperium veniens qui dira precetur
Hoſpitibus, tentétque viros expellere ab ora,
Carminis & pretium legati grande ferentes
Ad fluuium Euphratem ſtructam venere Petoram:
Rex magis atque graues proceres, pluréſque remiſit,
Inſtrataque aſina Balaamus manè ſequutus
A Balaco demum eſt legatos principe miſſos:
Quem Deus emonuit, ſua tantùm effata referret,

Cúmque

Cúmque aſinæ inſedit famulo comitatus vtroque
Illa via in media ſtricto mucrone minacem
Conſpexit genium,digreſſáque limite in agrum eſt,
Séque etiam appreſſit muro,quà ſemita vtrinque
Macerie fuerat vineti ſepta, pedémque
Compreſſit domini,quæ rurſum cæſa,vidénſque
Anguſto in ſpatio genium formidine herili
Succubuit pauefacta oneri,percuſſa bacillo
Irati domini quæ tum ſermone loquuta eſt,
Atque latus cædi ſibi ter deqneſta loquela eſt,
Procidua haud fuerit quæ paſſibus ante citatis,
Hactenus & dominum tutò geſtauerit vſque:
Túmque animaduertit mantes in calle tenentem
Mucronem genium, ſubmiſsóque oris honorem
Præbuit huic vultu,cui tunc pro verbere queſto
Se peccaſſe fuit faſſus,voluítque reuerti,
Pergere qui iuſſus,genij quoque dicta referre
Inceptum perrexit iter,regémque petiuit,
Montis & ad tumulum eſt ductus, faſtigia Beli
Ob cultus fuerant vbi ſacra,apicíque ſubiuit,
Enituit poſtquam roſeo Matuta rubore:
In quo dum fuerant extructa altaria ſeptem
Per vatis ſtudium, Balaci præſcripta ſecundùm
Libarunt Gemini taurorum corpora ſeptem,
Septenúſque aries mactatus ſanguine facto eſt:
Tunc vbi dum vates Hebræos omine fauſto
Proſequitur,Phaſga deductus aduſque ſupremum
Eſt à rege iugum, ſeptem ſimul extulit aras,
Vt priùs,& pecudum pingui libamine fecit,
Atque eſt Iſacidis,vt primùm, fauſta precatus,
Inde eſt in Phegoris qui ductus culmina,tótque,

Vt priùs,extruxit altaria,tótque petiuit
Libandos iugulos, deteſtatúſque profectos
Eſt minimè Ægypto,neque Diris egit Hebræos,
Vaticinatus at eſt ſortes his ore ſecundas,
Dum facere is finem ſermoni à rege coactus
Conticuit,cuius conſtantia munere nullo
Oblimata fuit,Thamnanorúmque ruinam
Venturam cecinit,Cinæorúmque futuras
Aſſyriis vrbes prædæ,quos Cittima claſſis
Impetat Aſſyriam ſubigens,Hebrǽmque perinde,
Noxiáque Hebræis regi conſulta recluſit,
Quos muliebris amor potuit deflectere honeſto,
Legibus áque datis diuino munere Moſi,
Ad ſe quandoquidem hos allexit forma luparum,
Atque voluptatis fallaci innexuit hamo,
Hique peregrina maculantes pube pudorem
Helleſpontiaco fecerunt ſacra Priapo,
Huic quoque libamen potuere comeſſe dicatum:
Ergo deus Moſi iuſſit,ſuſpenderet omnes
Vt vindex populi ſummates lumina contra
Solis ob id crimen,mandata eſt cura ſeuerè
Quæ tum iudicibus per Moſem,& dedere morti
Talibus aſſuetos ſacris,ſcortiſque iubebat:
Ecce daret coiens autem meretricula Hebræo
Cùm Madianitis,cunctique piacula flerent
Ante fores templi,iaculo traiecit Ieſbe
Ilia vtrique nepos,mulier quæ nomine Choſbis
Appellata fuit,quam Zambris inierat,hiſque
Cuſpide confoſſis clades compreſſa quieuit,
Bis duodena hominum quæ millia mortibus hauſit:
Quo ſibi concilians inflicto vulnere numen

Demeritus facile eſt venturis fœtibus olim,
Propugnator enim ſacrorum, & criminis vltor
Oſus erat ſynodum vetitam, cultúſque deorum:
Tum Madianitas ſumptis hoſtilibus armis
Inſeſtare deus Moſi pro fraude iubebat,
Qua circunuenti fuerant ob crimina Choſbis
Iſacidæ, propter confecta & ſacra Priapo,
Deriuata recens eſt quorum nomine clades,
Noxia quæ perimi cædendos ſuadeat hoſtes:
Hinc deus Iſacidûm mandauerat arma gerentûm
Moſi, & pontificis gnato ſubducere ſummam,
Colligerent geminum bis quos excedere luſtrum:
Myriadéſque hominum triginta Eleazarus *aptas*
Militiæ, & totidem cùm Moſe *recenſuit, iſque*
Ter denos homines, & mille in prælia legit,
Ac ſeptingentos florentès robore adulto
Præter Leuigenas: veteríque à gente Caletum
Illic nemo, ſatum quoquè præter Nune, ſuperſtes
Reſtitit: omne adeo vita diſceſſerat agmen
Seditione mouens, olimq́; tumultibus iras
Numinis: id meritò perijt ſucceſſibus orbum:
Dux quoque Salphaadas *tum patris ab aſſe petentes*
Exanimi iuſto diatheca commoda iure
(Cui proles minimè fuerat ſuſcepta virilis)
Hæredes ſtatuit, quibus at per fata peremptis,
Exanimis fratres potientur rebus, erúntque
Hi niſi, quiſquis erit de gente propinquior hæres,
Aſſem iure adiens hominis bona ſumet humati:
Lata iubente deo quæ lex non vnica Moſis
Poſtpoſuit maribus muliebris pignora ſexus,
Armenias quoniam poſita eſt, & lata per vrbes:

Quam ſimul vt iuſsit Moſes *à numine iuſſus,*
Eſt rura intuitus Iordanis ſecta fluento
Conſcendens Abarim,*quæ non fœlicia tangat,*
Optata quia non rixas auerterit vnda,
Natum & Nunæ ſibi cunctorum aſtante corona
Suffecit,capitiſque manus ad tempora ponens
Hinc didicit,deceat peragi quo ſacra dapali
Munere,& vt par ſit conuentus ſemper haberi:
Menſis rite die prima, qui ſeptimus anni eſt,
Præterea & decima,ſacer & conuentus agendus
Ter quinta eſt celeber: quæ Moſes *omnia vulgo*
Expoſuit,frangíque fidem non iure docebat,
Vir ſi vota deo ſua forſan nuncupet,aut ſe
Nexibus aſtringat iurandi,fœmina quod ſi
Concipiat,votúmve eadem coniuncta marito
Suſcipiat,non id prohibente exſoluere debet
Coniuge,at audito vir ſi non reſtitit vnquam,
Vota,& rellígio rata ſunto: ſintque puellæ
Irrita,quæ fuerint inuiſa audita parenti:
Si vidua at vouit,odio vel ſi qua mariti
E*xcluſa à thalamo,votum diſſoluere debet:*
Dúxque ſibi erepta moreretur luce priuſquam,
Vulgi in militiam delectum fecit haberi,
Millia ſunt ad quam bis quina inſtructa,duóque:
Cum quibus armatus tuus eſt Eleazare *natus,*
Sacra ferens qui tela tubas in bella gerebat,
Hebræique mares iugularunt enſibus omnes,
Atque trucidarunt qui nos mucrone tyrannos,
Atque Beore ſatum Baalamum,ac oppida flammis
Omnia,& incenſis domibus caſtella cremarunt:
Quæ muliebre genus,puerósque à ſtrage cruenta

Seruauere,

Seruauere,ducis quos demum lumina aduſque,
Necnon pontificis reduces duxere,pecúſque,
Atque facultates hoſtis,prædámque tulerunt:
Indoluit Moſes à quo certamine matres
Eſſe reſeruatas,Phalli ad ſacra turpis Hebræos
Quarum traxit amor: quibus is,maribúſque peremptis
Ferro impuberibus ſolas debere puellas
Seruari docuit nuſquam genitalia paſſas:
Atque homines,quotquot cædem fecere,iubebat
Atque etiam veſtes,ac inſtrumenta perinde
Lignea,caprinis februari & pellibus vnà
Omnia facta,foret per quos luſtranda ſupellex
Pellicea,ac omnis direpti Marte metalli
Pondera purgari præceperat igne rapaci,
Purificanda forent quæ tum luſtralibus vndis,
Atque acie aduectos prædam diſpeſcuit inter,
Et reliquos,bellum qui non geſſere,ſimúlque
Quingentis capiens idem ex animalibus vnum,
Quæ data militibus fuerant ad bella profectis
Siue homines eſſent,vel oues,aſinìve,boueſve,
Siue forent capræ,quicquid deſumpſerat omne
Pontifici tribuit,pars quinquageſima partis
Aſt hominum media reliquorum tradita cunctis
Leuigenis,curam qui templi mente gerebant:
Præfectique etiam turmarum,vnáque tribum
Ornamenta ſacris libarunt aurea templis,
Atque periſcelides,& inaures,torquibus híque,
Et ſimul armillis ſoluerunt munera per quos
Annulus accedens multus donaria adauxit:
Omnia quæ Moſes ſacram cùm præſule in ædem
Intulit,vt ſeclis eſſent monumenta futuris:

Patre vbitum Gado,& prognati ſtirpe Rubenis
Oranere ducem (tellus accommoda alendis
Hæc quòd erat gregibus) tranſcriberet oppida bello
Parta ſibi numero tria, ſéxque, haud vlla fluentum
Qui ſuper expoſcant,& ſint in bella parati,
Quique Bataneis attollant tractibus vrbes,
Lotiadùmque ſolo paruis penetralia natis,
Et caulas ouibus, necnon comitentur ituros
In pugnam Iſacidas trans flumen debita fatis
Regna paraturos: ductor quibus annuit Ogis,
Mœnia Sehoni quondam & frænata ſuperbo:
Pars quorum media eſt tribui diſcreta Manaſſis:
Præſcripſitque deus, deceat quos ponere fines,
Leuigeniſque ſolo ſortiri mœnia toto,
Et pecori edixit vicina ſuburbia alendo,
Ac tres præſtitui trans ripam fluminis vrbes,
Et tres cis fluuium, pollutus ſanguine quarum
Hebræus fugitor ſeſe tutetur aſylo,
Si non inſidias cæſo ſubiecerit, à qua
Non ſtatione pedem vertendum impune reflectat,
Donec pontificis ſint iuſta ſoluta ſepulchro,
Quod ſtata protulerit vltra ſi limina greſſum,
A conſanguineis occiſi vindice verti
Lege poteſt, quem ſi conſulto ſuſtulit idem
E medio, indicijs gemini crudele ſubibit
Supplicium teſtis, redimet neque munere vitam:
Et tribui accedant ne res, denupſerit in quam
Fœmina, coniugio ſolùm eſt grauidanda tribulis:
Atque vbi perfugij diſtinxerat oppida Moſes,
Tránſque vadum fluuij mandarat in aggere montis
Sex bona verba tribus, & fortunata precari

Legi

Legi morigeris,execraríque ſceleſtos
Sex in monte alio,ductor latiſſima Hebræis
Omniáque optauit ſucceſſa,& denique fatum
Triſtius intentans euentu eſt dira precatus,
Si leges auerſa dei,cultúſque ſacrorum
Gens erit,& peccet,robúrque inſumere iuſſit
Nunc ſatum,qui dux regionis limite tractus
Diſcernat fluuij trans ripam à Sole *iacentes*
Occiduo,necnon commiſit plurima legi,
Admonitúſque ſuos obitus,cladéſque futuras
Iſacidûm quondam deductum numine carmen
Luſit,& id ſcriptum modulatus voce canora eſt,
Conſcendénſque Abarim *cunctis eſt fauſta precatus,*
Ventura & tribubus biſſenis fata recenſens
Conſpexit Syriam montano à vertice Phaſga,
Qui complexus erat te poſtquam Eleazare amanter,
Commiſſæque etiam tegentis Ioſua ductor,
Nube repentina vallem eſt deductus aduſque
Officióque dei ſummam delatus in æthram,
Cognita ſunt cuius nulli monumenta ſepulchri,
Illius haúdque oculi caligauere ſenecta:
Et viridis fuerat,cum centum impleuerat annos,
Bíſque decem,æthereo Moſes illatus Olympo:
Iſacidæ quem ter denis fleuere diebus
Mœſtè in Moabidûm ſuffuſi fletibus æquo,
Campi & planitie,cui par per ſecula vates
Non ſatus eſt vſquam per tot miracula clarus,
Pérque *oſtenta foret celebris qui tanta,deóque*
Charior,affatu diuino aut notior ori,
Nunc ſatus cuius ſimulac in vertice tactum
Excepit capitis,afflatus numinis aura

Morigeros iuſſis duxit moderator Hebræos,
Atque capeſſentes mandata, excepta reliquit
Quæ Moſes authore deo, quos fluminis egit
Trans ripam, & Syrio fines partitus in orbe eſt.

Regum Liber duodecimus.

Sic circum procerum ſeruante ſilentia cœtu
Audierat regem docilis regina Syenes
Sacra renarrantem fani, legéſque ſuorum,
Quæ Meroes populis eſt nomine dicta Nicaule
Æthiopum gentes, Ægypti & corpora frænans:
Haud dubijs cuius poſtquam ſolertia ſignis
Conſtitit, huic patria vectos donauit odores,
Quàm non rex alio conferri viderat æuo,
Biſque ea tricenis auri, totidémque talentis
Explicitis prompſit hilarantes lumina gemmas
Hortorum ſimul in plantaria balſama donans,
Mutua cui Salomo largitus dona viciſſim eſt,
Abnuit iſque minus, quæcunque popoſcit ab Auſtro
Cinnama conuectans, his quæ gauiſa tyranni
Mollibus alloquiis comitatu ſepta ſuorum
In Noton obuertens Aquiloni terga receſſit,
Inque ſolum nullis deflectens Solibus *vmbras:*
Cuius non Salomo *rem ſolo munere fecit,*

Principis

Principis huic verò Sarrani à ditibus Indis
Per mare vectabant nauarchi claſſibus aurum
Ophire delatis,quà dicitur aurea tellus,
Copia lignorum per quos aduecta nigrantis
Eſt ingens piceæ,quibus aulæ,& numinis ædis
Rex fieri fulcra,& citharas,ac nablia fecit:
Attulit & gemmas Hirami claſſis Eoas,
Atque ea ſexcentis,quinquagintáque talentis
Auri erat in Syriam latis inſtructa ferendum
Id præter,quod erant mercantes pendere ſuti,
Atque etiam Arrabij quod donauere toparchæ,
Et reges pariter: quo fabri dextera fecit
Tercentum clypeos,bis centum & ſcuta peregit
Fuſilia,inque domum nemorenſem hæc lata ſubinde
Sunt Libani:& ſolium Salomoni fecit eburnum,
Sexque gradus illi,quod lento obduxerat auro
Culminis à tergo faſtigia ſumma rotundans
Et manuum ornabant anaglypta ſedile duarum
Seſſuri ad cubitos regis,geminique leones
Has prope erant poſiti,biſque infra in margine ſeni
Hinc,atque hinc graduum,cui par non regibus vllis
Eſt opus effectum,potoriáque aurea regi
Vaſa fuere,domo in Nemorenſi & lata ſupellex
Ex auro fuerat puro confecta,quòd eſſet
Nullius argentum pretij tunc temporis,haúdque
Hoc abaci extiterant conflata ſimplice lances,
Adueniens Tharſenſis enim tellure Ciliſſa,
Hirami ratibus comitata & regia claſſis
Per mare currebat rediens cum tertius annus
Quiſque foret,referebat ebur quæ ſectile,& aurum.
Et ſimul argentum,ac pauos,cum multa ſubeſſet

Simia nauigij Solymum viſura tyrannum:
Sic tandem Solymas non eſt æquata regenti
Regna capeſſentum diuerſo vberrima in orbe
Gloria, quos opibus ſuperabat, & aggere cenſus.
Eximiaque prior virtutis dotibus ibat,
Omnis & inferior ceſſit ſapientia regum,
Illius ac arſit ſtudio correpta videndi
Sub quocunque die, nouitque optabile nomen,
Offuſas caperet ſedato vt pectore voces
Expenſura animi coram ſolertis acumen,
Munere conceſſum motus vertentis Olympi:
Qui plures adeo patriæ concedere ab oris
Egit amor famæ, commendatóque tyranno
Laudis obumbrata non fuco vaſa quotannis
Aurea, & oblatis argentea, & arma ferebant,
Ac veſtes, & equos, mulóſque, & aromata dono:
Poſſeditque quater is centum, & mille quadrigas,
Et biſſena equitum ſelegit millia pugnæ,
Si quando ingeneret, partim quæ ſparſa per vrbes,
In Solymis habuit partim ſibi proxima ſemper:
Flos equitum iuuenes proceris artubus illic
Conſpicuum ſoliti, & promiſſum paſcere crinem
Quoque die cirros ramentis raſilis auri
Spargebant, & erant Sarrano murice compti,
Regis & aſtabant albati epirhedia circum,
Accincti & pharetris, cataphractique ora præibant
Curriculo dum rex ad prædia tenderet vſque
Fontibus irrigua, ac hortis accommoda amœnis
Nomine ab Hesthanis quæ dicta fuere: ducíque
Argenti fuit, ac cedrorum copia, & auri
Tanta, ferct lapidum, ac mœrorum quanta per æquum,

Campi & planitiem,non & præſepibus altis
Derant cornipedes Ægypti in tractibus orti,
Ac empti pretio,Syriæ quos,regibus idem,
Et ſuper Euphratem poſitis exinde ſolebat
Mittere:mens rebus ſic his effrana ſecundis
Prætergreſſa modi ſpretos eſt regia fines
Hac in lautitia,cumuliſque immanibus auri,
Conſidet vt lentum virtute excurrere nomen:
Præter & exortam Meſrao à principe nuptam
Hebræas vetito vxores ſibi duxit amore,
Necnon Sidonias,& Sarræ à litore vectas,
Moabidáſque ſimul,& Idumes orbe petitas,
Quas deus optari vetuit,ne pectora honeſto
Deflectant,ac inde adigant impura deorum
Sacra ſequi,dum mens incauti inſana mariti
Non cauet inſidias Veneris,frenóſque licenter
Sumit ab illectu muliebri:pube frequenti
Non minus at regis fuerat confuſa voluptas,
Huic membra & fuerant totis reſoluta medullis,
Nupta fuit cui ter,quater & centeſima princeps
Fœmina pellicibus ter centum lautibus vſo
Quæ primæua quidem vitiarunt ſemina recti:
Iſque ſenectuti gelidæ,cum proximus eſſet
Principis hæ venis inſpirauere venenum,
Ferret vt externis diuis libamina ad aram
Haud patris in morem ſyncerè ſacra parantis
Ex animo cultum veneratus numinis vnum,
Sidoniæ Aſtartæ tribuit qui thuris honores,
Idque miniſtrauit tibi Moleche,& ara Kemoſi
Eſt poſita in templis regali condita ſumptu,
Lotiadæ geminos quos,tanquam numina,habebant:

Quo regi fuerat rex cultu inuiſus Olympi,
Complexa eſt minimè cui more parentis humati
Relligio venerata deum, qui temperat orbem,
Propter amatrices cum fræna momordit amator:
Moabidúmque deis in monte extruxerat ædem,
Cui Solyma aduerſa eſt vrbs è regione, deiſque
Omnibus vxorum delubra, & condidit aras
Incenſus miſerè, & peregrino captus amore,
Quæ ſtatuis impune ſuis ſuffimina dantes
Impoſita admotis adolerent viſcera flammis
Supplicium propter quod verò excanduit ira
Infima deſpiciens, qui ſummo præſidet axi
Admonitum regem bis nocte affatus opaca
Et ſimul hortatus vetitis deſueſcere ſacris
Imperij lenis leges perrumpere ad ortum:
Quem ſic ſubmonuit tali ſermone minatus:
Sunt quia non per te legum tolerata mearum
Vincula, iurè tibi tollam mutabile regnum,
Idque tuo dabitur tua propter crimina ſeruo,
Aſt ego vel memorans etiamnum mente parentis
Officium, & mitis patriæ virtutis amore
Partiar haud regni te ſceptra ſuperſtite vitæ,
Vindictam generis ſed verò in tempora ducam,
Quo demam diadema nefas imitante paternum,
Ius tamen huic ſolij non prorſum amoliar omne,
Seruiet vna tribus chari cui nomine patris,
Alterius Solymæ ne iure premantur iniquo:
Sic ait, & bellis infeſtos excijt hoſtes,
Eripiant pingues qui militis agmine ſomnos:
Atque ita Idumæus conterruit vſque ſupremos
Iſacidûm fines Adadus, qui regia iactans

Stemmata,& exortus Nabathæ ſanguine regis
Venit in Ægyptum ſeruis comitantibus infans,
Fatáque in ignota quæſiuit tractibus ora,
Vertit Idumæos poſtquam ſymplegmate victor
Iſaides,mariúmque genus demiſit Auerno
Saruiades bis tres numerans Titanidos ortus,
Id gladij donec aboleſſet cuſpide prorſus
Adueniens illuc primùm,quò iuſta ſuorum
Solueret exequijs,frigentum & mitteret vmbris
Inferias,foſſo terræ ſub ceſpite humandis
Oſſibus & pariter meritos mactaret honores:
Exul tunc patrijs migrans Nabathæus ab oris
Oſtia deuenit Nili,lanugine vultus
Dum nulla fuſcatus erat,cui gratia regis
Conciliata fuit Meſræi tecta paranti
Tuta fuga & fidos externa in ſede receſſus,
Annonámque ſuis regali munere menſis,
Eſt cui partus amor placido ſic regius ore,
Vt ſoror huic Taphnis ſit nupta locata marito,
Qua genus enaſcens cum regis ſanguine fotum eſt:
Iſque vbi reſtinctum,ſenijque ætate ſepultum
Audijt Iſaidem,paritérque occumbere morti
Saruiadem,tumido vindictam pectore voluens,
Effugijque memor,patria quo ceſſerat infans,
Viſendæ veniam Nabathææ cernuus oræ
Orauit rege à Phario,ſediſque relictæ,
Pérque reluctantem(quod nuſquam lauta ſaginis
Defuerant illi quondam tuceta,nec vllæ
Delitiæ,& ſumptus) vix tandem euincere verbis
Hos abitus potuit,ſed vicit voce negantem,
Atque exorato in genitalia mœnia demum

Principe conceſſit cognati ſanguinis vltor!
Qui meditans, fuerit quæ bello incommoda paſſus
Sarniade marum nulli parcente cruori,
Opprobriúmque fugæ, tecta ac oppreſſa ruinis
Patria venit eò manes vlturus auorum,
Atque inimicitias Solymûm ſuſcepit in arces,
Iſaidæque genus, preßit quoque pectoris iras
Illuc militibus Meſræo ex orbe coactis,
Qui deſciſcentem contempto à rege Sophenes
Raſonem comitem ſumpſit populatibus vrbes,
Ruráque vaſtantem, per quem poſſeſſa Damaſcus,
Et circum eſt Syriæ regio: Salomónque rapinis
Infeſtatus erat Adadi, cùm viueret, vſque:
Atque ideo cultu propter venerata profano
Numina, & effigies diuorum luce carentûm,
Suppoſitóſque boues lacui, cultóſque ſubinde
Aduerſatus erat regi, qui ſanguine patris
Natus erat Nebati, matris quoque nomine Seruæ
Ingeſſit maiora odij cui fœmina factum,
Mellonis quoniam Salomo præſtruxerat arces,
Atque etiam partem patriæ obſtruxerat vrbis,
Hoſtica & immenſis pollebant robora neruis,
Hunc ſibi & inſidias moliri neſcius hoſtem
Præfecit nihilo murorum ſcius vrbis
Rex fabrica, atque domus tamiam cumulare tributum
Iuſsit Ioſephi recta ratus indole dignum.
Quem Sillunte ſatus offendit tramite mantes
Egreſſum foribus Solymarum, vnúmque per agros,
Atque is (ſicut erat conſuto nuper amictu
Tectus, et æthereas ſpirabat pectore ſortes)
Dilacerans in bis ſenas ſua pallia partes

Inquit,

Inquit: ſume decem, quia ſic effata loquuntur:
Diſcerni incipiet Salomonis mobile regnum,
Ille vbi demoriens extremas duxerit horas,
Arbitriíque tribus denas moderabere nutu,
Vna erit & vita functi frenanda nepotum
Conſilio Iſaidem propter pietatis amatum
Nomine, & ob Solymam ſelectam ex omnibus vrbem
Rite deo, regis vt non prædura grauetur
Imperia externi, mutato & principe mærens
Lugeat ante alias vrbes antiqua tonanti,
Eſt cui nil potius, Solymûm quam regna tueri:
Exanimo quæ damna manent Salomone minores,
Ille quod à culto deflexus numine patri
Aſtarte extulerit delubra, & templa Kemoſo
Molochidem ad ſtatuam thymiama vxorius vrens,
Iuſſáque non patris diuina capeſſerit inſtar,
Per multos quo non diadema ſuperſtite reges
Implicet, at vitæ ſpatio dominabitur omni
Iſacidis, in quos ſummatum ad funera habebit:
Cui deus, haud regnum perimam radicitus, inquit,
Hunc mihi nam chari commendant facta parentis
Auſpice me ſolij ius in regale vocati
Ob decus eximium nil regis honore ſuperbi,
Legibus at morem florentibus vſque gerentis,
Ternater à cuius tribus excludenda nepote,
Vnáque deficiet, tribuum & moderamina ſumes
Tute decem, tribus à Roboamo & ſola regenda eſt,
Excidat Iſaide generis ne gloria prorſus,
Nobilitas ſuperet ſed verò aliquanta minorum
Virtutis Solymas æterno lumine clarans,
Vlla deo quibus eſt in vaſto haud gratior orbe

Quam ſimul vt iuſsit Moſes à *numine iuſſus,*
Eſt rura intuitus Iordanis ſecta fluento
Conſcendens Abarim,*quæ non fœlicia tangat,*
Optata quia non rixas auerterit vnda,
Natum & Nune ſibi cunctorum aſtante corona
Suffecit,capitiſque manus ad tempora ponens
Hinc didicit,deceat peragi quo ſacra dapali
Munere,& vt par ſit conuentus ſemper haberi
Menſis rite die prima, qui ſeptimus anni eſt,
Præterea & decima,ſacer & conuentus agendus
Ter quinta eſt celeber: quæ Moſes *omnia vulgo*
Expoſuit,frangique fidem non iure docebat,
Vir ſi vota deo ſua forſan nuncupet,aut ſe
Nexibus aſtringat iurandi,fœmina quod ſi
Concipiat,votúmve eadem coniuncta marito
Suſcipiat,non id prohibente exſoluere debet
Coniuge,at audito vir ſi non reſtitit vnquam,
Vota,& relligio rata ſunto: ſintque puellæ
Irrita,quæ fuerint inuiſa audita parenti:
Si vidua at vouit,odio vel ſi qua mariti
Ex*cluſa à thalamo,votum diſſoluere debet:*
Dúxque ſibi erepta moreretur luce priuſquam,
Vulgi in militiam delectum fecit haberi,
Millia ſunt ad quam bis quina inſtructa,duóque:
Cum quibus armatus tuus eſt Eleaz*are natus,*
Sacra ferens qui tela tubas in bella gerebat,
Hebræique mares iugularunt enſibus omnes,
Atque trucidarunt qui nos mucrone tyrannos,
Atque Beore ſatum Baalamum,ac oppida flammis
Omnia,& incenſis domibus caſtella cremarunt:
Quæ muliebre genus, pueróſque à ſtrage cruenta

Seruauere,

Seruauere,ducis quos demum lumina aduſque,
Necnon pontificis reduces duxere,pecúſque,
Atque facultates hoſtis,prædámque tulerunt:
Indoluit Moſes à quo certamine matres
Eſſe reſeruatas,Phalli ad ſacra turpis Hebræos
Quarum traxit amor: quibus is,maribúſque peremptis
Ferro impuberibus ſolas debere puellas
Seruari docuit nuſquam genitalia paſſas:
Atque homines,quotquot cædem fecere,iubebat
Atque etiam veſtes,ac inſtrumenta perinde
Lignea,caprinis februari & pellibus vnà
Omnia facta,foret per quos luſtranda ſupellex
Pellicea,ac omnis direpti Marte metalli
Pondera purgari præceperat igne rapaci,
Purificanda forent quæ tum luſtralibus vndis,
Atque acie aduectos prædam diſpeſcuit inter,
Et reliquos,bellum qui non geſſere,ſimúlque
Quingentis capiens idem ex animalibus vnum,
Quæ data militibus fuerant ad bella profectis
Siue homines eſſent,vel oues,aſinive,boueſve,
Siue forent capræ,quicquid deſumpſerat omne
Pontifici tribuit,pars quinquageſima partis
Aſt hominum mediæ reliquorum tradita cunctis
Leuigenis,curam qui templi mente gerebant:
Præfectíque etiam turmarum,vnáque tribum
Ornamenta ſacris libarunt aurea templis,
Atque periſcelides,& inaures,torquibus hique,
Et ſimul armillis ſoluerunt munera per quos
Annulus accedens multus donaria adauxit:
Omnia quæ Moſes ſacram cùm præſule in ædem
Intulit,vt ſeclis eſſent monumenta futuris:

Patre vbi tum Gado, & prognati ſtirpe Rubenis
Oranere ducem (tellus accommoda alendis
Hæc quòd erat gregibus) tranſcriberet oppida bello
Parta ſibi numero tria, ſéxque, haud vlla fluentum
Qui ſuper expoſcant, & ſint in bella parati,
Quíque Bataneis attollant tractibus vrbes,
Lotiadûmque ſolo paruis penetralia natis,
Et caulas ouibus, necnon comitentur ituros
In pugnam Iſacidas trans flumen debita fatis
Regna paraturos: ductor quibus annuit Ogis,
Mœnia Sehoni quondam & frænata ſuperbo:
Pars quorum mediæ eſt tribui diſcreta Manaſſis:
Præſcripſitque deus, deceat quos ponere fines,
Leuigeníſque ſolo ſortiri mœnia toto,
Et pecori edixit vicina ſuburbia alendo,
Ac tres præſtitui trans ripam fluminis vrbes,
Et tres cis fluuium, pollutus ſanguine quarum
Hebræus fugitor ſeſe tutetur aſylo,
Si non inſidias cæſo ſubiecerit, à qua
Non ſtatione pedem vertendum impune reflectat,
Donec pontificis ſint iuſta ſoluta ſepulchro,
Quod ſtata protulerit vltra ſi limina greſſum,
A conſanguineis occiſi vindice verti
Lege poteſt, quem ſi conſulto ſuſtulit idem
E medio, indicijs gemini crudele ſubibit
Supplicium teſtis, redimet nèque munere vitam:
Et tribui accedant ne res, denupſerit in quam
Fœmina, coniugio ſolùm eſt grauidanda tribulis:
Atque vbi perfugij diſtinxerat oppida Moſes,
Tránſque vadum fluuij mandarat in aggere montis
Sex bona verba tribus; & fortunata precari

Legi

Legi morigeris, execrarique ſceleſtos
Sex in monte alio, ductor latiſsima Hebrais
Omniáque optauit ſucceſsa, & denique fatum
Triſtius intentans euentu eſt dira precatus,
Si leges auerſá dei, cultúſque ſacrorum
Gens erit, & peccet, robúrque inſumere iuſsit
Nunc ſatum, qui dux regionis limite tractus
Diſcernat fluuij trans ripam à Sole iacentes
Occiduo, necnon commiſit plurima legi,
Admonitúſque ſuos obitus, cladéſque futuras
Iſacidûm quondam deductum numine carmen
Luſit, & id ſcriptum modulatus voce canora eſt,
Conſcendénſque Abarim cunctis eſt fauſta precatus,
Ventura & tribubus biſsenis fata recenſens
Conſpexit Syriam montano à vertice Phaſgæ,
Qui complexus erat te poſtquam Eleazare amanter,
Commiſsæque etiam tegentis Ioſua ductor,
Nube repentina vallem eſt deductus aduſque
Officióque dei ſummam delatus in æthram,
Cognita ſunt cuius nulli monumenta ſepulchri,
Illius haúdque oculi caligauere ſenecta:
Et viridis fuerat, cum centum impleuerat annos,
Bíſque decem, æthereo Moſes illatus Olympo:
Iſacidæ quem ter denis fleuere diebus
Mœſtè in Moabidûm ſuffuſi fletibus æquo,
Campi & planitie, cui par per ſecula vates
Non ſatus eſt vſquam per tot miracula clarus,
Pérque oſtenta foret celebris qui tanta, deóque
Charior, affatu diuino aut notior ori,
Nunc ſatus cuius ſimulac in vertice tactum
Excepit capitis, afflatus numinis aura

Morigeros iuſſis duxit moderator Hebræos,
Atque capeſſentes mandata, excepta reliquit
Quæ Moſes authore deo, quos fluminis egit
Trans ripam, & Syrio fines partitus in orbe eſt.

Regum Liber duodecimus.

SIc circùm procerum ſeruante ſilentia cœtu
Audierat regem docilis regina Syenes
Sacra renarrantem fani, legéſque ſuorum,
Quæ Meroes populis eſt nomine dicta Nicaule
Æthiopum gentes, Ægypti & corpora frænans:
Haud dubijs cuius poſtquam ſolertia ſignis
Conſtitit, huic patria vectos donauit odores,
Quàm non rex alio conferri viderat æuo,
Bíſque ea tricenis auri, totidémque talentis
Explicitis prompſit hilarantes lumina gemmas
Hortorum ſimul in plantaria balſama donans,
Mutua cui Salomo largitus dona viciſſim eſt,
Abnuit iſque minus, quæcunque popoſcit ab Auſtro
Cinnama conuectans, his quæ gauiſa tyranni
Mollibus alloquiis comitatu ſepta ſuorum
In Noton obuertens Aquiloni terga receſſit,
Ínque ſolum nullis deflectens Solibus vmbras:
Cuius non Salomo rem ſolo munere fecit,

Principis huic verò Sarrani à ditibus Indis
Per mare vectabant nauarchi claſſibus aurum
Ophire delatis,quà dicitur aurea tellus,
Copia lignorum per quos aduecta nigrantis
Eſt ingens piceæ,quibus aulæ,& numinis ædis
Rex fieri fulcra,& citharas,ac nablia fecit:
Attulit & gemmas Hirami claſſis Eoas,
Atque ea ſexcentis,quinquagintáque talentis
Auri erat in Syriam latis inſtructa ferendum
Id præter,quod erant mercantes pendere ſuti,
Atque etiam Arrabij quod donauere toparchæ,
Et reges pariter: quo fabri dextera fecit
Tercentum clypeos,bis centum & ſcuta peregit
Fuſilia,inque domum nemorenſem hæc lata ſubinde
Sunt Libani:& ſolium Salomoni fecit eburnum,
Séxque gradus illi,quod lento obduxerat auro
Culminis à tergo faſtigia ſumma rotundans
Et manuum ornabant anaglypta ſedile duarum
Seſſuri ad cubitos regis,geminíque leones
Has prope erant poſiti,bisque infra in margine ſeni
Hinc,atque hinc graduum,cui par non regibus vllis
Eſt opus effectum,potoriáque aurea regi
Vaſa fuere,domo in Nemorenſi & lata ſupellex
Ex auro fuerat puro confecta,quòd eſſet
Nullius argentum pretij tunc temporis,haudque
Hoc abaci extiterant conflatæ ſimplice lances,
Adueniens Tharſenſis enim tellure Ciliſſa,
Hirami ratibus comitata & regia claſſis
Per mare currebat rediens cum tertius annus
Quiſque foret,referebat ebur quæ ſectile,& aurum.
Et ſimul argentum,ac pauos,cum multa ſubeſſet

Simia nauigij Solymum viſura tyrannum:
Sic tandem Solymas non eſt æquata regenti
Regna capeſſentum diuerſo vberrima in orbe
Gloria,quos opibus ſuperabat,& aggere cenſus.
Eximiæque prior virtutis dotibus ibat,
Omnis & inferior ceſſit ſapientia regum,
Illius ac arſit ſtudio correpta videndi
Sub quocunque die,nouitque optabile nomen,
Offuſas caperet ſedato vt pectore voces
Expenſura animi coram ſolertis acumen,
Munere conceſſum motus vertentis Olympi:
Qui plures adeo patriæ concedere ab oris
Egit amor famæ,commendatóque tyranno
Laudis obumbrata non fuco vaſa quotannis
Aurea,& oblatis argentea,& arma ferebant,
Ac veſtes,& equos,mulóſque,& aromata dono:
Poſſeditque quater is centum,& mille quadrigas,
Et biſſena equitum ſelegit millia pugnæ,
Si quando ingeneret,partim quæ ſparſa per vrbes,
In Solymis habuit partim ſibi proxima ſemper:
Flos equitum iuuenes proceris artubus illic
Conſpicuum ſoliti,& promiſſum paſcere crinem
Quoque die cirros ramentis raſilis auri
Spargebant,& erant Sarrano murice compti,
Regis & aſtabant albati epirhedia circum,
Accincti & pharetris, cataphractique ora præibant
Curriculo dum rex ad prædia tenderet vſque
Fontibus irrigua,ac hortis accommoda amœnis
Nomine ab Hetthanis quæ dicta fuere:ducique
Argenti fuit,ac cedrorum copia,& auri
Tanta,foret lapidum,ac mororum quanta per æquum,

Campi & planitiem,non & præſepibus altis
Derant cornipedes Ægypti in tractibus orti,
Ac empti pretio,Syriæ quos,regibus idem,
Et ſuper Euphratem *poſitis exinde ſolebat*
Mittere:mens rebus ſic his effrana ſecundis
Prætergreſſa modi ſpretos eſt regia fines
Hac in lautitia,cumuliſque immanibus auri,
Conſidet vt lentum virtute excurrere nomen:
Præter & exortam Meſraó à principe nuptam
Hebræas vetito vxores ſibi duxit amore,
Necnon Sidonias,*& Sarræ à litore vectas,*
Moabidáſque ſimul,& Idumes orbe petitas,
Quas deus optari vetuit,ne pectora honeſto
Deflectant,ac inde adigant impura deorum
Sacra ſequi,dum mens incauti inſana mariti
Non cauet inſidias Veneris,frænóſque licenter
Sumit ab illectu muliebri:pube frequenti
Non minus at regis fuerat confuſa voluptas,
Huic membra & fuerant totis reſoluta medullis,
Nupta fuit cui ter,quater & centeſima princeps
Fœmina pellicibus ter centum lautibus vſò
Quæ primæua quidem vitiarunt ſemina recti:
Iſque ſenectuti gelidæ cum proximus eſſet
Principis hæ venis inſpirauere venenum,
Ferret vt externis diuis libamina ad aram
Haud patris in morem ſyncerè ſacra parantis
Ex animo cultum veneratus numinis vnum,
Sidoniæ Aſtartæ tribuit qui thuris honores,
Idque miniſtrauit tibi Moleche,& ara Kemoſi
Eſt poſita in templis regali condita ſumptu,
Lotiadæ geminos quos,tanquam numina,habebant:

Quo regi fuerat rex cultu inuiſus Olympi,
Complexa eſt minimè cui more parentis humati
Relligio venerata deum, qui temperat orbem,
Propter amatrices cum fræna momordit amator:
Moabidúmque deis in monte extruxerat ædem,
Cui Solyma aduerſa eſt vrbs è regione, deiſque
Omnibus vxorum delubra, & condidit aras
Incenſus miſerè, & peregrino captus amore,
Quæ ſtatuis impune ſuis ſuffimina dantes
Impoſita admotis adolerent viſcera flammis
Supplicium propter quod verò excanduit ira
Infima deſpiciens, qui ſummo præſidet axi
Admonitum regem bis nocte affatus opaca
Et ſimul hortatus vetitis deſueſcere ſacris
Imperij lenis leges perrumpere ad ortum:
Quem ſic ſubmonuit tali ſermone minatus:
Sunt quia non per te legum tolerata mearum
Vincula, iurè tibi tollam mutabile regnum,
Idque tuo dabitur tua propter crimina ſeruo,
Aſt ego vel memorans etiamnum mente parentis
Officium, & mitis patriæ virtutis amore
Partiar haud regni te ſceptra ſuperſtite vitæ,
Vindictam generis ſed verò in tempora ducam,
Quo demam diadema nefas imitante paternum,
Ius tamen huic ſolij non prorſum amoliar omne,
Seruiet vna tribus chari cui nomine patris,
Alterius Solyma ne iure premantur iniquo:
Sic ait, & bellis infeſtos excijt hoſtes,
Eripiant pingues qui militis agmine ſomnos:
Atque ita Idumæus conterruit vſque ſupremos
Iſacidûm fines Adadus, qui regia iactans

Stemmata,& exortus Nabathæl ſanguine regis
Venit in Ægyptum ſeruis comitantibus infans,
Fatáque in ignotæ quæſiuit tractibus oræ,
Vertit Idumæos poſtquam ſymplegmate victor
Iſaides,mariúmque genus demiſit Auerno
Saruiades bis tres numerans Titanidos ortus,
Id gladij donec aboleſſet cuſpide prorſus
Adueniens illuc primùm,quò iuſta ſuorum
Solueret exequijs,frigentum & mitteret vmbris
Inferias,foſſo terræ ſub ceſpite humandis
Oſſibus & pariter meritos mactaret honores:
Exul tunc patrijs migrans Nabathæus ab oris
Oſtia deuenit Nili,lanugine vultus
Dum nulla fuſcatus erat,cui gratia regis
Conciliata fuit Meſraì tecta paranti
Tuta fuga & fidos externa in ſede receſſus,
Annonámque ſuis regali munere menſis,
Eſt cui partus amor placido ſic regius ore,
Vt ſoror huic Taphnis ſit nupta locata marito,
Qua genus enaſcens cum regis ſanguine fotum eſt:
Iſque vbi reſtinctum,ſenijque ætate ſepultum
Audijt Iſaidem,paritérque occumbere morti
Saruiadem,tumido vindictam pectore voluens,
Effugijque memor,patria quo ceſſerat infans,
Viſendæ veniam Nabathææ cernuus oræ
Orauit rege à Phario,ſediſque relictæ,
Pérque reluctantem(quod nuſquam lauta ſaginis
Defuerant illi quondam tuceta,nec vllæ
Delitiæ,& ſumptus) vix tandem euincere verbis
Hos abitus potuit,ſed vicit voce negantem,
Atque exorato in genitalia mœnia demum

Inquit: ſume decem, quia ſic effata loquuntur:
Diſcerni incipiet Salomonis mobile regnum,
Ille vbi demoriens extremas duxerit horas,
Arbitrijque tribus denas moderabere nutu,
Vna erit & vita functi frænanda nepotum
Conſilio Iſaidem propter pietatis amatum
Nomine, & ob Solymam ſelectam ex omnibus vrbem
Rite deo, regis vt non prædura grauetur
Imperia externi, mutato & principe merens
Lugeat ante alias vrbes antiqua tonanti,
Eſt cui nil potius, Solymûm quam regna tueri:
Exanimo quæ damna manent Salomone minores,
Ille quod à culto deflexus numine patri
Aſtarte extulerit delubra, & templa Kemoſo
Molochidem ad ſtatuam thymiama vxorius vrens,
Iuſſáque non patris diuina capeſſerit inſtar,
Per multos quo non diadema ſuperſtite reges
Implicet, at vitæ ſpatio dominabitur omni
Iſacidis, in quos ſummatum ad funera habebit:
Cui deus, haud regnum perimam radicitus, inquit,
Hunc mihi nam chari commendant facta parentis
Auſpice me ſolij ius in regale vocati
Ob decus eximium nil regis honore ſuperbi,
Legibus at morem florentibus vſque gerentis,
Ternater à cuius tribus excludenda nepote,
Vnáque deficiet, tribuum & moderamina ſumes
Tute decem, tribus à Roboamo & ſola regenda eſt,
Excidat Iſaide generis ne gloria prorſus,
Nobilitas ſuperet ſed verò aliquanta minorum
Virtutis Solymas æterno lumine clarans,
Vlla deo quibus eſt in vaſto haud gratior orbe

Vrbs, mea quas equidem ſacra ob ſolennia legi,
Obq́ue meum ſemper ſeclis memorabile nomen:
Tu verò ad trabeam, regnique vocabere honores,
Arbitrióque reges alieno à iure diremptos
Iſacidas, ſi non & planè auerteris aurem
Legibus, ac inſtar Dauidis iußa faceſſens
Prætuleris minimè complexo turpia honeſto,
Fortunatus eris nuſquam tutaminis expers,
Natus Ieſſæi & ſicut ſecurus in aula
Condecoratus erat ſolertis acumine ſenſus
Regia latatus ſeruorum tecta fideli
Feruere officio, cumulatáque pignora adeße,
Confirmanda manet ſic te quoque gloria regni,
Iſacidæ effingent dum te ſub principe mores,
Et tum damna ferent Salomonis acerba minores,
Quos grauia vrgebunt diro infortunia preſſu
Aram ob Molechidem, ſacrata & templa Kemoſô:
At tamen hæc iras olim vindicta reponet,
Placandique datur fiducia numinis inde
Moribus in melius, commulatiſq́ue ſacrorum
Cultibus: huic verò vatos regale recepit
Quod ſolium, rumor Salomonis vulnera aures,
Æmulus & tamiam eſt conatus dedere morti,
Et voluit certas fatorum euertere leges,
Abſcedat Nebati gnatus niſi finibus exul
A patriæ & fugiat Ægypti ad principis aulam
Reſtitit hoſpes vbi mortem Salomonis aduſque:
Qui Solymis regnans ſimulac quinquennia Hebræis
Octo præfuerat in morte natantia clauſit
Lumina quem ſerui mulſerunt vnguine odoro
Maiorúmque obiens mortem de more ſuorum

Patris

Patris in vrbe ſui eſt poſt iuſta ſoluta ſepultus:
Hactenus Iſaide tua fortia carmine facta
Conſcripſi, generíſque tui, ceciníque tuorum
Iſacidûm vt fueris rex de paſtore creatus,
Victor & immanem deieceris enſe gigantem
Erepto à lateris ſpatio, ſoceriúmque tyrannum
Demeritus furias ipſi, ſtrophadémque leuaris
Per ſtrepitum citharæ, palánſque minacia regis
Agmina vitaris, cuius poſt ora veruto
Mœnibus in Nyſæ pertuſa, & pendula Hebræos
Rexiſti: tua ſic Nabathæi iura tulerunt,
Atque Ammone ſati victo cùm rege Sophenes,
Haúdque Philiſtæis tua neruis dextera ceſſit:
Gnati etiam cecini modulatu geſta creati
Bethſabees nixu dimotæ à coniuge luſo,
Te ſcrobe defoſſo qui iuſſas extulit aras
Franantem ad Solymas allectans regna ſub Auſtro
Nobilitate animi: pro quo tibi gratia habetur
Carmine, quòd dexter muſis, operíque ſecundus
Adfueris, tenui & deducta poemata filo
Iuueris æternum ſperantia in æthere honorem,
Factáque Apollineæ ramis anademata lauri:
Méque ſat herois fuerit tua facta canentem
Fortunata modis celebraſſe, & ſecula gnati,
Nam qui per ſeriem ſucceſſit temporis ordo,
Innoxam, vitiúmque ruens deflexit honeſto,
Poſteráque exoſa eſt virtutem decolor ætas
Moribus impuris inſtigans numinis iras,
Præter Achaziadem nimirum, téque fuerunt
Iſacidûm reges ſceleroſi in crimina proni,
Nec tamen vllius ſceleratus Ioſia iniquo

Iconis eſt cultu:reges quo nomine bilem
Exciuere alij cœleſtem ſacra ferentes
Impia: Iò quoties illos deſciſcere vita
A vitio exciti monuerunt numine vates:
Heu quoties pugnæ clades,bellique futurum
Prædixere nefas,ruituráque mœnia flammis,
Quos toties monitus oſi ſpreuere tyranni:
Et minus hi nihilo fecere nefaria ſacra
Per virides lucos,dum ſint crudele ferendo
Supplicium experti victoris iure coacti
Viuere,vel medio ruerint diſcrimine belli:
Sæpius excidium potuit præſciſcere gentis
Eſaias non ſic numen venerantis Olympi,
Ut domino taurus paret,vel tardus aſellus:
Sint ſubitis cuius ſolandæ caſibus vrbes,
Necnon vaſtitiæ,quod cœlo ingrata litarit
Viſcera conuentu ſcelerato feſta frequentans,
Denique ſed cuius vertantur ſtirpitus hoſtes,
Et mutas iterum videat reuireſcere leges,
Os cùm facta rubor ob ſacra nefanda notarit:
Quin illi ſocero nil regis profuit eſſe,
Quominus hunc ſortes lacerarit ſerra canentem
Stridula fatidicas querno ſub palmite humandum:
Cætera prædixit oracula præſcius inter
Ille quidem poſt plus quingentis ordine lapſis
Brumæ ſolſtitijs ponendum nobile fanum
Ægypti in ſpatijs opera popularis Hebræi:
Iſacides ſacras quas ſortes contulit ad rem
Implacabilibus Macedûm vaſtantibus armis
Iudææ patrios fines,qui patre ſepulto
Borrhæa in Syriæ Ptolomæi ad regna faceſſit,

Atque

Atque in parte aliqua Cleopatræ haſurus amoris
Pontificis gnatus Oniæ cognominis vrbem
Venit Alexandri Nilotica ad oſtia primùm,
Alcimus induerat chari cum munia patris
Hortatu Lyſiæ, fuerátque euerſa Philippi
Affectare ſibi ſolij decus auſa tyrannis,
Sedis & obtinuit poſituram Solis ad vrbem:
Ille vbi reginæ venia, nutúque tyranni
Vrbem exædificans Onium de nomine dixit
Mœnia ſtructa ſuo, Solymæque ſimillima turri
Arx educta fuit, parilique altare paratu,
At verò imparibus præſtruxit ſumptibus ædem
Inde lupi inuidia clauſam, ter luſtra per æuum
Sunt vbi viginti, ſex & decurſa, triúmque
Curricula annorum, delubra induſtrius ex quo
Thebaide hac Onias in terra Memphios vrbe
Diſſita viginti ſtadiis quater ante locarat:
Eſaiam quorum præſagum, vnáque notantem
Crimina ſerratum ſectrix runcina peremit:
Helchiadéſque etiam patriis à finibus exul
Tuſus apud Tamnas ſaxorum verbere denſo
Occubuit pellens Meſraïs aſpidas oris,
Excantare ſolent quas Pſylli carmine, & herbis:
Filius & Buzi venit Babylona ſuperbam
Vincla ferens, & qui digeſſit ſomnia regi
Aſſyrio Daniel excludens teſtis iniqui
Helciadem indicio, quoniam qui flaminis artem
Prodidit, & vetitis conficit ſacra diebus,
Offa & compoſuit ſquamoſo fata draconi,
Spelæi in caueam eſt proiectus ad ora leonum:
Cui collata fuit parco ſolertia victu,

Prætulerat quoniam lautis chedopra ſaginis:
Ille quidem ſtatue maniſeſta agalmata fecit,
Somnia victuri quoque regis more bouillo
Præſcia per ſeptem fugituri aſpectibus annos
Congreſſus hominum, cuius decedere natum
A ſpatio vidit vita, triplicémque nepotem,
Regnum & Balſaſari potuit prædicere menſum,
Diuiſum pariter, trutinatum & ponderis inſtar:
Rege quidem victo, & domita Babylone labore
Aſtiagis gnati mantes victoris ad oras
Ductus Achemenias ſublimi eſt auctus honore,
Atque magiſtratu, collecta eſt æmula per quem
Inuidia, inque ſpecum eſt ideo deductus opacam
Auſo patricijs non rege occurrere, verùm
Commeditante nihil nocituros eſſe leones,
Qui, ſaturi quamuis ſeruati, morſibus hoſtes
Abſorpſere ſuis: columis ſic gloria creuit
Abdaada, charos inter qui regis amicos
Eſt habitus potior, potuitque attollere turrim
Manſuram, & carie delendam haud temporis vlla,
In more eſt poſitum cuius poſt funera tymbo
Triſtia Ityraos, Medóſque ac indere Perſas
Interitos reges, ſolùm & funebria ſolnit
Iuſta loci flamen, fuerit qui ſanguine Hebræus:
Redditus & vates Thecuæ ex paſtore ſuorum
Vincula, & excidium præſenſit, in vrbe Sebaſtes
Cùm foret, ac nati percuſſus fuſte periuit
Pontificis, gladio quòd erat peritura parenti
Pignora vaticinans, conſtuprandámque maritam:
Claruit & mantes, centum qui vatibus alter
Extitit in ſpecubus, quinquagintáque regendis

Militibus moderatus erat: Beerique parente
Editus adiunxit ſibi ſcortum à numine iuſſus,
Edidit & geminos idem per ſenſa per annos,
Bis quoque viginti lapſos, & luſtra per octo:
Et Solymum caſus præſciuerat æquora Tharſum
Per ventoſa petens, greſſúmque ad mœnia nolens
Ferre Nini, quæ poſt Exino à littore adiuit:
Ille vbi ab exoſo deflexit crimine regem,
Cùm vulgo & proceres, dúmque eſt egreſſus ab vrbe,
Huic faciens vmbram Kicaion nata ſub ortum
Aruit Auroræ: Niniuem qui venerat intra,
Piſce abſorttus erat poſtquam, & progeſtus in actam
Ingluuie à ceti, ſub cuius ventre voraci
Noctibus ingemuit ternis, totidémque diebus:
Et non fatidico deſit memorabile nomen
Bethorone ſato, qui Soli, & lumina Lunæ
Deperitura canit, ſtelliſque & ſomnia noctu
Verſanda à ſenibus, & viſa inſueta iuuencis:
Et datus eſt preceps Michæas regia culpans
Crimina, qui Solymis ſortes, dederátque Sebaſte:
Et Niniues caſum vates Simeonius ortu
Præſagiuit, erat Galilæo patre Nahumus
Qui tenui ſatus in vico: caret haúdque nitore
Fatiloquo Abdaade meſſorum prandia geſtans,
Archadio eſt cuius inuentum principe corpus:
Chuſiades perhibendus & eſt, Ammone creato
Qui ſub rege vigens curis ſolatia iunxit:
Non quoque poſtremos Aggæe mereris honores,
Tute ineunte etenim ventura ætate canebas,
Tempora narrabas & templi inſtare nouandi,
Túque ſacerdotem manibus, cantúque iuuabas,

Temporibúſque tuis oracla Zecharia fudit
Inſcenſuri aſinam,& prodendi conſcia Chriſti:
Vaticinandi adeò poſtremus munere functus
Angelus eſt dictus Zabulonis origine obortus,
Eſt qui poſt populi reditum à Babylone creatus,
Atque accepta Deo fore ſacra exotica dixit:
Réſque inclinandas,Solymorum & vincula regum,
Triſtiáque innumeri cecinerunt funera vates,
Hoſtibus & ſeruos propter malefata futuros
Iſacidas: virtute inter quos Tobia clarus
Eminuit factis, Niniues quo tempore ad vrbem
Amriade populi venere,iugúmque tulere
Aſſyrij regis, ſpatiari munere cuius
Anna Nephtalites potuit cum coniuge cunctis
Liberius,cunctas ſpectare & principis vrbes,
Auſus & ad ciues procedere calle Ragenſes,
Argentíque penes bis quina talenta Gabelem
Deponens generis conſanguinitate propinquum
Exoſos aluit tunc ſæuo à rege tribules,
Cuius inhumano tum vitam perdere iuſſus
Imperio latuit,cæſique à cœde tyranni
Protinus erexit ſeſe, penníſque renatis
Emicuit latebris iugulatos ſemper Hebræos
Imponens tumulis iam prono Sole,dapéſque
Impoſitas liquit,diſceſſum affinibus oſis:
Stercore cui Prognes innata eſt argema ocellis
Acceſſere quibus curis conuitia diræ
Coniugis,hæc cùm rem tenero ſibi fecerat hœdo
Fœmineæ texens opera ſudore tapetes:
Quo ſibi fera nimis differri fata querente
Tunc riſere Saram gentiles patris,herámque

Ancilla increpuit probro, quod prodiga luxus
Et veneris ſeptem properaſſet fata maritis:
Quos cœli genius abduxit planctibus ales:
Atque vbi Nephtalidem fiducia nulla ſalutis
Erigeret, dedit is mandata nouiſſima nato,
Atque monens matri congeſtos reddere honores,
Collatam reditus & partem ponere egenis,
Argenti, explicuit, quæ ſint commiſſa Gabeli
Pondera, depoſiti ſit cuius ſyngrapha teſtis:
Ilicet hæc longè in ſemota vt filius vrbe
Exigat, abſceſſit non eluctante parentis
Affatu gradiens, puero & comitatus Olympi,
Per quem eſt ſubmonitus, dum Tigrin ponte fugacem
Vinceret, vt piſcis caperet cor, félque reſecti,
Tænareas peſtes humano à corpore prodat
Cor cuius, furias contra ſuffimine facto,
Félque etiam proſit, huius medicamine poſtquam
Lumina inungentur albugine morbida: túmque
Relliquias monitus ſeruauit parte comeſa
Piſcis, cum Syrij quamuis imponere menſis,
Et guſtare ſuo formidauere palato,
Quod Thyphona Venus comitata Cupidine vitans
Piſcibus Euphratem traiecit nixa duobus:
Póſtque iter impauidum is demum penetrale ſubiuit,
Quod Sara concubitu nuſquam fœcunda colebat,
Hoſpitio exceptus gnatæ connubia patrem
Qui ſibi poſcebat non inferiora petitu:
Quæ facilè exorans tetigit poſt vina cubile,
Perniciéſque memor pueri nidore penates
Cordis fumifico ſeruati à piſce pereſi,
Suffiuitque Sara veſtes, quo protinus horrens

Olfacto Samael Meſraas fugit in oras,
Pérque bonum genium eſt Ægypti vinctus in orbe,
Próque ſalute precans noctu cum coniuge nuptus
Per tres abſtinuit Veneris ſymplegmate noctes,
Gutture cúmque diem cortis prediceret ales,
Hunc ſocer exanimum ducens, vt peſte priores
Oppetiere viri miſſa ex Acheruſidos oris,
Mandauit famulis, vt opaca nocte ſepulchrum
Effoderent iuueni, mortique occumberet atra
An generi explorans, dimiſſa & coniugis idem
Ancilla in thalamum gnata per nuntia factus
Certior incolumes recubantes comperit ambos
Suauiter, iſque deo gratans, & latus vtroque
Soſpite concelebranda ſtrui conuiuia iuſſit
Munera ſumentis dans non cedentia honori,
Dimidia & prorſus donata parte bonorum
Conuiuatus erat iterum, geniúſque Gabelem
Interea acciuit ſeſe bis vtroque ſecuuto
Vadentem Azarias famulo, Rehuelis & ædes
Accitus ſubijt argento iurè camelis
Impoſito, amplexans inter conuiuia nuptum
Eſt qui coniugibus, ſtirpi quoque fauſta precatus:
Túmque gener nimij gemitus, curáque paterna
Conſcius à ſocero ceſſit dotalia portans
Munera, cúmque Acrim diuerſor inierat vrbem,
Vxorem eſt monitus, greſſu & præcedere ſeruos
Per genium, ac ſecum de piſcis ſumere felle:
Cúmque propinquaret portis itione paternis,
In collum reducis illapſa eſt obuia mater,
Lapſus & eſt pergens, huic cum pater obuius iret,
Atque etiam affixit flenti flens oſcula nato:

Sunt vbi adorato & gratati numine cuncti,
Filius illiniens patrios medicamine ocellos,
Fellis & appoſitu reparauit luminis vſum,
Hos cum nam genitor fricuit, prolapſa repente
Decidit albugo, nurus inde ad lumina cuius
Venit cum gregibus, ſeruis quoque, ſeptima cum lux
Enituit Phœbo, *conſobrinique valentem*
Inuiſere virum gratati, epulaque diebus
Sunt poſitæ ſeptem nurui, paritérque propinquis:
Cúmque ſenex gnatum comitato ſoluere vellet
Mercedem Azariæ, genius ſecludere curas,
Hortatúſque deo meritas decernere grates,
Æthera conſcendit ſe numen faſſus, & hoſpes
Omne pro læto cœli præconia regi
Detulit, ac numen celebrauit laudibus vnum,
Venturáſque etiam potuit prædicere ſortes
Præſcius I*ſacidos reuocandæ in limina gentis*
Patria, iámque obitum propior minitantibus annis
Rite deo monuit natos indicere honorem,
Lapſurámque Ninon cecinit, docuítque nepotes
Et pariter natum ruituræ à mœnibus vrbis
Cedere: vbi paruis animam ſingultibus egit,
Cum ſupra ter luſtra decem bis quattuor annos
Vixit honorate eſt qui poſt ſua fata ſepultus:
P*óſtque ſepulturam comitatus coniuge natus*
Conducens pariter fœtus penetralia venit
Ad ſoceri, cui buſta quidem ſuprema peregit,
Atque parentauit: cuius, patríſque relictas
Res tenuit cunctas hæres, demortuus eſtque
Impletus ſimulac vitæ centeſimus actæ,
Septimus & fuerat, ſimul & vigeſimus annus:

Erupere quidem prædicta parentis in actum
Omnia,& Iſacidûm dulces remigrauit in oras
Pars patriæ,fuerat ditione ſubacta ſuperba
Quæ Salmanaris,poſt multo párſque recepit
Gentis ad Æthiopes ſeſe,quà Zona propinquo
Torrida Sole calens ſitientes vſtulat agros,
Arrabios inter populos,intérque iacebant
Qui poſiti gentes Meſraas:tránſque fluentum
Sedes Niliacum poſuere tyrannide quondam
Aßyria preſſi, fuerant quia rege reduci
Moſis in Ægyptum vetiti regalibus auſis,
Quo præter fuerant Meſraos nomine greſſi,
Atque apud Æthiopas tractum legere quietum,
Sunt vbi arenoſo,& lapidoſo flumine clauſi,
Hi quem Sabbaticum voluerunt nomine dici,
Is quoniam curſum per ſabbata feſta remittit,
Conſpicitur quem non per ſex requieſcere Soles,
Bis centum & cubitos,& iactum eſt circiter arcus
Latus, & in morem tonitrus ſtridentia torquet
Saxa bitumineus,quæ fluctus æquoris inſtar
Multiſonora fremunt,crebreſcentíſque procellæ,
Tranſitio minimè eſt per eum quo tempore nautis,
Auditúrque ſonus per amœna ſilentia noctis
Dimidiatæ ad iter lucis,fluuiúmque ſecundum
Eſt ſpectare lacum fontes decurrere in vnum
Innumeros, tellus quibus omnis proxima circum
Irrigua eſt auiúmque lacum volitantia circa
Sunt omnis generis piſcoſum corpora,quæ ſunt
Iſacidis legem per Moſis edulia,& amnis
Alueus areſcit poſtquam,flammeſcere paſſim
Cernitur in tantum,queat hunc accedere adúſque

Quingentis

Quingentis gradiens metuenda incendia propter
Paſſibus vt nemo propius, radicibus hærent
Et quæcumque, eadem lambendo detrahit ignis:
Flumine quæ rapido tellus circumfla nullum
Fert animal nocuum, aut impurum, vulpibus eſtque,
Et canibus, muſciſque vacans, ac anguibus, haúdque
Scorpius indigenas ferit vllus acumine caudæ:
Pulice quæ nullo, & crabrone incommoda nullo eſt:
Sunt in qua grauidæ bis oues altrice quotannis,
Et ſata bis fiunt, toties quoque meſſa quotannis,
Carduus huic & abeſt ſpatioſe, & inutilis herba:
Omne genus florum cuius violaria fundunt,
Fructúſque omnigenos, lachani genus omne perinde,
Omnimodiſque herbas profert: legiſque periti
Indigenæ ſunt, & ſacrorum, & nulla coluntur
His ſimulachra deum, quibus hi libata perhorrent
Viſcera, teſte deo neque iurant, corpora herili
Vlla magiſterio qui non ſeruilia ſubdunt
Atque operam citra famularem brachia ſumptus
In fabrica exercent, & cùm penetralia claudi
Fas de nocte ſinat, foribus non peſſulus obdi
Cernitur, haud quoniam furem, neque damna paueſcunt
Nónque maligenij, latrones haúdque, feræque
A pecudum abſterrent ductu per læta puellos
Paſcua ab humano longè diſtermina cœtu:
Leuigenæ & peragunt ſacra Moſe paranda iubente,
Atque in Adonai traducunt tempora lege:
Copiáque argenti multa, & popularibus auri eſt:
Hique ſerunt linum, bombyces híque frequentes
In domibus tolerant, per quos bombycina veſtis
Plurima conficitur pretioſa haud comptibus eſt quæ

Meſræorum hominum diſpar: quæ tegmina gentis
Eſſe Eldade refers prognatæ ab origine Dani,
Ac perhibes mores, & ſacra, ſitúſque locorum:
Inſita quæ per te monimentis cuncta fuere
Cum tibi Amargum feritate euadere iniquos
Contigit, eſtque tuus horum comes ore comeſus
Editus Aſeres ſobole, is quod obeſior eſſet:
Nunc tua & Hebræos teſtantur ſcripta ſolutos
Aſalmanaſaris priſca ditione ferocis:
Iſacidûm & titulis, libertatíque tuendæ
Illius officit Bellona haud tempore ſolum,
Quippe vbi Medorum deuicta examina regis
Euphratem Aſſyrius domuit, Tigrímque ſecundum,
Mandauit Syrios Oloferni inuadere fines:
Qui præcepta agitans Iordanis contigit amnem,
Lotigenámque ducem deluit prædicere vires
Hebræi populi non pugnæ expertis, & vſus
Militiæ aſſiduæ, commendatíque fauore
Numinis arctauit cui circum brachia vinclis,
Mandauitque ſuis religatum tradere Hebræis:
A quibus in montis fuit is radice relictus
Arboreo vinctus ſuras in ſtirpe, manúſque:
Quem ſoluere viri, poſſeſſa Betulia per quos
Tuta erat: hanc tandem & fecerunt caſtra ſecundum
Aſſyrij, quorum moti formidine ciues
Puluere conſperſere caput, cum tecta fremebant
Omnia lamentis: Olofernes túmque meatus,
Atque tubos ſtipauit aqua vergentis ad Auſtrum,
Lotigenæque hominis memorans hortamina fonte
Hauriri vetuit, poſito cuſtode, liquores
Ardua per ſcatebras lapſuros mœnia propter

In tantum quæ torſit aquæ penuria ciues,
Vt gemitu,& tremulis completa vlulatibus aura
Deditione fores properata pandere malent,
Quam genus ob nimiam moriturum cernere orexim,
Eſuriæ vxores & agente relinquere vitam:
Dux quorum largo ſuffuſus lumina fletu
Venture inuitans obſeſſos fidere ſorti
Poſt Soles dare quinque manus,& mœnia apertis
Dedere ſuadebat foribus,miſeratus ab axe
Ni deus ærumnam ceſſurum auerteret hoſtem:
Haud quibus aſſenſit,fuerat quæ nupta Manaſsis
Heroina ſui tunc coniugis orba ſepulti
Diues agri,& pecorum,læto quoque frontis honore
Condecorata ſuæ,non & ieiunia ſoluens,
Ni cum letitiam ſolennia feſta referrent:
Puluere quæ conſperſa caput,nudatáque prorſus,
Quo centone fuit veſtita,precata petitu eſt
Cælicolum regem,corpus quoque perluit vnda
Poſt orata,& idem pingui poſt vnguine in vnxit,
Faſciáque impoſita eſt capiti,& crinale capillo
Atque ea,quo fuerat viuente ornata marito,
Induit appoſitè mundum,collúmque monili,
Brachiáque armillis vtrinque,ſuóſque lapillis
Excoluit digitos,geminas & in auribus aures:
Atque venuſtatem formæ rex ætheris auxit,
Ora quòd haud fuci machis placitura colore
Compſerat:ornatus quæ tali ſplendida cultu
Sicut erat,demum digreſſa eſt mœnibus vrbis,
Conſenſúque viam carpſit praeunte ſuorum,
Atque humeris victum ſeruæ geſtantis edilem
Impoſuit:vallem poſtquam deuenerat autem,

Incidit in primæ ſtationis protinus hoſtes,
Et conducta ducis viſum mirantis aduſque
Cernua adorauit Oloſernem,lectus habebat
Murice quem diues,gemmiſque intextus,& auro:
Hunc lactans docilem verbis,vultúque perorans,
Spondentémque ſibi facilem celantibus vmbris
Matronæ coitum blandis affata loquelis
Sola relicta fuit ſtertentis ſtrata ſecundum,
Oratóque deo,iacuit perfuſus Iaccho
Cùm dux Aßyrius,feriens bis colla valenter
Cæſarie apprenſa caput illi hoſtile recidit,
Tradidit & ſeruæ,caſtríſque abſceſſit,& vrbi
Succeſſit patriæ lætis excepta ſuorum
Plauſibus:Aſſyrij & poſtquam ducis edidit hoſtis
Sanguine ſuffectum nigro caput,oráque tabo
Squalida,ſubmonuit ſpectanda affigere muris,
Nec minus Aßyrios contra committere pugnam:
Quos ciues monitus obierunt ſole ſuborto,
Compertáque ducis truncati cæde fugarunt
Errore implicitis palantes callibus hoſtes,
Caſtráque díreptis popularunt hoſtica prædis,
Et viduæ in partem gemmas,aurúmque perempti
Excepere ducis,certatim & plauſibus omnes
Indulſere nurus,iuuenes quoque nomine cuius
Exercere chorum muliebrem optabile viſum eſt:
Quæ manibus ſumpſit thyrſos,aliíſque ſubinde
Diſtribuit circum matronis ſtantibus,& ſe
Fronde coronauit oleæ,ſociámque ſequutis
Intulit,armatíſque viris itione præiuit,
Diuinam citharis cum laudem,ac ore canebant,
Acceptúmque deo referebant omne tropheum,

Ac

Ac viduæ: à Solymis cuius deuenit in vrbem,
Hâncque ſalutauit præſul, Solymúmque ſenatus,
Conſtiterat quoniam velox victoria nullo
Sanguine Hebræorum, et ditauerat aggere prædæ
Indigenas multo victrix, ſpolijſque relictis,
Cùm procul Aſſyrij fugerent ductore perempto,
Eſt ter dena dies quibus inde impenſa vehendis,
Author erat quorum, quæ nomine Iuditha dicta eſt:
Iſacide cum qua Solymam venere frequentes,
Numen adorarent patrata vt cæde cruenta,
Se quoque luſtrarent, aræ & libamina ferrent,
Quæque Olofernis erat viduæ collata ſupellex,
Hanc ea, velamen deo, prædámque dicauit,
Cúmque ſuis illic triplici Titanide manſit
Lætitiam celebrans popularibus atria iuxta
Sacra deo, ſpatio quo diſceſſere peracto
Quiſque ſuam in patriam, ac Herois deinde reuertit,
Quà fuit in tumido præſtructa Betulia monte:
Degit vbi vitam toto celeberrima in orbe,
Mortuáque eſt quinos cum ſupra vixerat annos
Luſtra bis ante decem, tumulóque ſepulta mariti eſt
Per ſeptem inferijs Soles defleta ſuorum,
Per quam miſſa manu eſt Abra: & ſolennis habetur
Vſque dies inter ſacrorum feſta dierum,
Quæ fuerat capitis Olofernis conſcia cæſi:
Innumerum quorum Phuræa relata fuerunt,
Officium gratum cum præſtitit Eſtera Hebræis
Grata duci virgo Sunas ditione regenti,
Reginaque ſimul ſolio ſuffecta negantis
Regis ad aſpectum coram prodire mariti:
Illum Artaxerxem conſtat dixiſſe Pelaſgos,

At Cirum *indigenas* Xerxe *à genitore creatum*
Pignore ab hinnitu ſelecti regis equino,
Hebræo Aßuerus eſt qui ſermone vocatus,
Cui *gemini inſidias enuchi fatu minantis*
Per *nutritorem,fraudes quoque Hadaſsa retexit:*
Atque vbi pena data eſt ſcelerum,ad faſtigia honorum
Eſt *ſupra proceres euectus principis Aman,*
Congenulante *quidem qui non ſe altore vocatæ*
In *Vaſtis ſolium ſimulac programmata paſsim*
Proderet *Iſacidûm innoxam vulgata veredis,*
Illa *ſuum trophimum letho,iugulóſque ſuorum*
Eripuit,*legis damnato futilis albo,*
Atque hac publicitus perijt cruce pendulus Aman,
Altorem *meditatus erat qua tollere* Hadaſsæ,
Rege *iubente fuit in quem faba cuſa decenter:*
Exanimi *eſt cuius regina potita penates:*
Syderáque actutum Phœbo Ledæa tenente
Principis imperio regni tranſmiſsa per vrbes
Iſacidûm *iuſsit fieri nil littera cædem,*
Sit quibus atuerò conceſsum ſumere pœnas
Hoſtibus à ſæuis,exempla ac edere ferro:
Hóſque trucidarunt confixos cuſpide Hebræi,
Sors tamen eſt prædæ non de re ducta cadentum,
Atque hi poſt tyaſis,atque indulſere iocantes
Plauſibus,*& poſitis libarunt pocula menſis*
Hæc Phurea quidem genialia feſta vocantes:
Tum quoque nutritor reginæ coccina geſsit,
Cui *texit diadema comam,miſsíſque tabellis*
Iſacidas *memores monuit celebrare quotannis*
Tempora lætitiæ,ac epulis,monumenta ſalutis
Quæ ſint menſe Adaris quarta,decimáque patente

Vſque

Vſque die: memorans qui ſomnia viſa cubili
Hæc collata ratus demum eſt diuinitus ad rem,
Scilicet innuptum delectam regis Hadaſſam,
In fluuium veluti vidit coaleſcere fontem
Exiguum factus qui plurima copia aquarum eſt,
Eſt quoque mutatus in lumen, Solis & ignes,
Viderat vtque duos bellum feciſſe dracones,
Atque hinc alterius domiti conamina verti,
Amanem ſic arte ſua cecidiſſe peremptum:
Quæ fuerint certò prænuntia ſomnia veri:
Qui celebratus vti per me eſt cum principe Hadaßa,
Carminibus ſic non Iobe indictus abibis,
Huſa cui regio Balantum millia ſeptem,
Atque camelorum tria millia gramine fouit,
Et quingenta boum curuo iuga commoda aratro,
Quingentáſque aſinas, fuerant cui maſcula ſeptem
Pignora, tréſque ſimul natæ, ſeruique frequentes:
Cui ſeruata fuit ſemper conſtantia mentis,
Et lata eſt modicè caſus fortuna ſiniſtri,
Cùm gnati, gnatæque tuæ periere bibentes,
Cum cepere boues & raptu, aſináſque Sabæi
Occiſis famulis, & cum diuinitus ignis
Æthere delapſus rapido pecuaria aduſſit
Confectis famulis; & cum cepere camelos,
Chaldæi & famulos potuerunt dedere morti,
Cúmque affectus eras ad plantam à vertice diris
Vlceribus, necnon inſanè vbi diceret vxor,
Frigida cúmque darent tibi tres ſolatia amici,
Et te ludibrio cum natu habuere minores:
Extorquere deus quem ius ſibi noluit, hócque
Amplificata minùs haud ſunt authore ſecundò

At Cirum indigenas Xerxe à genitore creatum
Pignore ab hinnitu ſelecti regis equino,
Hebræo Aßuerus eſt qui ſermone vocatus,
Cui gemini inſidias enuchi fata minantis
Per nutritorem, fraudes quoque Hadaſsa retexit:
Atque vbi pena data eſt ſcelerum, ad faſtigia honorum
Eſt ſupra proceres euectus principis Aman,
Congenulante quidem qui non ſe altore vocatæ
In Vaſtis ſolium ſimulac programmata paſsim
Proderet Iſacidûm innoxam vulgata veredis,
Illa ſuum trophimum letho, ingulóſque ſuorum
Eripuit, legis damnato futilis albo,
Atque hac publicitus periit cruce pendulus Aman,
Altorem meditatus erat qua tollere Hadaſsæ,
Rege iubente fuit in quem faba cuſa decenter:
Exanimi eſt cuius regina potita penates:
Syderáque actutum Phœbo Ledæa tenente
Principis imperio regni tranſmiſsa per vrbes
Iſacidûm iuſsit fieri nil littera cædem,
Sit quibus atuerò conceſsum ſumere pœnas
Hoſtibus à ſæuis, exempla ac edere ferro:
Hóſque trucidarunt confixos cuſpide Hebræi,
Sors tamen eſt prædæ non de re ducta cadentum,
Atque hi poſt tyaſis, atque indulſere iocantes
Plauſibus, & poſitis libarunt pocula menſis
Hæc Phurea quidem genialia feſta vocantes:
Tum quoque nutritor reginæ coccina geſsit,
Cui texit diadema comam, miſsiſque tabellis
Iſacidas memores monuit celebrare quotannis
Tempora lætitia, ac epulis, monumenta ſalutis
Quæ ſint menſe Adaris quarta, decimáque patente

Vſque die: memorans qui ſomnia viſa cubili
Hæc collata ratus demum eſt diuinitus ad rem,
Scilicet innuptum delectam regis Hadaſſam,
In fluuium veluti vidit coaleſcere fontem
Exiguum factus qui plurima copia aquarum eſt,
Eſt quoque mutatus in lumen, Solis & ignes,
Viderat vtque duos bellum feciſſe dracones,
Atque hinc alterius domiti conamina verti,
Amanem ſic arte ſua cecidiſſe peremptum:
Quæ fuerint certò prænuntia ſomnia veri:
Qui celebratus vti per me eſt cum principe Hadaßa,
Carminibus ſic non Iobe indictus abibis,
Huſa cui regio Balantum millia ſeptem,
Atque camelorum tria millia gramine fouit,
Et quingenta boum curuo iuga commoda aratro,
Quingentáſque aſinas, fuerant cui maſcula ſeptem
Pignora, tréſque ſimul natæ, ſeruique frequentes:
Cui ſeruata fuit ſemper conſtantia mentis,
Et lata eſt modicè caſus fortuna ſiniſtri,
Cùm gnati, gnatæque tuæ periere bibentes,
Cum cepere boues & raptu, aſináſque Sabæi
Occiſis famulis, & cum diuinitus ignis
Æthere delapſus rapido pecuaria aduſſit
Confectis famulis; & cum cepere camelos,
Chaldæi & famulos potuerunt dedere morti,
Cúmque affectus eras ad plantam à vertice diris
Vlceribus, necnon inſanè vbi diceret vxor,
Frigida cúmque darent tibi tres ſolatia amici,
Et te ludibrio cum natu habuere minores:
Extorquere deus quem ius ſibi noluit, hócque
Amplificata minùs haud ſunt anthore ſecundo

Armenta in ſtabulis, pecudes qui partubus auxit,
Sunt nati & geniti ſeptem, nataque fuerunt
Tres, quibus haud fuerat par virginis vlla venuſtas
Inter & his fratres tribuiſti hæredia: dúmque
Ad genus eſt quartum ſoboles tibi viſa nepotum,
Septem luſtra quater poſt vita es mortuus acta:
Haúdque tuo ſolum fecerunt tempore prædam
Hoſtes Iſacidûm, multis decurſibus æui
Quæ diuiſa fuit victoribus, híque ſuperbum
Seruitium Hebræos adigebant ferre coactos:
Túncque grauarentur quamuis exotica victi
Imperia, haud horum patriæ tamen abfuit ora
Rex à conſpicua prognatus origine Iudæ,
Magnus eis regem donec deuinceret armis,
Pontificem & fratrem ſacra ob veneranda crearet,
Quo capto à Parthis *latij conſulta ſenatus*
Herodem Antipatris, natum, geneſinque trahentem
Gente ab Idumæa *regem ſtatuere, vigeret*
Cum mundi imperijs Auguſtus: ſanguinis autem
Herodem patrij puduit, libróſque deuſſit
Is gentilitios, quod erat ſtirpes inſita chartis,
Ne genus obſcurum noſci, ac ignobile poſſet:
Atque propinquorum fecit, cædémque ſororis,
Natorúmque, ſuæ polluto vxoris amore:
Quod ſcelus, æquæuos & Chriſti *cuſpide foſſos*
Per morbos vindicta graues hinc numinis vlta eſt,
Lento quandoquidem cutis is contabuit igne,
Et conflagarunt agili præcordia flamma,
Cui ſtomachi nunquam ſatiari poſſet orexis,
Viſceráque vlceribus fuerant obſepta, pedéſque
Humor oberrabat morboſos luribus intra

Pube

Pube tenus diſtenda dolens qui crura tumore,
Atque femur gemuit tetris putreſcere verpam
Vermibus exeſam, flagare & faucibus auram,
Atque ſibi putens nimio fœtore palatum,
Qui quamuis Iordanis aquas tranauit, apudque
Calliroem thermas adijt nudatus, et vtens
Fonte ſalutari medicos ſumentibus hauſtus,
Ille tamen corpus calido eſt vbi fotus oliuo,
Et fomenta fuit medicis ſuadentibus inter
Depoſitus, ſic eſt omni compage ſolutus
Corporis, vt fuerint oculi de ſede dirempti:
Quo terræ à ſpatio fuit Ierichuntis in vrbem
Vectus, vbi ducibus, & amicis contulit auri
Munera, patricios Philacæ qui ſede recondi
Innumeros ſtatuit, cædi quoque cuſpide Alexæ,
Conuelliſque ferens iam non vitalia tuſſi,
Mandendum & ſimulans malum, & manubria poſcens
Cultri à ſitocomo vidit cum protinus à ſe
Lumina ſeruorum diuerſa, oculóſque remotos,
Eſt rapere aggreſſus vitæ ſibi vulnere lucem:
Filius Auguſto mox cuius principe regnum
Suſcepit patrium teſtantis Cæſare demum
Confirmante patris tabulas: regalia luſtris
Qui geminis puſtquam numeratis munia obiuit,
In fratres triplici ſectum eſt diſcrimine regnum,
Donec in Agrippam tranſfudit Caius vnum
Omne decus Cæſar fratum, panáſque luentem
Exilio Herodem patriæ demouit ab oris
Degere Lugduni iuſſum, conſidere verò
Denique malentem populariter inter Iberos,
Quam tibi Alexandri Philo miſſe à mœnibus vrbis,

Creditus eſt Mochro qui plus tribuiſſe rebelles
Iſacidas contra dicenti, Cæſaris vt qui
Non ſtatuant aras, nullo & dignentur honore,
Vrbe in Alexandri qui nil feciſſe tumultum
Horruerint contra Graios: ſic dicta Philonis
Ludibrio princeps habuit decedere iuſſi,
Non exploſa tamen ſunt cuius ſcripta ſenatu
Principis in mores impuri inuecta licenter:
Iſque profanauit Solymorum eucteria Cæſar
Stemmatibus, ſtatuiſque ſuis, donaria prædans
In templum mutare ſui qui numinis auſus
Eſt Solymum fanum, Iouis hoc vt Nobilis ædem
Diceret, atque Noui: Syriæ quoque ſtemmata præſes
Cæſarea erexit Tyberi te principe primùm,
Cæſaris & noctu velatas intulit hermas
In Solymas animos turbantes manè tuentûm,
Coniecit Solymi necnon donaria fani
In manantis aquæ maſtos, ductúſque fluentes
Ter centum à ſtadiis: quoniam cui cauſa tumultus
Præuiſa eſt plebeia priùs, dimiſit in vrbes
Hopplomachos veſtis habitu popularis amictos,
Enſe coercerent qui non, ſed fuſte furorem:
Pars igitur cæſa aſt vibice, aſt altera obiuit
Conſtipata fuga mortem, pars cætera verò
Difficili eſt obitu comitum pauefacta, fugámque
Eſt molita premens cæcos in morte dolores:
Hinc author meritò cadis, Chriſtúmque ſupremo
Supplicio afficiens ſibi dum conſciſcere dextra
Eſt vetitus mortem, dilatus Erynnios ægro eſt:
Imperium verò vix rexit Caius annos
Bis geminos, quem non vindicta diutriùs æthræ

Viuere ſuſtinuit: cui poſtquam funere facto
Claudius exanimi ſucceſſerat, ingruit orbi
Dira fames, Agabus quam dixerat eſſe futuram,
Et gens in Solymis grauiorem hanc paſſa fuiſſet,
Ni frumenta Helenes reginæ munere egeni
Lata recepiſſent Ægypti ex climate Hebræi,
Inde fores vrbis cuius fuit ante ſepulchrum
Nobile: & eſuries illos non vnica torſit,
Nam celebrarentur frugum cum feſta nouarum
Menſe, nitet cuius Phryxeum tempore ſydus,
Seditio inducta eſt talis te principe Claudi,
Vt tricena hominum commota hac millia obirent
Pro foribus templi, ſimul & numeroſa per vrbem:
Inque ſacerdotes turbas fecere minores,
Patricióſque viros Solymarum tecta colentes
Pontifices rixa coriphæi iniuria primùm
Verba retentantes ſaxorum hinc planctibus vſi:
Turba coerceri potuit quæ iudice nullo,
Cunctáque agebantur rectore carentia tanquam:
Et ſic pontifices mentis geſſere tumorem,
Vt decimam partem rerum, quæ debita lege eſt,
Leuigenis fuerint prædati, vnáque per vrbis
Compita ſuſtulerint multorum corpora ſparſim
Feſtis præcipuè fundentes cæſa diebus
Fraudibus inſtructis morientûm in cladibus vſi:
Luſtris cúmque Nero geminis, trieteride necnon
Summatum obtinuit, ſex & cum menſibus annum
Impleret regimen Galbæ, & dominatus Othonis,
Iſacidûm impugnans hoc pyrgos tempore prætor
A prætoritijs eſt cum per puncta vocatus
Princeps militibus, Roma vt ſuccederet vrbi,

Vertendaque Tito Solymarum funditus vrbis,
Omninóque abiens armorum penſa reliquit,
Et curam penitus: quæ pulchrè ciuibus vrbis,
Debita pœna fuit, Chriſtum qui morte nefanda,
Et merſere fero germanum funere Chriſti,
Ac Stephanum: monita eſt reſponſo numinis autem
Trans Iordanis aquas eccleſia tendere greſſum
Chriſtias, inque magis tutam ſecedere Pellam:
Tunc horrenda quidem clades portenta præibant,
Impendere & enim ſcelerata deſuper vrbi
Aſſimilis gladio conſpecta eſt ſtella micanti:
Præterea viſus totum eſt ardere per annum
Excidium intentans flammis immane Cometes:
In fanum & populi cum propter feſta ſubiſſent
Traiecta rubidæ per Hebræos conſcia arenæ,
Luce quater menſis gemina circumſtetit aram
Sic tepidus fulgor, templum quoque tempore noctis,
Credibile vt tenebris eſſet luceſcere pulſis:
Feſta ſub hæc etiam ſacris admota miniſtris
Inter adhærentes agnam eſt enixa cadentem
Buccula, Lucifero & penetralis ianua ſancti
Obuerſa ob ſolidos vectes immota, ſerámque
In media noctis patefacta apparuit vmbra,
Æris erat quamuis conflati ad operta metallo:
Menſe etiam Maij radios frangente profundo
Sole ſub Heſperio nitidi ſunt æthere viſi
Quadrijugi in largo currus, cœlique cohortes
Armatæ pariter miſceri nubibus altis,
Viſa quoque agminibus ſunt circum mœnia cingi:
Atque die feſto, quo lex eſt tradita quondam,
Nocte ſacerdotes ingreſſi templa tremendos

Senſerunt

Senſerunt ſtrepitus,& motum chaſmatis inſtar,
Auditæ & fuerant hortatæ abſcedere voces:
Hanc & Ananiades Solyma bacchatus in vrbe
Vaſtitiem cecininit affectus verbere quamuis,
Nec præce is orabat præfractus flagra remitti
Ad puteal ductus,lachrymas neque fudit obortas,
Nec diſcors animi fuit,aut ſententia præceps,
Quo minus à ventis diuinam quattuor eſſe
Diceret is vocem Solymis vicina minantem
Excidia,& templo,ſponſiſque,& ciuibus vrbis,
Talia vociferans & erat ſermone frequenti:
Pilato erubuit quæ non prædicere Chriſtus:
Poſt obitum cuius luſtris labentibus octo
Pœna licet dilata fuit,tamen hoſticus enſis
Iſacidum vndecies pereuntia millia centum,
Dira quoque eſuries hauſit,per mutua verò
Vulnera prædones cecidere à caſibus vrbis:
Romulidæ vtque agerent iuuenunt de flore triumphum,
Ob procera ſibi ſeruarunt corpora lectos:
Atque metalla etiam fodienda Ægyptia miſsi
Sunt annum decimum,& ſeptenum ætatis agentes,
Inque feras alij ſunt pugna cernere iuſsi,
Aut gladiatorum contendere flictibus inſtar,
Intra quóſque decem,ſeptem quoque comperit annos.
Victor,eos pretio multis diſtraxit in oris
Ad nonaginta numeratos millia,& hoſtis
Millia capta manu ſeptem victrice fuerunt,
Obſidio vndecies obeuntum at millia centum
Annum patre Titi iam tunc numerante ſecundum
Imperij cuius Solymarum ad mœnia gnatus
Primiter,& vallos victricia caſtra locauit,

Tutum diuitibus quo tempore in vrbe morari
Non erat, obiecto res propter crimine quando
Interitus fuerat obnoxia vita periclis,
Prædonéſque fame populantes horrea raptim
Ad pœnas miſeros ciues, mortémque vocabant,
Tunc incocta etiam Cerealia dona vorabant
Robore præſtantes, validi quoque Flore iuuentæ,
Cum pueris hæc, & ſubducta infantibus eſſent:
Vxoréſque viris, & gnati patribus eſcam,
Atque ſuæ matres proli rapuere cibatum,
Iſque vel è flamma fuerat gliſcente petitus:
Pertuſóque fores obruperat obice prædo
Annonam ratus in penetralibus eſſe domorum,
Cedebátque ſenes matronas crine ſoluto
In diuerſa trahens fruges occludere adortas,
In manibus ſi victus erat deprenſus edulis·
Haúdque ſenum fuerat reuerentia præſtita canis,
Aut pueris, in humo colliſi quominus eßent,
Spéſque erat egreſſis à muro inciſa ſalutis:
Omnibus & fuerant proſtrata cadauera paſſim
In domibus, ſtratíſque viæ, nec lumina vitæ
Penè relinquentûm, caſu & grauiore cadentûm
Debilitas hominum ſuffecit corpora humare,
Obſtabátque timor fatorum, ac hiſcere ciues
Faucibus haud poterant, nimiùm iam guttura triſti
Anguſtante fame, nec fletibus vlla madebant
Lumina quando quidem longæua abſumpſerat omnem
Humorem eſuries: ſic alta ſilentia ciues
Obſtipo capitis mœrentes ore tenebant:
Publicus & quamuis tumularet corpora primùm
Sumptus, ab vrbe tamen ſecluſa cadauera demum

Atque ea de muris deiecta fuere: Titúſque
Proſpiciens vallos compleri lumine caſſis
Corporibus duxit vindictam numinis eſſe,
Quæ vel diluuie, quæ vel telluris hiatu
Hauſiſſe Solymas *alioqui, aut fulminis ictu:*
Loráque poſtremò, ac obſeſſi cingula Hebræi
Exedere, *ſimul plantaria ſcortea, déque*
Sagmatibus *victum, glumíſque, herbáque petebant,*
Et *de quiſquilijs: Mariama ac flumine venit*
Præterito Iordanis *eò tentata dolore,*
S*æuiter huic poſtquam direpta tyrannide res eſt*
Omnis, & haud potuit luctando arceſſere mortem,
Quæ ſtimulante fame pendentem ex hubere gnatum
Torruit, & mandit, luci & ſeruata ſecundæ
Eſt pars filioli, quam ſunt contingere toſtam
Prædones veriti, quamuis hi carnis odore
Allecti fuerint ſcrutati obſonia ventri:
Quam tunc ſuſtinuit nato conſciſcere mortem
Mater, is Auſoniæ gentis ne vincula ferret,
Et graue ſeruitium: qua cæde exhorruit omnis
Vrbs Solyma, *atque rata eſt homines magis eſſe beatos*
Viuis interitos, quibus exandita puelli,
Mors ea non fuerat exeſi matris orexim
Per *nimis effrænam: ſic non ferienda pauebant*
Obijcere obſeſſi bellorum colla periclis:
C*æſa quidem quorum pars eſt, aut capta: domóſque,*
Mœniáque hinc templo populata eſt flamma peruſto:
Túmque Tibi frater prognatos ſanguine iuſſit
Regali Iſaidæ patranda cæde necari
P*oſtquam Nerua tamen cum victis mitius egit*
Iſacidis: quos non mandaſſet milite cædi

Ælius Auſonio:niſi cominus arma rebelli
Nonnulli tractata forent,qui ſyderis inſtar
Eſſe ſacro ſeſe circumtulit æthere lapſum,
Cui fata eſuriè præcepta, ſitíque fuerunt:
Alias & Solyma vrbs tunc primùm à principe dicta eſt:
Indomitas has quam mortes toleraſſe, famémque
Credibile eſt propter fatum lachrymabile Chriſti,
Quam manet extincti vindicta grauiſſima longè:
Attamen Iſacidûm ex Erebæo caumate ſeruans
Relliquias dabit effractis reuireſcere ramis
(Extera quos meliùs fuerant ſuper inſita quondam)
Iuridicus cunctis aderit cum gentibus orbis
Cenſor erit ſimul ac rigidus,morúmque magiſter:
Sint elementa quidem reſoluta ardore priuſquam,
Inque alias ſpecies cœlum,tellúſque nouentur,
Omnia nequitiæ,& vitiorum ſemina creſcent,
Egredietur item vis, atque audacia leges,
Extinctáſque ſcelus virtutes obruet ingens,
Debita rumpetur ſimul & reuerentia patri,
Nec puerilis erit ratio,ætatiſque ſenilis,
Sanguine ſed campi,ac effecta cæde madebunt,
Belláque finitimis vicini, externa remotis
Externi indicent,& ciues ciuibus,haúdque
Imperij durabit honos,& ritè colendæ
Militiæ,verum prædonibus omnia cedent,
In vaſtóque decem regnabunt orbe tyranni,
Vt perhibent,quidam & cecinere oracula vates,
Deletíſque tribus Aſiam reget vnus,& idem
Primitus occiſis reliquis,bellóque ſubactis
Omnia diripiet præda,legéſque recentes
Conſtituens rumpet veteres,ſedémque prioris

Imperij

Imperij mutans, nomēnque Synedria iniquum
Per noua ius dicet: tunc maior manibus ipſis
Adueniet requies, cœli quam lumine fructis,
Oppida nempe ruent bellis, ac chaſmate, & igne,
Eluuione itidem, ac peſtis pædore, faméque
Nilque rigore ſolum torpens, aut Solibus vſtum
Fundet humi frugum, & ducet mutata colorem
Sanguinis vnda, trahet durum & vitiata ſaporem,
Et varij horrendo rutilabunt igne Cometæ,
Phœbus vbi obtuſis radiis, & Cyntia hebebunt,
Atque mouebuntur ſtellæ de ſede, nec vltra
Vlla æſtatis erunt, pigræ aut diſcrimina brumæ:
Quo rex imperium ſceleroſus tempore adortus
Succingendus erit trabea, primique tyranni
Sternet relliquias, omnéſque ad fata repoſcet:
Hei quantæ lachrymæ, quanti cum luctibus inſtant
Tum gemitus: non is precibus miteſcere diſcet,
Nónque dabit requiem, feſſos & ducere ocellos
Abnuet is ſomnum, quia nox præſaga diurnæ
Dimidiæ ruet, & mentes haud tædia lucis
Effugient: ſic eſt tellus ſolanda, ſcelúſque
Numinis inſtar erit venerandum thuris honore,
Ac profligabit veri trieteride amantes,
Menſibus & ſenis, ſua qui per faſcina currum
Soliferum ſiſtet, flammámque ex axis hiatu
Eliciet, muta & voces ab imagine ducet,
Atque ita diuini cultus vtetur honore
Rex non morigeros demittens impius Orco,
Sæuitia interimet quoque vatem immanis vtrumque
Diſſimilem voti poſt Solis quattuor ortus
Inſtaurandæ iterum venturum in lumina vitæ:

Commutabit eam ſic pars cum morte cruenta
Vtráque dum moriens hominum, quæ tertia clade
Viuet ab affecta reſtans, petet auia curſu:
Non tamen abſiſtet hoſtis, ſed ad ardua tendet
Is iuga, quæ ducent fugitores tuta, deique
Teſtabuntur opem, quibus is demittet Olympo
Aſſertorem, & vbi tenebras per noctis hiabit
Æthra patens, fretus aſſumpto robore Chriſtus,
Iridis & rutilante caput circumdatus arcu,
Succintúſque pedes ignem referente columna
Adueniet, præ quo pennati exercitus ibit
Agminis, ac ignis, & morte examina perdet
Hoſtica, túncque fluent humano ſanguine riui:
Effugiet verum ductor, reparanſque phalanges
Prælia committet quartum, flammíſque ſubactus
Subijciendus erit, ſocijs ſubeuntibus ignes:
Atque Erebi princeps author, ſeménque malorum
Vincla feret, ſit pax vt feſta infuſa per orbem:
Diſceptator erit populis qua victor adepta,
Conferet atque viris virtutum nomine demum
Regna ſuperſtitibus, ad vitam ac eriget vmbras
Inſontes, ſcelerum & compertas plectet Auernis
Ignibus, & ſanctam fundabit ciuibus vrbem
Cuncta dehinc per luſtra ſuos in pace gubernans.
Criminis expertes ſimul & diademate donans:
Tunc Bromij, & lactis fontes, mel rupibus idem
Eliciet, ſtelliſque inerit lux clarior æthræ,
Et ſoli, haúdque nigrens defectu luna latebit:
Non leo dirus erit vitulo, accipitérve columbæ,
Atque animal nullum veſcetur ſanguinis hauſtu,
Dipſades & viru ponent, multiſque peractis

Poſterius luſtris,laxato & principe Auerni
Per ſua frugi homines poſtremi bella ciebunt:
Abaſibus verò quatiet deus omnibus orbem
Mœnia complanans,commiſtam & ſulphure flammã,
Grandinis iſque globos vibrabit,& impia aduret
Corpora,quæ ſeſe per mutua vulnera ſternent:
In latebram iuſti loca ſubterranea ſubter
Se tunc conycient homines,exercitus omnis
Interitus donec ſit clade nefarius,hique
Poſt lucem triplicem latebris erumpere tendent
Rura cadaueribus viſuri obducta,ſolíque
Chaſmate diuiſos montes ſubſidere valles
Dum quibus occipient,demortua corpora hiatu
Valli humabuntur:cum verò elementa nouari
Omnia contigerit,manes pietate potentes,
Chriſtus ad albentem rediuiuos inferet æthram,
Pœnáque ſumenda eſt hominum de ſontibus vmbris,
Haud ſecus ac Hermes,& vaticinatus Hydaſpes
Hæc fuit,vtque ſimul ſordes cecinere Sybillæ

EX LIBRO SEPTIMO.

IESBA à diuo Hierimo idem qui Aaron tom. 3.

Hyſſopus à recentioribus poetis corripitur ſublato altero S, quamquam etiam poſſe produci nonnulli non negent.

Petalon folium, vel lamina pars inſulæ, & per ſenechdochen ipſa inſula dicitur Euſebio Cæſarienſi libr. 5. ca. 34.

EX LIBRO OCTAVO.

Achan Ioſepho Achar.

Hai Ioſepho Aina.

Pharamus rex Ierimothi rectiùs Phiramus.

Enac rectiùs Hanakimus.

Beelphegor, & Phegor à diuo Hieronimo Priapus dicitur tom. 2. fol. 32. qui & Ityphallus nominatur, & à Nicephoro Phallus.

Othoniel à Ioſepho Cenizus dicitur.

Aod Ioſepho Ehudes, vel vt alij legunt Iodes, aut Iudes.

Gobolitis regio Idumæa eſt Ioſeph. 2. lib. cap. 1. hinc Gobilis

Gobolidos patronymicum fœmineum Nabathei qui habitant vrbem petram in Edom.

Phara meliùs Phura.

Salmana concinniùs Salmuna.

Gaal Ioſepho Gales, vt ſæpe ex duabus vocalibus vnam detrahit, & potiùs in es, quam in us nomen terminat.

Zebul Ioſepho Zebellus.

Iephte Ioſepho Iaphtes.

Ahialon Ioſepho Ellon.

Elel Ioſepho Hellel.

Manoa Hebræis noſtris Manue: Ioſepho Manoches.

Simſom qui vulgo Samſon.

Delila quæ Dalila.

Leſen vrbs, quæ Laïs Cæſarea eſt Philippi, quæ Belina & Paneas denominatur

Elimelechus vir Nohomis eſt, cuius tempore Sol ſtetiſſe traditur:

ditur: Hieronymus in 1. Paral. cap.4.
Kilion Hebræis, noſtris Chellion.
Mahalon, Ioſepho Mallon.
Nohomis, quæ vulgo Noëmis.
Boazus, qui vulgo Booz.

EX NONO LIBRO.

Ahiſar à Caſtalione Achiſar.
Heman, Ioſepho Aemanus.
Dorba, Ioſepho Dodanus.
Ethan, Ioſepho Athanus.
Chol col ab eodem Chalceus dicitur.
Huramus pro rege, & artiſice ſyllabas habent eiuſdem dimenſionis.
Corus Græcè ſcribitur per o paruum pro menſura: Hebraicè monoſyllabum eſt nomen.

EX DECIMO LIBRO.

Chabul regio à Ioſepho Chabalon dicitur.
Iſſa eſt mulier Hebræorum lingua, vt vult Ioſephus lib. 1. Antiquit. cap. 1.
Gopher aliis ligna leuigata ſunt, aliis therebintus: vox Hebræa rectiùs retinetur, quam verterunt antiqui ligna quadrata. Hieronymus verò bituminata.
Noa Noe vulgo, qui veriùs Viriſatoris nomen, quam Saturnus, reportat.
Meſræi Aegyptij ſunt, Nam Mezraim Hebræis eſt Aegyptus.
Chuſæi Aethiopes ſunt, Chus enim Hebræi vocant Aethiopiam.
Nembrod Hebræis Nimbrod.
Ieſcha Sara eſt.
Charræ Latinis, quæ Charan Hebræis
Vallis Sylueſtris Hebræis Siddan.
Bathanæa regio Baſan, vnde Bathanæi
Lea Lia vulgo. ſic Bela vulgo Bala: & Zilpha Zelpha.
Edomus à Caſtalione Idumus dicitur.
Sechemus vulgo Sichemus.
Phutiphari vel Potiphar eunuchus, & magiſter equitum Pharaonis, & Archimagirus dicitur.

Geſſen Hebræis Goſſen i Thebais eſt regio Hieronymo.

Syra diuo Hieronymo eadem videtur ; quæ Bela Iacobi pellex in 1. Paralip. cap. 7.

Sochot Hebræis SuKKoth.

Maria Ioſepho Mariama dicitur Aaronis ſoror, Sic Grecè apud Lucam Μαριάμ

Licèt Hierony. lib. 1. in Iouin. Abrahamum ſcripſerit trigamum in Geneſtamen Agarem, & Keturam eandem ex opinione Hebræorum ſcribit, Quam & ſequi finximus Salomone Iudæum alloquentem reginam Nícaulem.

EX LIBRO VNDECIMO.

Sippora quæ vitioſè Sephora vxor Moſis

Hur Ioſepho Huro Huronis.

Chananææ Ioſepho ſunt veſtes Leuitarum.

EMeroe vinum exportatum fuiſſe ab Iſraelitis ſcribit diuus Auguſtinus in 19. cap. Deuter.

Chora Hebræis vulgo Chore.

Abiramus vulgo Abirom.

Zippor Hebræis vulgo Sephor

Cittima claſſis videtur eſſe

Italienſis diuo authore Hieronymo, quæ nonnullis Cypria exiſtimatur nitentibus libro 1. Ioſephi cap. 6. qui Chethimam Cyprum appellat.

Og ſiue Ogus rex Baſanis regionis à Ioſepho Oges denominatur.

EX LIBRO DVODECIMO.

Molech vulgo Moloch.

Kemos vulgo Chamos.

KiKaion Ionæ herba eſt, quæ vulgo Ricinum nuncupatur : Hieronymus tranſtulit hederam :

Veteres conuerterunt cucurbitam, vt diuus Iuſtinus in libro ad Marcum Pompeium.

Samael in hiſtoria Thobiæ conuerſa per Muſterum ex Hebręo in Latinum ſermoné idem eſt, qui Aſmodæus vulgo dicitur.

Rehuet qui vulgo Raguel.

FINIS.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA